This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.

+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.

+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.

+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

3 3433 07438128 0

1. Latin literature – Collections. I.

COLECCION

DE LAS PARTES MAS SELECTAS

DE LOS MEJORES AUTORES

DE PURA LÁTINIDAD,

CON NOTAS CASTELLANAS,

POR DON PABLO LOZANO.

SEGUNDA PARTE.

CON PRIVILEGIO: MADRID,
IMPRENTA DE DON RAMON VERGES,
Mayo de 1831.

AUTORES

QUE SE INCLUYEN
en esta segunda parte.

Salustio.	Pág. 3
Livio.	63
Oraciones de Ciceron.	220
Harengás de Curcio, Salustio y Livio.	333
Panegírico de Plinio.	377

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
769951A
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS
R 1935 L

DE SALUSTIO.

Crispo Salustio, natural de Amiterno, hoy dia San Victorino, se crió en Roma, en donde llegó á obtener las primeras dignidades: fue de tan descompuestas costumbres, que habiendo sido notado de infamia, le degradaron del estado de Senador. Disipó tambien todos sus bienes en la disolucion; pero habiéndose hecho del partido de Cesar, éste le restableció en el Senado, y le hizo Gobernador de Numidia, en donde acumuló inmensas riquezas con crueldades, y exacciones inauditas. Con esto pudo edificar en Roma un suntuoso Palacio con magníficos jardines, que hoy dia conservan su nombre. Ninguno jamas habló mejor, ni con mas vigor contra el lujo y avaricia, que él; pero jamas ninguno le igualó en estos vicios. Murió 35 años antes del nacimiento del Señor, aborrecido generalmente de todos. Escribió una Historia Romana desde la fundacion de aquella Ciudad; pero se perdió á escepcion de algunos pocos fragmentos. Tambien escribió la guerra Catilinaria y Tugurtina, obra tan elocuente, delicada, y grave, que Marcial le contaba por el primer Historiador de Roma. Ninguno imitó el estilo Ático, tan aplaudido entre los antiguos, como este Autor. La fuerza, y energía son incomparables. Feliz en las descripciones, en las pinturas, y en las harengas. En fin parece increible que tan perversas costumbres pudiesen producir una obra de tanto juicio, pureza y discrecion. Es muy propio para los niños, porque en él se pueden exercitar muy bien en todas las dificultades y figuras de la syntaxis, con todo, este Autor afecta los arcaismos, y aun se encuentran algunas voces nuevas, metáphoras atrevidas, y locuciones enteramente griegas, como se verá en las notas. Sueiro tradujo en nuestra lengua con mucho acierto este Autor; pero ultimamente ha salido mas castigado con una impresion verdaderamen-

35 X 2

mente regia. Este Autor va quasi entero, y ademas se le han sacado para las harengas la Oracion de Catilina á los Conjurados, y la de Caton, y Cesar al Senado, porque pareció no haber razon para omitirlas.

C. SALLUSTII CRISPI.

DE CONIURATIONE CATILINÆ.

CAP. I. Omnis homines, qui sese student præstare ceteris animalibus, summa ope niti decet, ne vitam silentio transigant, veluti pecora, quæ natura prona, atque ventri obedientia finxit: sed nostra omnis vis in animo, & corpore sita est: animi imperio, corporis servitio magis utimur, alterum nobis cum diis, alterum cum belluis commune est. Quo mihi rectius esse videtur, ingenii, quam virium opibus, gloriam quærere: & quoniam vita ipsa, quâ fruimur, brevis est, memoriam nostri quam maxime longam efficere. Nam divitiarum, & formæ gloria fluxa, atque fragilis est: virtus clara, æternaque habetur. Sed diu magnum inter mortales certamen fuit, vi ne corporis, an virtute animi, res militaris magis procederet. Nam & prius quam incipias, consulto, & ubi consulueris, mature facto opus est. Ita utrumque per se indigens, alterum alterius auxilio eget.

II. Igitur initio reges (nam in terris nomen imperii id primum fuit) diversi, pars ingenium, alii corpus

CAP. I.

Omnis homines. Acusativo contracto, en vez de *Omnes.* Conviene á todos los hombres que pretenden aventajar, &c.

Prona atque ventri. Inclinadas, y sujetas á su guia.

Animi imperio. El alma debe mandar; el cuerpo servir.

Quam virium. Que es mas justo buscar la gloria en las facultades del alma, que en las fuerzas.

Memoriam nostri. Y dilatar nuestra fama lo mas que se pueda.

Gloria fluxa. Es perecedera, y fragil la gloria de la hermosura, y riquezas.

Res militaris magis. Si las cosas de la guerra adelantaban mas por las fuerzas del cuerpo.

Consulto opus est. Consulto por *Consulere*, es elegancia. Es necesario consultar.

Per se indigens. Por sí solas no son bastantes.

II.

Diversi. Siguiendo diversas inclinaciones.

pus exercebant, etiam tum vita hominum sine cupiditate agitabatur: sua cuique satis placebant. Postea vero quam in Asia Cyrus, in Græcia Lacedemonii, & Athenienses, cœpere urbes atque nationes subigere, libidinem dominandi, causam belli habere, maximam gloriam in maximo imperio putare: tum demum periculo, atque negotiis compertum est, in bello plurimum ingenium posse. Quod si regum, atque imperatorum animi virtus in pace ita, ut in bello, valeret, æqualius, atque constancius sese res humanæ haberent, neque aliud alio ferri, neque mutari, ac misceri omnia cerneres. Nam imperium facile iis artibus retinetur, quibus initio parum est. Verum, ubi pro labore desidia: pro continentia & æquitate, libido, atque superbia invasere, fortuna simul cum moribus immutatur. Ita imperium semper ad optimum quemque à minus bono transfertur. Quæ homines arant, navigant, ædificant, virtuti omnia parent. Sed multi mortales, dediti ventri, atque somno, indocti, incultique vitam sicut peregrinantes transiere. Quibus profecto contra naturam corpus voluptati, anima oneri fuit. Eorum ego vitam mortemque iuxta æstumo: quoniam de utraque siletur. Verum enimvero is demum mihi vivere, & frui animâ videtur; qui aliquo negotio intentus, præclari facinoris, aut artis bonæ famam quærit. Sed in magna copia rerum, aliud alii natura iter ostendit.

III. Pulcrum est bene facere reipublicæ; etiam bene dicere, haud absurdum est. Vel pace, vel bello clarum fieri licet. Et qui fecere, & qui facta aliorum scripsere, multi laudantur. Ac mihi quidem, tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem, & actorem re-

Agitabatur. Se exercitaba, se pasaba.
Causam belli habere, sup. *cœpere.* Empezaron á tener por causa de la guerra el deseo, &c.
Periculo atque. En el riesgo, y estratagemas se conoció.
Humanæ haberent. Se hallarian las cosas humanas.
Neque aliud alio. Ni se veria uno meterse en cosas de otro, ni mudarse, ni perturbarse todo.
Ubi pro. Pero luego que.
Iuxta æstumo. La juzgo igual.
De utraque. Porque ni de su vida ni de su muerte hay memoria.
Aliud alii. La naturaleza inspira á cada uno distintos caminos.

III.

Et qui fecere. Los que hicieron alguna hazaña notable.
Par gloria. Aunque de ningun modo acompaña igual gloria al escritor, como al que hizo la hazaña.

rerum, tamen in primis arduum videtur, res gestas scribere: primum, quod facta dictis exæquanda sunt: dehinc; quia plerique, quæ delicta reprehenderis, malevolentia, & invidia dicta putant: ubi de magna virtute, atque gloria bonorum memores, quæ sibi quisque facilia factu putat, æquo animo accipit; supra ea, velut ficta pro falsis ducit. Sed ego adolescentulus initio, sicuti plerique, à studio ad rempubliçam latus sum: ibique mihi multa adversa fuere. Nam pro pudore, pro abstinentia, pro virtute, audacia, largitio, avaritia vigebant. Quæ tametsi animus aspernabatur, insolens malarum artium, tamen inter tanta vitia imbecilla ætas ambitione corrupta tenebatur. Ac me, cum ab reliquorum malis moribus dissentirem; nihilominus honoris cupido eadem; quæ ceteros, fama, atque invidia vexabat.

IV. Igitur, ubi animus ex multis miseriis atque periculis requievit, & mihi reliquam ætatem à republica procul habendam decrevi; non fuit consilium, socordia, atque desidia bonum otium conterere; neque vero agrum colendo, aut venando, servilibusve officiis intentum ætatem agere, sed à quo incepto, studioque me ambitio mala detinuerat, eodem regressus, statui res gestas populi Romani carptim, atque ut quæque memoria digna videbantur, prescribere, eo magis, quod mihi à spe, metu, partibus reipublicæ animus liber erat. Igitur de Catilinæ coniuratione, quam verissume potero, paucis absolvam. Nam id facinus in primis ego memorabile existimo, sceleris atque periculi novitate; de cu-

Quod facta. Porque las sentencias han de igualar á los hechos.

Memores. Pero cuando se hace mencion

Facilia factu. Que le son facil de hacer al que lee, lo escribe bien: pero si se cuentan cosas mayores de lo que el alcanza, las juzga falsas ó fingidas.

Ad Remp. latus sum. Me incliné á los honores de la República.

Insolens malarum. No estando mi ánimo aun acostumbrado á malas mañas.

Imbecilla ætas. Mi flaca edad.

Tenebatur. Se hallaba bien.

Atque invidia vexabat. Con todo, el deseo de honras me aprisionaba con el mismo apetito, y deseos de fama que á los demas.

IV.

Otium conterere. No me pareció bien el pasar un honesto sosiego en la ociosidad, y pereza.

Eodem regressus. Vuelto á lo empezado y deseado.

Carptim. Ligeramente, ó tomando de aquí, y de allí.

Paucis absolvam. Con la veracidad posible escribiré en pocas palabras, ó brevemente.

cuius hominis moribus pauca prius explananda sunt, quam initium narrandi faciam.

V. L. Catilina, nobili genere natus, fuit magna vi & animi & corporis, sed ingenio malo pravoque. Huic ab adolescentia bella intestina, cædes, rapinæ, discordia civilis grata fuere; ibique iuventutem suam exercuit: corpus patiens inediæ, vigiliæ, algoris, supra quam cuiquam credibile est: animus audax, subdolus, varius, cuiuslibet rei simulator ac dissimulator, alieni appetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus: satis eloquentiæ, sapientiæ parum, vastus animus inmoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat. Hunc, post dominationem L. Sullæ, libido maxima invaserat reipublicæ capiundæ: neque id quibus modis adsequeretur, dum sibi regnum pararet, quicquam pensi habebat: agitabatur magisque in dies animus ferox inopia rei familiaris, & conscientiâ scelerum: quæ utraque his artibus auxerat, quas supra memoravi. Incitabant præterea corrupti civitatis mores: quos pessuma, ac diversa inter se mala, luxuria, atque avaritia vexabant.

XIV. In tanta itaque, tamque corruptâ ci.itate, Catilina, id quod, factu facillimum erat, omnium flagitiosorum, atque facinerosorum circum se, tamquam stipatorum, catervas habebat. Nam, quicumque impudicus, adulter, ganeo, ventre, manu, bona patria laceraverat; quique alienum æs grande conflaverat; quo flagitium, aut facinus redimeret, præterea, omnes undique

V.

Sed ingenio malo. Pero de índole maligna, y depravada.

Bella intestina. Gustó de guerras civiles.

Patiens inediæ. Su cuerpo estaba acostumbrado á la hambre, vigilias, frios, mas de lo que se puede creer.

Subdolus. Taimado, fraudulento.

Cuiuslibet rei. Fingia, y disimulaba todo lo que gustaba.

Sui profusus. Desperdiciador de su hacienda.

Vastus animus. Su animo fiero, ó soberbio, &c.

Post dominationem, &c. Despues del tirano dominio de Sila. *Véase* el Indice.

Reip. capiundæ. De apoderarse del dominio de la República.

Quicquam pensi &c. Se le daba un pito.

Conscientia scelerum. El conocimiento que tenia de sus maldades.

Quos vexabant. La contrariedad de pasiones daban torcedor á las malas costumbres, porque querian cosas opuestas.

XIV.

Flagitiosorum atque &c. Tenia al rededor de sí, como guardias de su cuerpo, catervas de todos los malvados, y foragidos. Hace Metonimia.

Ganeo. Rufian.

Quique alienum. Que habia contraido grandes deudas, para redimir, &c.

que parricidæ, sacrilegi, convicti iudiciis, aut pro factis iudicium timentes; ad hoc, quos manus, atque lingua, periurio, aut civili sanguine alebat; postremo, omnes, quos flagitium, egestas, conscius animus exagitabat, hi Catilinæ proxumi, familiaresque erant. Quod si quis etiam à culpa vacuus in amicitiam eius inciderat: quotidiano usu, atque illecebris, facile par, similisque ceteris efficiebatur, postremo neque sumtui, neque modestiæ suæ parcere, dum illos obnoxios fidosque sibi faceret. Scio fuisse nonnullos, qui ita existimarent, iuventutem, quæ domum Catilinæ frequentabat, parum honeste pudicitiam habuisse. Sed ex aliis rebus magis, quam ex hoc, quod cuiquam in compertum foret, hæc fama valebat.

XVI. Sed iuventutem, quam, ut supra diximus illexerat, multis modis mala facinora edocebat: ex illis testes signatoresque falsos commodare, fidem, fortunas, pericula vilia habere. Post, ubi eorum famam atque pudorem atriverat, maiora alia imperabat. Si causa peccandi in præsens minus suppetebat; nihilominus insontes, sicuti sontes, circumvenire, iugulare. Scilicet ne per otium torpescerent manus, aut animus, gratuito potius malus, atque crudelis erat. His amicis, sociisque confisus Catilina, simul, quod æs alienum per omnis terras ingens erat & quod plerique Sullani milites, largius suo usi, rapinarum, & victoriæ veteris memores, ci-

Convicti iudiciis. Condenados ya en juicio.

Ad hoc. A esto se juntaba los que su mano cruel, y su lengua alimentaba, &c.

Conscius animus. Atormentaba su conciencia.

Facile par. Se hacia igual á los demas en las maldades, &c.

Dum illos obnoxios. Con tal que se los conciliase, é hiciese fieles á su voluntad.

Hæc fama valebat. Corria esta voz mas por otras cosas, que porque alguno lo hubiese visto, &c.

XVI.

Signatoresque falsos. Empezó á sacar falsos testigos y notarios, para falsificar testamentos.

Pericula vilia habere. Hacia ningun caso de perder el pleyto, sus bienes, esponerse á peligros.

Eorum. De los jóvenes.

Circumvenire, iugulare. Enseñaba á los suyos á ser traidores, y á matar sin distincion á inocentes y malvados.

Aut animus &c. O bien fuese que la indole de Catilina era naturalmente perversa y cruel.

Æs alienum. Las deudas eran grandes.

Sullani milites. Los soldados, que habian militado bajo de Sila habian gastado pródigamente, como que era dinero que les habia costado poco.

civile bellum exoptabant: opprimundæ reipublicæ consilium cepit. In Italia nullus exercitus: Cn. Pompeius in extremis terris bellum gerebat: ipsi consulatum petundi magna spes: senatus nihil sane intentus: tutæ, tranquillæque res omnes, sed ea prorsus opportuna Catilinæ.

XVII. Igitur circiter Kal. Iun. L. Cæsare & C. Figulo Coss. primo singulos adpellare: hortari alios, alios tentare: opes suas, imperatam rempublicam magna præmia coniurationis docere. Ubi satis explorata sunt, quæ voluit, in unum omnis convocat, quibus maxima necessitudo, & plurimum audaciæ inerat. Eo convenere senatorii ordinis P. Lentulus Sura, P. Autronius, L. Cassius Longinus, C. Cethegus, P. & Ser. Sullæ, Servii filii, L. Vargunteius, Q. Annius, M. Portius Læca, L. Bestia, Q. Curius, præterea, ex equestri ordine, M. Fulvius Nobilior, L. Statilius, P. Gabinius Capito, C. Cornelius; ad hoc, multi ex coloniis, & municipiis, domi nobiles. Erant præterea complures paulo occultius consilii huiusce participes nobiles: quos magis dominationis spes hortabatur, quam inopia, aut alia necessitudo. Ceterum iuventus pleraque, sed maxume nobilium, Catilinæ inceptis favebat. Quibus in otio vel magnifice, vel molliter vivere copia erat, incerta pro certis, bellum, quam pacem, malebant. Fuere item ea tempestate, qui crederent M. Licinium Crassum non ignarum eius consilii fuisse, quia Cn. Pompeius, invisus ipsi, magnum exercitum ductabat; cuiusvis opes voluisse contra

In Italia nullus. No habia ejército alguno en Italia. Porque Pompeyo estaba muy remoto con la gente peleando contra Mitridates.

Petundi. Con grande esperanza de alzarse con el consulado.

Nihil sane. Cuidándose poco el Senado de las cosas.

Sed ea prorsus. Pero aun esto era favorable á Catilina.

XVII.

Adpellare. sup. *cœpit.* Empezó á tratar, á traer á sus intentos.

Magna præmia. A mostrarles los grandes premios que les daria por los trabajos de la conjuracion.

Ad hoc. Ademas de esto.

Ex coloniis. De aquellos que el senado envió á las colonias, y Municipios, que ya antes eran famosos en Roma.

Incœptis favebat. Que favorecia las empresas de Catilina.

Copia erat. Que tenian facultades para vivir en el sosiego, ó con regalo, ó con abundancia.

Eius consilii. De la determinacion de Catilina.

Invisus ipsi. Aborrecido de Craso.

Voluisse contra. Hubiera querido, que de qualquiera modo fuera destruido Pompeyo.

tra illius potentiam crescere: simul confisum, si coniuratio valuisset, facile apud illos se principem fore. Sed antea coniuravere pauci contra rempublicam, in quibus Catilina fuit. De qua, quamverissime potero, dicam.

XVIII. L. Tullo, M. Lepido Coss. P. Autronius, & P. Sulla, designati consules, legibus ambitus interrogati, pœnas dederant. Post paulo Catilina, pecuniarum repetundarum reus, prohibitus erat petere consulatum; quod intra legitimos dies profiteri nequiverit. Erat eodem tempore Cn. Pisо, adolescens nobilis, summæ audaciæ, egens, factiosus: quem ad perturbandam rempublicam inopia, atque mali mores stimulabant: cum hoc Catilina, & Autronius, circiter Nonas Decembris consilio communicato, parabant in Capitolio Kalendis Ianuarii L. Cottam, & L. Torquatum Coss. interficere; ipsi, fascibus correptis, Pisonem cum exercitu ad obtinendas duas Hispanias mittere. Ea re cognita, rursus in nonas Febr. consilium cædis transtulerunt. Iam tum non consulibus modo, sed plerisque senatoribus perniciem machinabantur, quod ni Catilina maturasset pro curia signum sociis dare; eo die, post conditam urbem Romanam, pessumum facinus patratum foret: quia nondum frecuentes armati convenerant, ea res consilium diremit.

XX. Catilina; ubi eos, quos paulo ante memoravi, convenisse videt; tametsi cum singulis multa sæpe egerat; tamen, in rem fore credens universos appel-

XVIII.

Legibus ambitus. Habian sido castigados como convencidos de haber codiciado los Magistrados con sobornos.

Repetundarum reus. Acusado de cohechos. Llamase cohecho quando el Magistrado vende la justicia por el interes, sea como quiera.

Legitimos dies. Porque no podia dar su nombre libre de aquellos vicios que mandaba la Ley.

Consilio communicato. Habiendo comunicado entre sí sus intentos.

Ipsi fascibus. Apoderándose ellos de las insignias consulares, varas, y mazas.

Ea re cognita. Descubierta esta su conspiracion, la dilataron, &c.

Maturasset pro curia. Y si Catilina no se hubiese acelerado á dar la señal delante de la casa de la Curia.

Pessumum facinus. La mayor maldad que se hizo en Roma despues de su fundacion.

Frequentes armati. Porque aun no habian concurrido muchos armados.

XX.

Sæpe egerat. Habia ya tratado muchas veces con ellos.

pellare, & cohortari, in abditam partem ædium secessit; atque ibi, omnibus arbitris procul amotis, orationem huiuscemodi habuit. "Ni virtus, fidesque vestra satis spectata mihi foret: nequicquam opportuna res cecidisset: spes »magna dominationis in manibus frustra fuisset: neque ego »per ignaviam, aut vana ingenia, incerta pro certis captarem: sed quia multis, & magnis tempestatibus vos cognovi fortes, fidosque mihi; eo animus ausus est maximum atque pulcerrumum facinus incipere, simul, quia vobis eadem, quæ mihi, bona, malaque esse intellexi. Nam, »idem velle, atque idem nolle, ea demum firma amicitia est. »Sed ego, qua mente agitavi, omnes iam antea diversi audistis. Ceterum mihi in dies magis magisque animus accenditur, cum considero quæ conditio vitæ futura sit, »nisi nos metipsos vindicemus in libertatem: Nam, postquam respublica in paucorum potentium ius, atque dictionem concessit; semper illis reges: tetrarchæ vectigales esse, populi, nationes stipendia pendere: ceteri omnes, strenui, boni, nobiles, atque ignobiles, vulgus fuimus sine gratia, sine auctoritate, his obnoxii, quibus, si respublica valeret, formidini essemus: itaque omnis gratia, potentia, honos, divitiæ apud illos sunt, aut ubi illi »volunt: nobis reliquerunt pericula, repulsas, iudicia, »egestatem. Quæ quousque tandem patiemini, fortissimi »viri? nonne emori per virtutem præstat, quam vitam miseram atque inhonestam, ubi alienæ superbiæ ludibrio »fueris, per dedecus amittere?

»XXI.

Abditam partem. En lo mas oculto de la casa.

Omnibus arbitris. Habiendo hecho salir á todos los que podian ser testigos, no siendo de los que estaban sabedores de sus pensamientos.

In manibus. Estaria la cosa en nuestro poder.

Tempestatibus. Riesgos.

Animus. sup. *Meus.*

Esse intellexi. Entendi que los males, y bienes eran comunes á mi y á vosotros.

Qua mente. Lo que tengo meditado.

Diversi. Separadamente.

Conditione vitæ. Cual ha de ser la miseria de nuestra vida.

In libertatem. Si nó nos ponemos en libertad á fuerza de armas.

Ius. Dominio, y potestad.

Atque ditionem. Principe que tiene el gobierno de la quarta parte de algun Reyno.

Stipendia. Pagan tributos.

Vulgus fuimus. Nos reputaron plebeyos, viles.

His obnoxii. Sujetos á aquellos.

Omnis gratia. Todo favor: patrocinio.

Repulsas. El desprecio en nuestras pretensiones.

Iudicia. Condenaciones en todas nuestras empresas.

XXI. "Verum enimvero, pro Deûm atque hominum »fidem! victoria in manu nobis est. Viget ætas: animus »valet: contra illis, annis atque divitiis, omnia con»senuerunt. Tantummodo incepto opus est: cetera res ex»pediet. Etenim, quis mortalium, cui virile ingenium est, »tolerare potest, illis divitias superare, quas profundant »in extruendo mari, & montibus coæquandis, nobis rem »familiarem etiam ad necessaria deese? illos binas, aut »amplius domos continuare; nobis larem familiarem nus»quam ullum esse? Illi cum tabulas, signa, tereumata »emunt; vetera negligunt, nova diruunt, alia ædificant; »postremo omnibus modis pecuniam trahunt, vexant; tamen »summa libidine divitias suas vincere nequeunt. At nobis »est domi inopia; foris æs alienum, mala res, spes multo »asperior, denique, quid reliqui habemus, præter mise»ram animam? Quin igitur expergiscimini? en illa, illa, »quam sæpe optastis, libertas: præterea, divitiæ, decus, »gloria in oculis sita sunt. Fortuna ea omnia victoribus præ»mia posuit: res, tempus, pericula, egestas, belli spolia »magnifica, magis, quam oratio mea, vos hortentur. Vel »imperatore vel milite me utimi. Neque animus, neque »corpus à vobis aberit. Hæc ipsa, ut spero, vobiscum »unâ consul agam: ni forte me animus fallit, & vos ser»vire magis quam imperare, parati estis."

XXII. Postquam accepere ea homines, quibus mala omnia abunde erant, sed neque res, neque spes bona ulla, tametsi illis quieta movere, magna merces videbatur: tamen postulare plerique, ut proponeret, quæ con-

XXII.

Pro déum atque, &c. Asi Dios y los hombres me asistan.

Omnia consenuerunt. Se envejecieron en las riquezas, y años: ahora solo es necesario empezar, emprenderlo.

Mari & montibus &c. En allanar, ó igualar montes, y mares.

Domos continuare. En edificar Palacios sobre palacios; pero nosotros en ninguna parte tenemos ni un mal hogar, ellos compran pinturas, estatuas, taraceados.

Vexant tamen. Despedazan á los pobres con exacciones, y con su gran fausto aun no pueden consumir sus riquezas.

Spes multo asperior. El miedo es mucho mas cruel.

Quid reliqui. ¿Qué nos queda ya que esperar?

Quin igitur. ¿Como no despertais?

Vel imperatore vel &c. Ya me tomeis por General, ya por soldado.

XXII.

Magna merces. Les parecia bastante premio el alborotar lo sosegado.

Postulare plerique. sup. *cœperunt.* Y lo mismo se debe entender siempre que en este Autor y en Livio se encuentren los infinitivos solos sin determinante.

conditio belli foret; quæ præmia armis peterent; quid ubique opis, aut spei haberent. Tum Catilina polliceri tabulas novas, proscriptionem locupletum, magistratus, sacerdotia, rapinas, aliaque omnia, quæ bellum atque libido victorum fert: præterea, esse in Hispania citeriore Pisonem, in Mauritania cum exercitu P. Sirium Nucerinum, consilii sui participes: petere consulatum C. Antonium, quem sibi collegam fore speraret, hominem & familiarem, & omnibus necessitudinibus circumveutum: cum eo consule se initium agendi facturum. Ad hoc maledictis increpabat omnes bonos: suorum unumquemque nominans, laudare, admonere alium egestatis, alium cupiditatis suæ, complures periculi aut ignominiæ, multos victoriæ Sullanæ, quibus ea præda fuerat. Postquam omnium animos alacris videt; cohortatus, ut petitionem suam curæ haberent, conventum dimisit.

XXIII. Fuere eâ tempestate, qui dicerent, Catilinam, oratione habita, cum ad iusiurandum populares sceleris sui adigeret, humani corporis sanguinem vino permistum in pateris circumtulisse; inde, cum post exsecrationem omnes degustavissent, sicuti in solemnibus sacris fieri consuevit, aperuisse consilium suum, atque eo dictitare fecisse, quo inter se magis fidi forent, alius

Quæ præmia. Qué presas habian de hacer con las armas.

Ubique opis. Qué socorros encontrarian en los lugares adonde debian acudir.

Tabulas novas. Leyes nuevas con las que quedasen libres de deudas.

Libido victorum. Y todo lo que acarrea el desenfrenado apetito del vencedor.

Citeriore. Ya se dixo en el Cesar cual era la España citerior, y la ulterior.

Participes. Sabedores.

Circumventum. Que era C. Antonio hombre muy su amigo, y lleno de toda miseria, de deudas y trampas, y tales debian ser los méritos de los asociados de Catilina. *Vease* Cicerón en las Catilinarias.

Initium agendi. Daria principio á la guerra.

Increpabat. Llenaba de injurias.

Admonere alium, &c. A unos les acordaba sus necesidades, su pobreza, á otros sus pretensiones.

Multos victoriæ. A muchos les acordaba los provechos que sacaron de la victoria de Sila.

XXIII.

Adigeret. Obligándolos á jurar, que seguirian su maldad.

Circumtulisset. Les fue dando en copas vino mezclado con sangre humana.

Post exsecrationem. Despues dé las maldiciones que se echaban si faltaban al juramento.

Fieri consuevit. Solian hacer esto en las fiestas solemnes, y pactos con la sangre de las víctimas.

Atque eo. Y que frecuentemente decia haberlo hecho, porque, &c.

alius alii tanti facinoris conscii. Nonnulli ficta, & hæc & multa præterea existimabant ab iis, qui Ciceronis invidiam, quæ postea orta est, leniri credebant atrocitate sceleris eorum, qui pœnas dederant. Nobis ea res pro magnitudine parum comperta est.

XXIV. Sed in ea coniuratione fuit Q. Curius, natus haud obscuro loco, flagitiis, atque facinoribus coopertus: quem antea censores senatu probri gratia moverant. Huic homini non minor vanitas, quam audacia, inerat, neque reticere, quæ audierat, neque suamet ipse scelera occultare, prorsus neque dicere, neque facere, quicquam pensi habebat. Erat ei cum Fulvia, muliere nobili, vetus consuetudo; cui cum minus gratus esset, quod inopia minus largiri poterat, repente glorians, maria montesque polliceri cœpit; minari interdum ferro; postremo, ferocius agitare, quam solitus erat. At Fulvia, insolentiæ Curii causâ cognitâ, tale periculum reipublicæ haud occultum habuit; sed sublato auctore de Catilinæ coniuratione, quæ, quomodo audierat, compluribus narravit. Ea res in primis studia hominum accendit ad consulatum mandandum M. Tullio Ciceroni. Namque antea pleraque nobilitas invidia æstuabat, & quasi pollui consulatum credebat, si eum, quamvis egregius, homo novus adeptus foret: sed, ubi periculum advenit, invidia, atque superbia post fuere.

XXV.

Alius alii. Porque unos sabian la maldad de los otros.

Ciceronis invidiam. El odio que se habia adquirido Ciceron de los Conjurados.

Pœnas dederant. Que se les habia quitado la vida por orden de Ciceron.

Pro magnitudine. Segun es execrable, ó enorme.

XXIV.

Haud obscuro loco. De esclarecido linage.

Probri gratia, &c. Le habian arrojado del órden Senatorio por deshonra.

Pensi habebat. Nada se le daba.

Repente glorians. De improviso hecho fanfarron.

Minari interdum ferro. Algunas veces amenazaba á Fulvia con la muerte.

Sublato auctore. Callando el nombre.

Studia hominum. Se aumentó el deseo de dar el Consulado á Ciceron.

Æstuabat. Se abrasaba en odio, y creia mancharse la dignidad Consular, &c.

Homo novus. Hombre de obscuro linage, que no habia obtenido honores; y el mismo Ciceron se llama asi en la Oracion contra Rulo.

Superbia post fuere. Se despreció la envidia y soberbia, á vista del peligro.

XXV. Igitur, comitiis habitis, consules declarantur M. Tullius, & C. Antonius. Quod factum primo populares coniurationis concusserat. Neque tamen Catilinæ furor minuebatur; sed in dies plura agitare; arma per Italiam locis opportunis parare; pecuniam, sua, aut amicorum fide sumtam mutuam, Fæsulas ad Manlium quendam portare; qui postea princeps fuit belli faciundi. Ea tempestate plurimos cuiusque generis homines adscivisse sibi dicitur, mulieres aliquot etiam, quæ primo ingentis sumtus tolleraverant: post æs alienum grande conflaverat: per eas se Catilina credebat posse servitia urbana sollicitáre, urbem incendere, viros earum vel adiungere sibi, vel interficere.

XXVI. Sed in his erat Sempronia, quæ multa sæpe virilis audaciæ facinora commiserat. Hæc mulier genere, atque formâ, præterea viro ac liberis satis fortunata fuit, litteris Græcis & latinis docta: psallere, & saltare elegantius, quam necesse est probæ: sed ei semper cariora omnia quam decus, atque pudicitia fuit: pecuniæ an famæ minus parceret, haud facile discerneres. Sed ea sæpe antehac fidem prodiderat, creditum abiuraverat, cædis conscia fuerat, luxuria, atque inopia præceps abierat. Verum ingenium eius haud absurdum, posse versus facere, iocum movere, sermone uti vel modesto, vel molli, vel procaci: prorsus multæ facetiæ, multusque lepos inerat.

XXVII.

XXV.

Comitiis habitis. Celebradas las juntas para la creacion de Consules.

Quod factum. Esta eleccion al principio desconcertó á los fautores de la conjuracion.

In dies. Cada dia maquinaba mas.

Sumtam mutuam. Dinero prestado, ó bajo su crédito, ó el de sus amigos.

Ad Manlium. Lo enviaba á un cierto Manlio, á quien Catilina habia creado Centurion, que tenia la mayor parte de los sediciosos en Fesoles.

Adscivisse. Se atrajo.

Æs alienum grande. Habia contraido grandes deudas.

Servitia urbana. Conmover los esclavos de Roma.

Adiungere sibi. Atraer á su partido.

XXVI.

Virilis audaciæ. Que habia cometido arrojos varoniles.

Psallere & saltare. Cantaba, y danzaba con mas destreza que lo que convenia á una muger honesta.

Pecuniæ an famæ. No era facil discernir si despreció mas su fama, que su dinero.

Creditum adiuraverat. Negó con juramento lo que se le habia encargado, y habia sido partícipe de matanza de hombres, y por su luxo, y pobreza, se habia precipitado en locuras.

Iocum Movere. Dar vayeta, burlarse.

Multusque lepos. Muchos chistes, y sales.

XXVII. His rebus comparatis, Catilina nihilominus in proximum annum consulatum petebat: sperans, si designatus foret facile se ex voluntate Antonio usurum; neque interea quietùs erat, sed omnibus modis insidias parabat Ciceroni. Neque illi tamen ad cavendum dolus aut astutiæ deerant, namque à principio consulatus sui multa per Fulviam pollicendo, effecerat, ut Q. Curius, de quo paulo ante memoravi, consilia Catilinæ sibi proderet. Ad hoc collegam suum Antonium pactione provinciæ perpulerat, ne contra Rempublicam sentiret: circum se præsidia amicorum, atque clientium oculte habebat. Postquam dies comitiorum venit, & Catilinæ neque petitio, neque insidiæ, quas consuli fecerat, prospere cessere, constituit bellum facere, & extrema omnia experiri: quoniam, quæ occulte tentaverat, aspera fœdaque evenerant.

XXIII. Igitur C. Manlium Fæsulas, atque in eam partem Etruriæ, Septimium quendam Camertem in agrum Picenum, C. Iulium in Apuliam dimisit, præterea alium alio, quem ubique opportunum sibi fore credebat. Interea Romæ multa simul moliri: consuli insidias tendere: parare incendia: opportuna loca armatis hominibus obsidere: ipse cum telo esse, item alios iubere, hortari, uti semper intenti paratique essent: dies, noctesque festinare: vigilare, neque insomnis, neque labore fatigari. Postremo, ubi multa agitanti nihil procedit, rursus

XXVII.

In proximum annum. Para el año siguiente.

Ex voluntate. A su gusto.

Multa pollicendo. Haciendo grandes ofertas á los que descubriesen la conjuracion.

Sibi prodere. Le descubriese.

Pactione provinciæ. Con el convenio de gobernar la provincia de Macedonia.

Atque clientum. De sus ahijados.

Dies comitiorum. El dia de la junta general para elegir los Consules.

Catilinæ neque petitio &c. Y no habiendo salido bien á Catilina, ni la peticion del Consulado, ni sus emboscadas, &c.

Extrema omnia. Tentar lo ultimo aunque perdiese la vida.

Aspera fœdaque. Le hablan salido caras, é infaustas.

XXVIII.

Fæsulas. Envió á Fesoles y sus contornos.

Agrum Picenum. A la Marca de Ancona en la Italia á la otra parte del Apenino.

In Apuliam A la Pulla region contermina al mar Adriático entre Daunia y Calabria.

Alium alio. Otros envió á otras partes, segun creia, &c.

Consuli. Á Ciceron le armaba lazos

Obsidere. Cercaba, ó llenaba.

Insomnis. Ni las vigilias, ni el trabajo le fatigaban.

Agitanti nihil &c. No saliéndole nada bien á Catilina de sus máquinas

sus intempesta nocte coniurationis, principes convocat per M. Porcium Læcam, ibique multa de ignavia eorum questus, docet se præmisisse Manlium ad eam multitudinem, quam ad capiunda arma paraverat; item alios in alia loca opportuna, qui initium belli facerent, neque ad exercitum proficisci cupere, si prius Ciceronem oppressisset: cum suis consiliis multum officere.

XXIX. Igitur perterritis, ac dubitantibus ceteris, C. Cornelius eques Romanus, operam suam pollicitus, & cum eo L. Varguntcius senator, constituere ea nocte paulo post, cum armatis hominibus, sicuti salutatum introire ad Ciceronem, ac de improviso domi suæ imparatum confodere. Curius ubi intelligit, quantum periculum consuli impendeat, propere per Fulviam Ciceroni, dolum qui parabatur, enunciat. Ita illi ianua prohibiti, tantum facinus frustra susceperant. Interea Manlius in Etruria plebem sollicitare, egestate simul, ac dolore iniuriæ novarum rerum cupidam; quod Sullæ dominatione agros, bonaque omnia amiserat; præterea, latrones cuiusque generis, quorum in ea regione magna copia erat, nonnullos ex Sullanis coloniis, quibus libido, atque luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerant.

XXX. Ea cum Ciceroni nunciarentur; ancipiti malo permotus, quod neque urbem ab insidiis privato consilio longius tueri poterat, neque exercitus Manlii quantus, aut quo consilio foret, satis compertum habebat, rem ad senatum refert, iam antea vulgi rumoribus ex-

Intempesta. A deshora.
Præmisisse. Habia enviado delante.
Qui initium. Que diesen principio á la guerra.
Eum suis. Que Ciceron perjudicaba mucho á sus intentos.

XXIX.

Operam. Se ofreció en compañía de Varguteyo á matar á Ciceron.
Paulo post. Esto es al amanecer.
Salutatum. Como que iban á darle los buenos dias.
Confodere. Matarle desprevenido.
Dolum. Da aviso á Ciceron por mèdio de Fulvia de la traicion.
Illi ianua. Se les negó la entrada á Cornelio, y Varguteyo.
Frustra susceperant. Les salió vano tal arrojo.
Ac dolore iniuriæ. Que deseaba la mudanza de gobierno por el sentimiento de las injurias recibidas de los Sylanos.
Præterea latrones. Ademas Manlio solicitaba los ladrones de toda especie.
Nihil reliqui. Nada les habia ya quedado.

XXX.

Ancipiti malo. Comovido con este riesgo duplicado.
Aut quo consilio. O qual su determinacion, si acometeria á Roma ó á otra parte.

exagitatam. Itaque, quod plerumque in atroci negotio solet, senatus decrevit: darent operam consules, ne quid respublica detrimenti caperet. Ea potestas per senatum, more Romano, magistratui maxuma permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis socios, atque cives; domi militiæque imperium, atque iudicium summum habere. Aliter, sine populi iussu, nulli earum rerum consuli ius est.

XXXI. Post paucos dies L. Senius senator in senatu litteras recitavit, quas Fæsulis allatas sibi dicebat à Qu. Fabio; in quibus scriptum erat, C. Mandlum arma cepisse, eum magna multitudine ante diem vi. Kal. Nov. Simul, id quod in tali re solet, alii portenta, atque prodigia nunciabant: alii, conventus fieri, arma portari, Capuæ, atque in Apulia servile bellum moveri. Igitur senatu decreto Qu. Marcius Rex Fæsulas, Qu. Metellus Creticus in Apuliam, circumque ea loca missi. Ii utrique ad urbem imperatores erant impediti, ne triumpharent, calumnia paucorum; quibus omnia honesta, atque inhonesta vendere mos erat: sed prætores Q. Pompeius Rufus Capuam, Q. Metellus Celer in agrum Picenum; hisque permissum, uti pro tempore, atque periculo exercitum compararent. Ad hoc, si quis indicavisset de coniuratione, quæ contra rempublicam facta erat, præmium decrevere, servo libertatem & sestertia centum, libero impugnitatem eius rei, & sestertia ducenta, itemque decrevere, uti gladiatoriæ familiæ

Exagitatam. Ya esparcida, sabida.
In atroci negotio. En algun grande riesgo de la República. El senado encargaba á alguno el cuidado, y la defensa baxo la fórmula: *Ne quid Respublica detrimenti capiat.*
Maxuma permittitur. Se da el supremo dominio, como juntar Exércitos, &c.
Domi, militiæque. En paz y en guerra.
Consuli ius est. No tiene semejante derecho el Consul.

XXXI.

Ante diem VI. El dia 27. de Octubre.
Id quod in. Lo que suele suceder en semejantes lances.
Conventus. Conventículos, juntas secretas.
Servile bellum. Que los esclavos movian guerra.
Marcius Rex. Marcio de sobrenombre Rex.
Circumque ea. Y sus contornos.
Ii utrique. Entrambos generales se les habia prohibido en Roma, &c.
Capuam. sup. *Missi sunt.* Fueron enviados.
Uti pro tempore. Segun la oportunidad.
Servo libertatem. Si era esclavo, la libertad, y cien sestercios; si libre, el quedar sin castigo por haber sido de la conjuracion, y dosçientos sestercios.
Gladiatoriæ familiæ. Que se distribuyesen los Gladiatores, &c.

liæ capuam, & in cetera municipia distribuerentur pro cuiusque opibus; Romæ per totam urbem vigiliæ haberentur, iisque minores magistratus præessent.

XXXII. Quibus rebus permota civitas, atque immutata facies urbis erat: ex summa lætitia, atque lascivia, quæ diuturna quies pepererat, repente omnis tristitia invasit. Festinare trepidare: neque loco, neque homini cuiquam satis credere: neque bellum gerere, neque pacem habere; suo quisque metu pericula metiri. Ad hoc mulieres, quibus pro rei magnitudine belli timor insolitus incesserat, afflictare sese: manus supplices ad cœlum tendere: miserari parvos liberos: rogitare: omnia pavere: superbia, atque deliciis omissis, sibi patriæque difidere. At Catilinæ crudelis animus eadem illa movebat: tametsi præsidia parabantur; ipse lege Plautia interrogatus erat ab L. Paulo. Postremo, dissimulandi causâ, & quasi sui expurgandi, sicuti iurgio lacessitus foret, in senatum venit. Tum M. Tullius consul, sive præsentiam eius timens, sive ira commotus, orationem habuit luculentam, atque utilem reipublicæ, quam postea scriptam edidit. Sed, ubi ille assedit, Catilina, ut erat paratus ad dissimulanda omnia, demisso vultu, voce supplici, postulare à patribus cœpit, ne quid de se temere crederent: ea familia ortum, ita

Pro cuiusque. Segun las facultades de cada vecino en donde se debian colocar.

Minores Magistratus. Esto es los Ediles y Questores.

XXXII.

Lascivia. Lozanía.

Neque homini. No se fiaban ni de los hombres ni de los lugares.

Suo quisque. Cada uno media el peligro segun su miedo.

Pro rei. Segun era la grandeza del asunto.

Timor insolitus. El miedo de la guerra á que no estaban acostumbradas.

Supplices. Cruzadas las manos.

Miserari. Se compadecian de sus hijuelos, daban lamentos sobre ellos.

Rogitare. Suplicaban á los dioses, de todo se temian, y dejado el fausto, y delicias desconfiaban de sí y de su patria.

Lege Plautia. Por ley que publicó Plaucio, Tribuno de la Plebe, que se reducia á que viesen si era reo de muerte el que se conjurase contra la República, armase lazos al Senado, hiciese violencia á los Magistrados, se le encontrase en público con espada, ó se apoderase de lugares fuertes por causa de sedicion, ó de agenas casas á fuerza de armas.

Sui expurgandi. Por justificarse, como si se le hubiese provocado con alguna injuria.

Luculentum. Esclarecida, elegante. Es la primera Catilinaria de la que aqui habla Salustio.

Ea familia. Que habiendo nacido de una familia noble, y patricia, podian esperar, &c.

ita se ab adolescentia vitam instituisse, ut omnia bona in spe haberet: neque existimarent, sibi patricio homini, cuius ipsius, atque maiorum plurima beneficia in plebem R. essent, perditâ republica opus esse, cum eam servaret M. Tullius, inquilinus civis urbis Romæ. Ad hæc maledicta alia cum adderet; obstrepere omnes; hostem, atque parricidam vocare. Tum ille furibundus: Quoniam quidem circumventus, inquit, ab inimicis præceps agor, incendium meum ruina restinguam.

XXXIII. Dein se ex curia domum proripuit, ibi multa secum ipse volvens, quod neque insidiæ consuli procedebant, & ab incendio intelligebat urbem vigiliis munitam, optimum factu credens exercitum augere, ac prius, quam legiones scriberentur, multo ante capere ea quæ bello usui forent, nocte intempesta cum paucis in Manliana castra profectus est. Sed Cethego, atque Lentulo ceterisque quorum cognoverat promtam audaciam, mandat, quibus rebus possent, opes factionis confirment, insidias consuli maturent; cædem, incendia, aliaque belli facinora parent; esse propediem cum magno exercitu ad urbem accessurum.

XXXVII. Sed ipse, paucos dies commoratus apud C. Flaminium in agro Arretino, dum vicinitatem antea sollicitatam armis exornat, cum fascibus, atque aliis imperii insignibus in castra ad Manlium contendit. Hæc ubi Romæ comperta sunt, senatus Catilinam, & Manlium hostes iudicat; ceteræ multitudini diem statuit, antequam liceret sine fraude ab armis discedere, præter rerum capitalium condemnatis. Præterea decernit, uti con-

In Plebem Romanam essent. Contaban hechos á la Plebe, &c.

Opus esse. Que gustase de destruir la República.

Inquilinus. Un advenedizo.

Obstrepere omnes. Hacian estrépito para hacerle callar.

Quoniam quidem &c. Puesto que oprimido de mis enemigos, me precipita el dolor, yo apagaré mi furor con vuestra ruina.

XXXIII.

Procedebant. No aprovechaban contra Ciceron.

Scriberentur. Antes que las legiones se alistasen, ganar mucho terreno.

Quibuscumque rebus. Con cualesquiera máquinas ó maldades.

Maturent. Acelereo.

Ad urbem accessurum. Volveria á Roma en donde dejó á Lentulo, y Cethego.

XXXVII.

Vicinitatem antea. Dió armas á los lugares circunvecinos de Reate que antes habia ya solicitado á la conspiracion.

Sine fraude. Sin culpa, sin castigo, á excepcion de los condenados á muerte.

consules delectum habeant; Antonius cum exercitu Catilinam persequi maturet; Cicero urbi præsidio sit. Ea tempestate mihi imperium populi Romani multo maxume miserabile visum est: cui cum ad occasum ab ortu solis omnia domita armis parerent; domi otium, atque divitiæ, quæ prima mortales putant, affluerent; fuere tamen cives, qui seque, remque publicam obstinatis animis perditum irent: namque duobus senati decretis ex tanta multitudine nequæ præmio quisquam inductus coniurationem patefacerat, neque castris Catilinæ quisquam omnium excesserat. Tanta vis morbi, atque uti tabes plerosque civium animos invaserat.

XXXVIII. Neque solum illis aliena mens erat, qui conscii coniurationis fuerant; sed omnino cuncta plebs novarum rerum studio, Catilinæ incepta probabat: id adeo more suo videbatur facere. Nam semper in civitate, quibus opes nullæ sunt, bonis invident, malos extollunt; vetera odere, nova ex optant; odio suarum rerum mutari omnia student: turba atque seditionibus sine cura aluntur; quoniam egestas facile habetur sine damno. Sed urbana plebs, ea vero præceps erat multis de causis: primum omnium, qui ubique probro, atque petulantia maxume præstabant; item alii, per dedecora patrimoniis amissis: postremo omnes, quos flagitium aut facinus domo expulerat, hi Romam sicuti in sentinam confluxerant. Deinde multi, memores Sullanæ vi-

Delectum. Un exército de gente escogida.

Antonius. El Consul compañero de Ciceron.

Quæ prima. Que juzgan los hombres son los únicos bienes.

Perditum irent. Quisiesen arruinar.

Uti tabes. Como peste, ó gangrena se habia apoderado de los ánimos &c.

XXXVIII.

Aliena mens. Eran contrarios á la República.

Adeo more suo. Tan conforme á la costumbre antigua del Pueblo Romano; esto es, que la Plebe, como regularmente es miserable, siempre gustó de sediciones, porque creen que á rio revuelto hay ganancia de pescadores, y pueden salir de miseria.

Odere. Aborrecen los establecimientos antiguos.

Odio suarum. Con el tedio de su miseria, ó mal estado.

Quoniam egestas. Porque como el que nada tiene nada pierde, no se le puede hacer daño.

Ea vero. Por tanto se habia desenfrenado, porque eran muchas las causas.

Præstabant. Sobresalian en la deshonra, &c.

Domo expulerat. Habian sido desterrados de sus tierras.

Sentinam. Receptáculo de toda inmundicia.

victoriæ, quod ex gregariis militibus alios senatores videbant, alios ita divites, ut regio victu, atque cultu ætatem agerent, sibi quisque, si in armis foret, ex victoria talia sperabat. Præterea, iuventus, quæ in agris manuum mercede inopiam toleraverat, privatis, atque publicis largitionibus excitata, urbanum otium ingrato labori prætulerat. Eos atque alios omnis malum publicum alebat: quo minus mirandum est homines egentes, malis moribus, maxuma spe, reipublicæ iuxta ac sibi consuluisse. Præterea, quorum victoria Sullæ parentes proscripti, bona erepta, ius libertatis imminutum, erat, haud sane alio animo belli eventum exspectabant; ad hoc, quicumque aliarum atque senati partium erant, conturbari rempublicam, quam minus valere ipsi, malebant. Id adeo malum multos post annos in civitatem reverterat.

XL. Fuere tamen extra coniurationem complures, qui ad Catilinam initio profecti sunt. In his erat A. Fulvius, senatoris filius, quem retractum ex itinere parens necari iussit. Iisdem temporibus Romæ Lentulus, sicuti Catilina præceperat, quoscumque moribus aut fortuna novis rebus idoneos credebat, aut per se, aut per alios sollicitabat, neque solum cives, sed cuiusque modi genus hominum, quo modo usui bello foret.

XLI. Igitur P. Umbreno cuidam negotium dat, uti legatos Allobrogum requirat: eosque, si possit, impellat ad societatem belli: existimans publice, privatimque ære aliens oppressos; preterea, quod naturâ Gal-

Gregariis militibus. De los mas viles soldados.
Manuum mercede. Con el trabajo de sus brazos.
Excitata. Comovida con dádivas, &c.
Malum publicum. La perturbacion de la república alimentaba, &c.
Iuxta ac sibi. Mirasen tanto por la República como por sí.
Præterea quorum. Ademas aquellos cuyos padres habian sido confiscados por la victoria de Sila, sus bienes robados, &c.
Aliorum atque. Que eran de otro partido que el Senado.
Id adeo malum. Tanto este mal de querer destruir la república se habia introducido en Roma.

XL.

Retractum ex itinere. Que habiendole vuelto del camino.
Novis rebus. A propósito para novedades.
Modo usui. Con tal que pudiesen llevar las armas, ó sirviesen en guerra.

XLI.

Negotium dat. Encarga que busque á los legados de los piamonteses.
Ære alieno. Que estando los legados cargados de deudas públicas, y privadas.

Gallica gens bellicosa esset, facile eos ad tale consilium adduci posse. Umbrenus quod in Gallia negotiatus erat, plerisque principibus civitatum notus erat, atque eos noverat; itaque sine mora, ubi primum legatos in foro conspexit, percunctatus paucis de statu civitatis & quasi dolens eius casum, requirere coepit, quem exitum tantis malis sperarent? Postquam illos videt queri de avaritia magistratum, accusare senatum, quod in eo auxilii nihil esset; miseriis suis remedium mortem exspectare; at ego, inquit, vobis, si modo viri esse vultis rationem ostendam, quâ tanta mala ista effugiatis. Hæc ubi dixit, Allobroges, in spem maxumam adducti, Umbrenum orare, ut sui misereretur; nihil tam asperum, neque tam difficile esse, quin cupidissime facturi essent, dum ea res civitatem ære alieno liberaret. Ille eos in domum D. Bruti perducit; quod foro propinqua erat, neque aliena consilii propter Semproniam: nam tum Brutus ab Roma aberat. Præterea Gabinium arcessit; quo maior auctoritas sermoni inesset: eo præsente coniurationem aperit: nominat socios, præterea multos cuiusque generis innoxios; quo legatis animus amplior esset: dein eos pollicitos operam suam domum dimittit.

XLII. Sed Allobroges diu in incerto habuere, quidnam consilii caperent. In alterâ parte erat æs alienum, studium belli, magna merces in spe victoriæ: at in altera maiores opes, tuta consilia, pro incerta spe cer-

12

Ad tale consilium. Á de juntarse á Catilina para destruir la República.

In foro. En la plaza de Roma.

Statu civitatis. Del estado de la ciudad de los Piamonteses.

Magistratuum. De la avaricia de los Magistrados Romanos.

Mortem exspectare. Que la muerte era el éxito que esperaban para remedio de sus males.

Viri esse. Hombres de valor, de ánimo, os daré el modo con que, &c.

Quin cupidissime. Que no hiciesen con mucho gusto.

Civitatem. La ciudad de los Piamonteses.

Neque alienæ. Que entraba tambien en la conspiracion de Catilina, por Semprona de la que se habló arriba.

Gabinium arcessit. Hizo venir á la casa de Decio á Gabinio uno de los conjurados.

Sermoni inesset. A lo que se tratase con los piamonteses.

Innoxios. Que no sabian de la conjuracion.

XLII.

In altera parte. En el partido de Catilina.

Magna merces. Grandes premios: pero fundados en la esperanza sola de la victoria.

At in altera. En la de los que favorecian la República, y el Senado.

ta præmia. Hæc illis volventibus, tandem vicit fortuna reipublicæ. Itaque Q. Fabio Sangæ, cujus patrocinio plurimum civitas utebatur, rem omnem, uti cognoverant, aperiunt. Cicero, per Sangam consilio cognito, legatis præcipit, ut studium conjurationis vehementer simulent, cetero adeant, bene polliceantur, denique operam, uti eos quam maxume manifestos habeant.

XLIII. Iisdem fere temporibus, in Gallia citeriore, atque ulteriore, item in agro Piceno, Bruttio, Apulia motus erat. Nam illi, quos Catilina antea dimiserat, inconsulte, ac veluti per dementiam, cuncta simul agebant: nocturnis consiliis, armorum, atque telorum portationibus, festinando, agitando omnia, plus timoris quam periculi effecerant. Ex eo numero complures Q. Metellus Celer, prætor, ex S. C. causâ cognitâ, in vincula conjecerat. Item in citeriore Galliâ C. Murena, qui ei provinciæ legatus præerat.

XLIV. At Romæ Lentulus cum ceteris qui principes conjurationis, erant, paratis, ut videbatur, magnis copiis, constituerat, ubi cum Catilina in aurum Fæsulanum cum exercitu venisset, L. Bestia tribunus plebis concione habitâ, quereretur de actionibus Ciceronis, bellique gravissimi invidiam optumo consuli imponeret; eo signo, proxuma nocte cetera multitudo conjurationis suum quisque negotium exsequeretur. Sed ea divisa hoc modo dicebantur; Statilius & Gabinius uti cum magna manu duodecim simul opportuna loca urbis incenderent; quo

Cuius patrocinio. De cuya tutela, y amparo saca mucho la ciudad de los piamonteses.

Ceteros adeant. Busquen los demas conjurados, hablen con ellos, les hagan grandes promesas para descubrirlos fácilmente.

XLIV.

Concione habita. Que habiendo harengado al pueblo en una junta: que lo podia convocar como Tribuno.

De actionibus Ciceronis. De lo que hacia Ciceron contra Catilina, y echase toda la culpa de aquella gravísima guerra al mejor Cónsul que hubo, Ciceron.

Eo signo. sup. *dato.* Porque dada aquella señal de haber dicho la oracion al pueblo Lucio Bestia &c. porque esta era la señal de los conjurados para tomar las armas.

Duodecim simul. Que á un tiempo diesen fuego en doce partes de la Ciudad. Algo distinto cuenta esto Plutarco en la vida de Ciceron. „Se „señaló (dice) la noche de los Saturnales para hacer esto. Se llevó á la casa de Cethego estopa, „azufre, y espadas. Se destinaron „despues cien hombres para cada „parte de la Ciudad, para que encendida á un tiempo por ciertas „partes, ardiese juntamente. Se „destinaron otros para cerrar los „aqueductos, y matar á los que „pidiesen agua.

quo tumultu facilior aditus ad consulem, ceterosque, quibus insidiæ parabuntur, fieret; Cethegus Ciceronis ianuam obsideret, eumque vi aggrederetur, alius autem alium; sed filii familiarum, quorum ex nobilitate maxuma pars erat, parentes interficerent, simul, cæde, & incendio perculsis omnibus, ad Catilinam erumperent. Inter hæc parata, atque decreta, Cethegus semper querebatur de ignavia sociorum: illos, dubitando, & dies prolatando, magnas opportunitates corrumpere, facto, non consulto in tali periculo opus esse, seque, si pauci adiuvarent languentibus aliis, impetum in curiam facturum. Natura ferox, vehemens, manu promtus erat; maxumum bonum in celeritate putabat.

XLV. Sed Allobroges, ex præcepto Ciceronis per Gabinium ceteros conveniunt, ab Lentulo, Cethego, Statilio, item Cassio postulant iusiurandum, quod signatum ad cives perferant: aliter aut facile eos ad tantum negotium impelli posse. Ceteri nihil suspicantes dant. Cassius semet eo brevi venturum pollicetur, ac paulo ante legatos ex urbe proficiscitur. Lentulus cum his T. Vulturtium quemdam Crotoniensem mittit; ut Allobroges, priusquam domum pergerent, cum Catilina, datâ, atque acceptâ fide, societatem confirmarent. Ipse Vulturtio litteras ad Catilinam dat: quarum exemplum infra scriptum est.

„Qui sim, ex eo, quem ad te missi, cognosces. Fac „cogites, in quanta calamitate sis; & memineris, te vi„rum esse; consideres, quid tuæ rationes postulent; au„xilium petas ab omnibus, etiam ab infimis." Ad hoc, manda-

Alius autem alium. Y otros á otros, esto es, matasen.

Ad Catilinam erumperent. Se marchasen al instante á juntarse con Catilina.

Et dies prolatando. Y difiriendo la empresa de un dia para otro.

Facto non consulto &c. Que en tales lances es necesario hacer, y no hablar.

Languentibus aliis. Aunque otros desmayasen ó temiesen.

XLV.

Ceteros conveniunt. Hablan á los demas.

Iusiurandum. El juramento de que librarian á su ciudad de las deudas que tenia, para llevarlo firmado á sus ciudadanos piamonteses.

Eos. Los piamonteses.

Dant. Dan el juramento firmado.

Ac paulo. Y se partió poco antes que los legados.

Cum his. Envió en compañía de los legados.

Data atque accepta. Dada, y recibida palabra de fidelidad.

Tuæ rationes. Tus intentos.

Mandata verbis. Le da encargos de palabra.

data verbis dat; cum ab senatu hostis iudicatus sit, quo consilio servitia repudiet in urbe parata esse, quæ iusserit; ne cunctetur ipse propius accedere.

XLVI. His rebus ita actis constitutâ nocte, quâ proficiscerentur, Cicero, per legatos cuncta edoctus, L. Valerio Flacco, & C. Pomptino prætoribus imperat, ut in ponte Milvio per insidias Allobrogum comitatus deprehendant: rem omnes aperit, cuius gratia mittebantur: cetera, uti facto opus sit, ita agant, permittit illis. Homines militares, sine tumultu præsidiis collocatis, sicuti præceptum erat, occulte pontem obsidunt. Postquam ad id loci legati cum Vulturtio venerunt, & simul utrinque clamor exortus est; Galli cito cognito consilio, sine mora prætoribus se tradunt. Vulturtius primo, cohortatus ceteros, gladio se à multitudine defendit; deinde, ubi à legatis desertus est, multa prius de salute suâ Pomptinum obtestatus, quod ei notus erat; postremo timidus, ab vitæ diffidens, veluti hostibus, esse prætoribus dedit.

XLVII. Quibus rebus confectis, omnia propere per nuncios consuli declarantur. At illum ingens cura atque lætitia simul occupavere. Nam lætabatur intelligens, coniuratione patefactâ, civitatem periculis ereptam esse. Porro autem anxius erat, dubitans; in maxumo scelere tantis civibus deprehensis, quid facto opus esset. Pœnam illorum sibi oneri, impunitatem perdundæ reip. fore crèdebat. Igitur confirmato animo vocari ad sese iubet Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, itemque Cæparium Terracinensem: qui in Apuliam ad concitanda servitia proficisci parabat. Ceteri

Quo consilio. Que á qué fin el despreciar los esclavos.
Ne cunctetur. Que no dilate el acercarse á Roma.

XLVI.

Comitatus deprehendant. Que prendan el equipage de los legados: esto es, á Vulturcio, y otros conjurados que los acompañaban, &c. El puente Milvio estaba cerca de Roma.
Præsidiis collocatis. Puestas sin tumulto guarniciones en el puente Milvio.
Simul utrisque. De uno y otro partido.
Galli. Los piamonteses ó legados.
Obtestatus. Rogado.

XLVII.

At illum. Se apoderó de Ciceron, &c.
Porro autem. Pero con todo estaba cuidadoso.
Sibi oneri. El castigarlos le servia de un grande aborrecimiento de los amigos, parientes, deudos, &c. y el dexarlos sin castigo serla perder la República.
Servitia. Los esclavos. Metonimia frecuente en Salustio.

ri sine mora veniunt: Cæparius, paulo ante domò egressus, cognito indicio, ex urbe profugerat. Consul Lentulum, quod prætor erat ipse manu tenens in senatum perducit, reliquos cum custodibus in ædem Concordiæ venire iubet. Eo senatum advocat, magnaque frequentia eius ordinis Vulturtium cum legatis introducit: Flaccum prætorem scrinium cum litteris, quas à legatis acceperat, eodem adferre iubet.

XLVIII. Vulturtius interrogatus de itinere, de litteris, postremo quid, aut quâ de causa, consilii habuisset? primo fingere alia, dissimulare de coniuratione; post, ubi fide publicâ dicere iussus est, omnia, uti gesta erant, aperit; docetque, se paucis ante diebus à Gabinio, & Cæpario socium ascitum: nihil amplius scire, quam legatos: tantummodo audire solitum ex Gabinio, P. Autronium, Serv. Sullam. L. Vargunteium, multos præterea in eâ coniuratione esse. Eadem Galli fatentur, ac Lentulum dissimulantem coarguunt, præter litteras, sermonibus, quos ille habere solitus erat: ex libris Sybyllinis, regnum Romæ tribus Corneliis portendi: Cinnam, atque Sullam antea, se tertium, esse cui fatum foret urbis potiri; præterea ab incenso Capitolio illum esse vigesimum annum, quem sæpe ex prodigiis aruspices respondissent; bello civili cruen-

In ædem Concordiæ. Al templo de la Diosa Concordia. Tenia esta Diosa muchos templos en Roma.

Magnaque frequentia. Con gran concurso de Senadores.

Cum legatis. Con los legados piamonteses.

Scrinium. Una cajita en que cerraban las cartas para llevarlas resguardadas.

XLVIII.

Consilii habuisset. Qué habia deliberado, y por qué.

Alia. Cosas muy diversas.

Fide publica. Mediando la fe pública, que le dió Ciceron de que no se le haria daño si decia la verdad.

Socium ascitum. Que fue tomado, ó llamado por compañero de la conjuracion. Nada sabia mas que los legados piamonteses.

Dissimulantem. Que negaba saber algo de la conjuracion.

Ex libris sibyllinis. Estos libros Sibilinos los tenian los Romanos como proféticos. *Véase* el Indice.

Regnum Romæ. Que el Imperio Romano se estenderia á tres de la familia Cornelia.

Cui fatum foret. A quien estaba decretado por los Hados, que se debia apoderar del imperio Romano.

Ab incenso capitolio. Desde la quema del Capitolio habian pasado veinte años, ó corria el año veinte. Lentulo estaba persuadido por los libros Sibilinos, que este era el año decretado para que se apoderase de Roma.

Ex prodigiis. Que los agoreros por la ciencia que tenian de los prodigios y senales del cielo, &c.

cruentum fore. Igitur, perlectis litteris, cum prius omnes signa sua cognovisent, senatus decernit, uti abdicato magistratu, Lentulus, itemque ceteri in liberis custodiis habeantur. Itaque Lentulus P. Lentulo Spintheri, qui tum ædilis erat, Cethegus Q. Cornificio, Statilius C. Cæsari, Gabinius M. Crasso, Cæparius (nam is paulo ante ex fugâ retractus erat) Cn. Terentio senatori traduntur.

XLIX. Interea plebes coniuratione patefacta, quæ primo, cupida novarum rerum nimis bello fabebat, mutata mente, Catilinæ consilia exsecrari, Ciceronem ad cælum tollere; veluti ex servitute erepta, gaudium, atque lætitiam agitabat. Namque alia belli facinora prædæ magis, quam detrimento fore, incendium vero crudele, immoderatum ac sibi maxume calamitosum putabat; quippe cui omnes copiæ in usu quotidiano, & cultu corporis erant. Post eum diem quidam L. Tarquinius ad senatum adductus erat: quem ad Catilinam proficiscentem, ex itinere retractum aiebant. Is cum se diceret de coniuratione indicaturum, si fides publica data esset, iussus ab consule, quæ sciret, edicere, eadem fere, quæ Vulturtius, de paratis incendiis, de cæde bonorum, de itinere hostium, senatum edocet: præterea, se missum à M. Crasso, qui Catilinæ nunciaret, ne eum Lentulus & Cethegus, aliique ex coniuratione deprehensi terrerent; eoque magis properaret ad urbem accedere, quo & ceterorum animos reficeret, & illi facilius è periculo eriperentur. Sed ubi Tarquinius Crassum nominavit, hominem nobilem, ma-

Cum prius omnes. Habiendo antes todos los conjurados confesado sus firmas; las que habian dado á los legados piamonteses.

Abdicato Magistratu. Que privado Lentulo del cargo de Pretor.

Retractus. Le habia traido preso á Roma.

Traduntur. Se los entregaron para que los custodiasen en sus casas.

XLIX.

Nimis bello. Favorecia mucho la conjuracion de Catilina, ó deseaba mucho la guerra.

Veluti ex servitute. Como si hubiera sido libre de la esclavitud, la plebe se alegraba.

Namque alia. Porque por una parte las maldades de la guerra de Catilina mas se reducirian á rapiñas, que á otro daño.

Quippe cui. Como que para la plebe las riquezas consisten en el trato y adorno cotidiano.

Si fides publica. Si le daba palabra de no castigarle.

Edicere. Lo dijese claramente.

Ne eum Lentulus. Que no se acobardase Catilina, porque Lentulo, Cethego, y los demas conjurados se hallaban en prision.

Quo ceterorum. Porque debia animar á los demas.

Hominem nobilem. Era Craso hombre de mucho crédito y estimacion.

maximis divitiis, summa potentia, alii rem incredibilem rati; pars, tametsi verum existimabant, tamen quia in tali tempore tanta vis hominis magis leniumda, quam exagitanda videbatur, plerique Crasso ex negotiis privatis obnoxii, conclamant, indicem falsum esse, deque ea re postulant uti referatur. Itaque consulente Cicerone, frequens senatus decernit, Tarquinii indicium falsum videri, eumque in vinculis retinendum; ne amplius potestatem faciundam, nisi de eo indicaret, cuius consilio tantam rem esse mentitus. Dum hæc in senatu aguntur, & dum legatis Allobrogum, & T. Vultuntio, comprobato eorum indicio, præmia decernuntur: liberti, & pauci ex clientibus Lentuli, diversis itineribus, opifices, atque servitia in vicis ad eum eripiendum sollicitabant: partim exquirebant duces multitudinum, qui pretio rempublicam vexare soliti erant. Cethegus autem per nuncios familiam, atque libertos suos, lectos, & exercitatos in audaciam, orabat, ut, grege facto, cum telis ad sese irrumperent. Consul, ubi ea parari cognovit, dispositis præsidiis, uti res, atque tempus monebat, convocato senatu refert, quid de his fieri placeat, qui in custodiis traditi erant. Sed eos paulo ante frequens senatus iudicaverat contra rempublicam fecisse. Tum D. Iunius Silanus, primus sententiam rogatus, quod eo tempore consul designatus erat, de iis, qui in custodiis tenebantur, & præterea de L. Cassio. P. Furio, P. Umbreno, Q. Annio, si deprehensi forent, supplicium sumendum decreverat, isque postea, permotus oratio-

Alii rem. Unos juzgaron increible que Craso fuese de la conjuracion.

Tanta vis. El gran poderio de Craso debia ser antes mitigado, que irritado.

Ex negotiis privatis, &c. Porque le eran deudores por sus tratos particulares.

Indicem. El delator Tarquinio.

Uti referatur. Que se diese cuenta al Senado, que se consultase sobre la delacion de Tarquinio.

Frequens senatus. La mayor parte de los Senadores.

Potestatem faciundam. No se le daria facultad de hablar sobre el asunto.

Esset mentitus. Habia fingido.

Liberti & pauci. Los criados, y algunos pocos de los ahijados, ó favorecidos de Lentulo.

Diversis itineribus. Por diversas calles ó sitios de la ciudad.

Grege facto. Que habiendo juntado gente.

Ad sese irrumperent. Para librarle de la carcel.

Convocato senatu. Dió cuenta al Senado junto. *Senatu*, dativo por *senatui.*

Primus sententiam. Que es el primero á quien se pidió parecer.

Supplicium sumendum. Debian ser castigados.

tione C. Cæsaris, pedibus in sententiam Tiberii Neronis iturum se dixerat, quod de ea re, præsidiis additis, referendum censuerat. Sed Cæsar, ubi ad eum ventum est, rogatus sententiam à consule, dixit.

LIII. Postquam Cæsar dicendi finem fecit, ceteri verbo, alius alii varie assentiebantur. At M. Porcius Cato, rogatus sententiam, orationem habuit.

LVII. Postquam Cato assedit; consulares omnes itemque senati magna pars sententiam eius laudant, virtutem animi ad cœlum ferunt: alii alios increpantes, timidos vocant: Cato magnus atque clarus habetur: senati decretum fit, sicuti ille censuerat.

LVIII. Postquam senatus in Catonis sententiam discessit, consul optumum facto ratus, noctem, quæ instabat, antecapere, ne quid eo spatio novaretur, triumviros, quæ ad supplicium postulabat, parare iubet: ipse, dispositis præsidiis, Lentulum in carcerem deducit: ceteris idem fit per prætores. Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur, ubi paulum ascenderes ad lævam circiter xii. pedes humi depressus. Eum muniunt undique parietes, atque insuper camera lapidis fornicibus iuncta: sed inculta tenebris, odore fœda, atque terribilis eius facies est. In eum locum postquam demissus est Lentulus, vindices rerum capitalium, quibus præceptum erat, laqueo gulam fregere. Ita ille patricius, ex cla-

Pedibus in sententiam. Seguiria el parecer mudando de lugar. *Véase* el Indice.

Presidiis additis. Puestas guarniciones ocultas habia juzgado se debia deliberar.

Dixit. Véase esta oracion, y la de Caton en las Harengas.

LIII. LVII.

Sententiam eius laudant. Alaban su parecer, que fue de que debian ser castigados de muerte los conjurados; el del Cesar fue de que no se les castigase de muerte.

Increpante. Reprendiéndose unos á otros de cobardes; porque eran de otro parecer que Caton.

Senati decretum. Se dió el decreto del Senado segun el parecer de Caton.

LVIII.

Discessit. Aprobó.

Antecapere. Prevenir la noche que se seguia á aquel dia, para que en aquel intervalo no hubiese alguna mudanza.

Parare iubet. Manda á los Triunviros prevenir lo necesario para el suplicio.

Idem fit ceteris. Tambien llevaron á la carcel á los demas que tenian en custodia por medio de los pretores.

Quod Tullianum. Este era un lugar de la carcel, que habia hecho Tulo Hostilio de quien tomó el nombre.

Ubi paulum. Que luego que se sube un poco, se encuentra metido en tierra con doce pies de profundo, con todas las paredes de piedra, y la bóveda con arcos tambien de piedra, pero horrible por su obscuridad, de olor pestífero, y terrible á la vista.

Vindices rerum &c. Los verdugos.

Laqueo gulam. Le dieron garrote.

clarissima gente Corneliorum, qui consulare imperium Romæ habuerat, dignum moribus factisque suis exitum vitæ invenit. De Cethego, Statilio, Gabinio, Cæpario eodem modo supplicium sumtum est.

LIX. Dum ea Romæ geruntur, Catilina ex omni copia, quam & ipse adduxerat, & Manlius habuerat, duas legiones instituit, cohortes pro numero militum complet: deinde, ut quisque voluntarius, aut ex sociis in castra veherat, æqualiter distribuerat; ac brevi spatio legiones numero hominum expleverat; cum initio non amplius duobus millibus habuisset: sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa; ceteri, ut quemque casus armaverat, sparos, aut lanceas, alii præacutas sudes portare; sed postquam Antonius cum exercitu adventabat; Catilina per montes iter facere; modo ad urbem, modo in Galliam versus castra movere; hostibus occasionem pugnandi non dare. Sperabat propediem magnas copias se habiturum, si Romæ socii incepta patravissent. Interea servitia repudiabat, cuius initio ad eum magnæ copiæ concurrebant, opibus coniurationis frotus; simul alienum suis rationibus existumans, videri causam civium cum servis fugitivis communicasse. Sed, postquam in castra nuncius pervenit, coniurationem patefactam, de Lentulo, & Cethego, ceterisque, quos supra memoravi, supplicium sumtum: plerique, quos ad bellum spes rapinarum, aut novarum rerum studium illexerat, dilabebantur: reliquos Catilina per montes asperos magnis itineribus in agrum Pi-

Exitum vitæ. Tuvo una muerte digna de sus maldades.

LIX.

Copia. Ejército.

Pro numero. Segun pudo de los soldados que tenia.

Uti quisque. Segun que voluntariamente habia venido el ejército, ó fuese de los conjurados.

Legiones numero. Completó las legiones enteramente. Cada legion tenia seis mil hombres.

Militaribus armis. Con armas buenas, con armas de guerra: los demas segun lo primero que les presentó la casualidad, con podaderas, lanzas, palos agozados.

Antonius. El Consul colega de Cicerón.

Si socii. Si Lentulo, y Cethego concluian lo empezado.

Interea repudiabat. En este intermedio no queria recibir esclavos.

Opibus coniurationis. Confiado en el poder, y riquezas de los conjurados.

Suis rationibus. A sus intereses.

Causam civium. En juntar la causa de los Ciudadanos con la de los esclavos fugitivos.

Dilabebantur. Se iban marchando.

Magnis itineribus. A largas jornadas los llevó al territorio Pistoriense en Toscana.

Pistoriensem abducit, eo consilio, uti per tramites occulte profugeret in Galliam Transalpinam. At Q. Metellus Celer cum tribus legionibus in agro Piceno præsidebat, ex difficultate rerum eadem illa existimans, quæ supra diximus, Catilinam agitare. Igitur, ubi iter eius ex perfugis cognovit, castra propere movit, ac sub ipsis radicibus montium consedit: qua illi descensus erat in Galliam properanti, neque tamen Antonius procul aberat, utpote qui magno exercitu locis æquioribus expeditus in fugam sequeretur. Sed Catilina postquam videt montibus, atque copiis hostium sese clausum, in urbe res adversas, neque fugæ, neque præsidii ullam, spem, optumum factu ratus, in tali re fortunam belli tentare: statuit cum Antonio quamprimum confligere. Itaque concione advocata, orationem habuit.

LXII. Ubi dixit, paululum commoratus, signa canere iubet, atque instructos ordines in locum æquum deducit: dein, remotis omnium equis, quo militibus, exæquato periculo, animus amplior esset, ipse pedes exercitum pro loco, atque copiis intruit. Nam uti planities erat inter sinistros montes, & ab dextera rupes aspera, octo cohortes in fronte constituit; reliqua signa in subsidiis arctius collocat. Ab his centuriones omnis lectos, & evocatos, præterea ex gregariis militibus optumum quemque armatum in primam aciem subducit: C. Manlium in dextera, Fæsulanum quemdam in sinistra parte curare iubet: ipse cum liberiis, & colonis propter Aquilam

Uti per tramites. Para huir por senderos, ó estravios.

In agro Piceno. Mandaba en la Marca de Ancona tres legiones, por si la necesidad lo pedia contra Catilina.

Eadem illa. Juzgaron que Catilina meditaba lo mismo que se dijo arriba.

Qua illi. Por donde Catilina tenia bajada para Francia.

Locis æquioribus. Por territorios mas llanos pudiese seguir á los que estaban dispuestos á huir.

Orationem habuit. Véase en las Harengas.

LXII.

Signa canere. Mandó dar la señal de batalla, y ordenadas las filas, las lleva á un terreno oportuno. Despues habiendo hecho quitar los caballos, para que peleando todos á pie siendo iguales en el riesgo y trabajo tuviesen mas ánimo, y él andando á pie &c.

Reliqua signa. Los demas batallones los pone en donde pudiesen socorrer, pero amontonados.

Ex gregariis militibus. De los soldados rasos: los mejor armados, pone en la primera fila.

Propter Aquilam. Junto al Estandarte en que iba pintada el Aguila, armas del Imperio Romano.

Aquilam adsistit; quam bello Cymbrico C. Marius in exercitu habuisse dicebatur. At ex altera parte C. Antonius, pedibus æger, quod prælio adesse nequibat, M. Petreio legato exercitum permittit. Ille cohortes veteranas, quas tumulti causâ conscripserat, in fronte, post eas ceterum exercitum in subsidiis locat. Ipse equo circumiens, unumquemque nominans, appellat, hortatur, rogat, uti meminerint, se contra latrones inermes, pro patria, pro liberis, pro aris, atque focis suis certare. Homo militaris, quod amplius annos triginta tribunus, aut præfectus, aut legatus, aut prætor, cum magna gloria in exercitu fuerat, plerosque ipsos, factaque eorum fortia noverat; ea commemorando, militum animos accendebat.

LXIII. Sed ubi, omnibus rebus exploratis, Petreius tubâ signum dat; cohortes paulatim incedere iubet. Idem facit hostium exercitus. Postquam eo ventum est, unde à ferentariis prælium committi posset; maxumo clamore, cum infestis signis concurrunt; pila omittunt; gladiis res geritur. Veterani pristinæ virtutis memores, cominus acriter instare, illi haud timidi resistunt; maxuma vi certatur. Interea Catilina cum expeditis in primâ acie versari: laborantibus succurrere: integros pro sauciis arcessere: omnia providere: multum ipse pugnare, sæpe hostem ferire: strenui militis, & boni imperatoris officia simul exsequebatur. Petreius, ubi videt Catilinam contra, ac ratus erat, ma-

Quam. El qual estandarte.
Pedibus æger. Enfermo de gota.
Legato. Su Lugar Teniente.
Conscripserat. Que habia alistado por causa del tumulto.
In subsidiis. Para socorro, ó para que entrasen de refresco.
Inermes. Desarmados.
Pro aris atque focis. Era el mayor motivo que podria haber de perder la vida, el pelear por defensa de la Religion, de sus Aras, y Piras.
Homo militaris. Hombre belicoso, el consul Antonio.

LXIII.

Tuba. Con la trompeta, ó clarin.
Incedere. Adelantarse un poco.
Unde ferentariis. De donde pudiesen pelear los armados á la ligera como con hondas, piedras, flechas, ó armas levadizas. *Ferentarius* viene de *fero.*
Cum infestis. Se acometen enemigamente, dexan los dardos, &c.
Cominus. De cerca apretaba al enemigo.
Cum expeditis. Con soldados de leve armadura.
Integros pro sauciis. Colocaba los sanos en los lugares de los heridos.
Officia simul. Cumplia á un tiempo con las obligaciones de Capitan, y soldado.
Contra ac ratus. Que peleaba con gran vigor, fuera de lo que él habia pensado.

magna vi contendere; cohortem prætoriam in medios hostes inducit: eos perturbatos, atque alios alibi resistentes interficit: deinde utrinque ex lateribus ceteros aggreditur. Manlius, & Fæsulanus in primis pugnantes cádunt. Postquam fusas copias, seque cum paucis relictum videt Catilina, memor generis, atque pristinæ dignitatis suæ, in confertissimos hostes incurrit, ibique pugnans confoditur.

LXIV. Sed, confecto prælio, tum vero cerneres quanta audacia, quantaque animi vis fuisset in exercitu Catilinæ. Nam feré, quem quisque pugnando vivus locum ceperat, eum, amissâ ánimâ, corpore tegebat. Pauci autem, quos medios cohors prætoria disiecerat, paulo diversius, alii alibi stantes, omnes, tamen adversis vulneribus, conciderant. Catilina vero longe à suis inter hostium cadavera repertus est, paululum etiam spirans ferociamqui animi, quam habuerat vivus in vultu retinens, postremo, ex omni copia, neque in prælio, neque in fuga quisquam civis ingenuus captus est. Ita cuncti suæ hostiumque vitæ iuxta pepercerant. Neque tamen exercitus populi R. lætam, aut incruentam victoriam adeptus erat. Nam strenuissimus quisque, aut occiderat in prælio, aut graviter vulneratus discesserat. Multi autem, qui è castris visundi, aut spoliandi gratiâ processerant, volventes hostilia cadavera, amicum alii, pars hospitem, aut cognatum reperiebant. Fuere Item,

Eosque perturbatos. Y desordenados, mata á los que hacian resistencia.

Utrinque. Acomete á los dos lados por entrambas partes.

In primis. Entre los de delante.

Memor generis. Acordándose de su prosapia y antigua dignidad, se arrojó entre lo mas fuerte de los enemigos.

LXIV.

Confecto prælio. Concluida la batalla.

Quem quisque. Porque el lugar que ocupó uno vivo, le cubria con su cuerpo despues de muerto.

Cohors prætoria. Que el esquadron del Pretor Petreyo habia desvaratado.

Paulo diversius. Algo distantes del lugar que ocuparon en la batalla.

Adversis vulneribus. Heridos de frente, ninguno murió huyendo.

Etiam spirans. Respirando algo.

Civis ingenuus. Ningun Ciudadano libre hidalgo de Roma fue cogido vivo, y asi todos estimaron igualmente su vida, que la de los enemigos; esto es, que no quisieron menos ser muertos, que matar á sus enemigos.

Processerant. Que habia ido por ver, ó pillar del campo enemigo.

Amicum alii. Hallaban unos al amigo, otros á sus huespedes, ó parientes.

item, qui inimicos suos cognoscerent. Ita varie per omnem exercitum lætitia, mœror, luctus atque gaudium agitabantur.

DE BELLO IUGURTHINO.

CAP. I. Falso queritur de naturâ suâ genus humanum, quod imbecilla, atque ævi brevis, sorte potius, quam virtute, regatur. Nam, contra reputando, neque maius aliud, neque præstabilius invenias; magisque naturæ industriam hominum, quam vim, aut tempus deesse: sed dux, atque imperator vitæ mortalium animus est: qui, ubi ad gloriam virtutis via grassatur, abunde pollens, potensque, & clarus est, neque fortunæ eget; quippe quæ probitatem, industriam, ceterasque bonas artes neque dare, neque eripere cuiquam potest. Sin captus pravis cupidinibus, ad inertiam, & voluptates corporis pessundatus est, perniciosâ lubidine paulisper usus: ubi per socordiam vires, tempus, ingenium defluxere, naturæ infirmitas accusatur: suam quippe culpam actores ad negotia transferunt. Quod si hominibus bonarum rerum tanta cura esset, quanto studio aliena, ac nihil profutura, multumque etiam periculosa, petunt, neque regerentur magis casibus, quam regerent casus; & eo magnitudinis procederent, ubi pro mortalibus, gloriâ æterni fierent.

II. Nam uti genus hominum compositum è corpore, & animâ est: ita res cunctæ, studiaque omnia no-

Ita varie. Y asi por todo el exército sucedia con variedad, &c.

CAP. I.

Falso quæritur. Injustamente se quejan los hombres de su nacimiento, porque flaca, y breve la vida se gobierna mas por la suerte, que por la virtud; pues considerandola al contrario la naturaleza.

Via grassatur. Corre á la gloria, &c.

Abunde pollens. Floreciendo, y pudiendo mucho.

Quippe quæ. Como que la fortuna.

Pessundatus est. Se dexó arrastrar; se abatió.

Lubidine. Deleyte, pasion.

Socordiam. Por la floxedad de su vida, perecieron sus fuerzas, &c.

Suam quippe. Los obradores de mal pasan la culpa á la desgracia de sus negocios.

Quanto studio. Quanto cuidado en las cosas agenas del hombre.

Neque regerentur. Gobernarian antes ellos á la fortuna, que esta á ellos, y llegarian á tal estado de grandeza, que en vez de mortales, se harian eternos por la fama.

nostra, corporis alia, alia animi naturam sequuntur. Igitur præclara facies, magnæ divitiæ, ad hoc vis corporis, & alia huiuscemodi, omnia brevi dilebuntur; at ingenii egregia facinora, sicuti anima, immortalia sunt. Postremo, corporis & fortunæ bonorum uti initium sic finis est; omniaque orta occidunt, & aucta senescunt. Animus incorruptus æternus rector humani generis agit, atque habet cuncta, neque ipse habetur. Quo magis pravitas eorum admiranda est, qui dediti corporis gaudiis, per luxum atque ignaviam ætatem agunt: ceterum ingenium, quo neque melius, neque amplius, aliud in naturâ mortalium est, incultu, atque socordiâ torpescere sinunt: cum præsertim tan multæ variæque sint artes animi, quibus summa claritudo paratur.

III. Verum ex his magistratus, & imperia, postremo omnis cura rerum publicarum, minime mihi hac tempestate cupienda videntur: quoniam neque virtuti honos datur: neque illi, qui us per fraudem ius fuit, utique tuti, aut eo magis honesti sunt. Nam, vi quidem regere patriam, aut parentes, quamquam & possis & delicta corrigas, tamen importunum est; cum præsertim omnes rerum mutationes cædem, fugam, aliaque hostilia portendant. Frustra autem niti, neque aliud, se fatigando, nisi odium quærere, extremæ dementiæ est: nisi forte quem inhonesta, & perniciosa lubido tenet, potentiæ paucorum decus, atque libertatem suam gratificari

IV.

II.

Corporis alia. Unas cosas segun las pasiones corporales, otras las del alma.

At ingenii. Pero los esclarecidos hechos del ingenio.

Et aucta. Y en habiendo crecido perecen.

Agit atque. Gobierna, y entiende todo; pero el alma no es comprendida.

Incultu atque socordia. Con la falta de cultivo, y negligencia le dejan entorpecer.

Quibus summa. Con las que se adquiere la mayor celebridad de la fama.

III.

Ius fuit. Tuvo facultad de lograr los magistrados con fraudes, no está seguro, por ser tantos los sediciosos.

Importunum. Poco honroso.

Portendant. Anuncian muertes, destierros, &c. en vano pues te empeñas, ó se fatigan. Habla indefinidamente el Autor.

Perniciosa lubido. Una mala pasion.

Gratificari. Sacrifica su honra, y libertad al poderío de pocos ambiciosos.

IV. Ceterum ex iis negotiis, quæ ingenio exercentur, in primis magno usui est memoria rerum gestarum: cuius de virtute quia multi dixere, prætereundum puto: simul, ne per insolentiam quis existimet memet studium meum laudando extollere. Atque ego credo fore, qui quia decrevi procul à republicâ ætatem agere, tanto tamque utili labori meo nomen inertiæ imponant: certe quibus maxuma industria videtur, salutare plebem, & conviviis gratiam quærere. Qui si reputaverint, & quibus ego temporibus magistratum adeptus sum; & quales viri idem assequi nequiverint; & postea, quæ genera hominum in senatum pervenirent: profecto existimabunt, me magis merito, quam ignaviâ, iudicium animi mei mutavisse; maiusque commodum ex otio meo, quam ex aliorum negotiis, reipublicæ venturum: nam sæpe audivi, Q. Maximum, P. Scipionem, præterea civitatis nostræ præclaros viros solitos ita dicere: cum maiorum imagines intuerentur, vehementissime sibi animum ad virtutem accendi: scilicet non ceram illam, neque figuram tantam vim in sese habere: sed memoria rerum gestarum eam flammam egregiis viris in pectore crescere, neque prius sedari, quam virtus eorum famam, atque gloriam adæquaverit. At contra, quis est omnium his moribus, quin divitiis, & sumtibus, non probitate, neque industriâ, cum maioribus suis contendat? etiam homines novi, qui antea per virtutem soliti erant nobilitatem antevenire, furtim, & per latrocinia potius quam bonis artibus, ad imperia, & honores nituntur.

Pro-

IV.

Memoria rerum. Aprovecha mucho la eleccion de las historias, de cuya utilidad, porque muchos, &c.

Insolentia Presuncion ó lozania

Ætatem agere. Pasar la vida retirado de los negocios públicos.

Certe. Sin duda, aquellos vituperaran mi conducta, que tienen por grande industria, ganarse la plebe con salutaciones, &c.

Magistratum. El cargo de Pretor, que le logró estando perturbada la República.

Idem assequi. No pudieron conseguir otro tanto.

Quæ genera. Hombres viles, indignos.

Magis merito. Mas con justa razon que por pereza.

Ceram illam. No porque aquella materia, ó figura de las imágenes, &c.

Neque prius. Y no se extinguia hasta que igualaban su fama, &c.

Quis est omnium, &c. ¿Quien hay, que segun estas costumbres del siglo, se atreva á competir con sus antepasados, no en riquezas y gastos, sino en bondad é industria?

Antevenire. Exceder á la nobleza.

Furtim. Con fraude.

Nituntur. Se esfuerzan en llegar.

Proinde quasi prætura, & consulatus, atque alia omnia huiusmodi per se ipsa clara & magnifica sint, ac non perinde habeantur, ut eorum, qui ea sustinent, virtus est. Verum ego liberius, altiusque processi, dum me civitatis morum piget, tedetque; nunc ad incœptum redeo.

V. Bellum scripturus sunt, quod populus R. cum Iugurtha rege Numidarum gessit: primum, quia magnum & atrox, variaque victoria fuit: deinde, quia tum primum superbiæ nobilitatis obviam itum est. Quæ contentio divina & humana cuncta permiscuit: eoque vecordiæ processit, uti studiis civilibus bellum atque vastitas Italiæ finem faceret. Sed prius quam huiuscemodi rei initium expedio, pauca supra repetam; quo ad cognoscendum, omnia illustria magis, magisque in aperto sint. Bello Punico secundo, quod dux Carthaginiensium Hannibal, post magnitudinem nominis Romani, Italiæ opes maxume attriverat; Masinissa Rex Numidarum, in amicitiam receptus à P. Scipione, multa, & præclara rei militaris facinora fecerat: victis Carthaginiensibus, & capto Syphace, cuius in Africâ magnum, atque late imperium valuit, Populus Romanus quascumque urbes, & agros manu ceperat, regi dono dedit. Igitur amicitia Ma-

Ac non perinde. Y no se estimen segun la virtud de aquellos que las exercen.

Verum ego liberius. Pero yo me estendí algo mas de lo que pide un prólogo, compadeciéndome, y fastidiándome de las costumbres de Roma: ahora vengamos al asunto.

V.

Cum Iugurtha. Contra Yugurta Rey de Numidia en Africa.

Variaque victoria. En ablativo. Fue guerra que tuvo varias suertes.

Quia tum primum. Porque entonces por primera vez se empezó á hacer frente á la soberbia de los nobles.

Eoque vecordiæ. Y llegó á tal su furor porque los bandos civiles, la guerra, y asolacion de Italia pusieron fin á la disputa.

Expedio. Pero antes de explicar el principio de tal asunto, dire algo de mas atras.

Bello Punico secundo. En la guerra segunda Púnica ó Africana. Tres fueron las guerras Púnicas. La primera se movió, porque Mesana ciudad de Sicilia, se quejó de las violencias de los Cartagineuses al Senado y Pueblo Romano. Este envió contra los Cartagineuses á Apio Claudio, que fue el primer Romano que usó de naves, y despues envió á Duilio, que venció á los Cartagineuses, y celebró el triunfo. La segunda fue la que hizo Hanibal á los Romanos, y la concluyó triunfante Scipion el Africano: con este tuvo amistad Masinisa. La tercera guerra fue la de Scipion Nasica, que destruyó á Cartago. En Livio *véase* la segunda guerra Púnica.

Cuius in Africa. Cuyo imperio grande y dilatado floreció en Africa.

Regi dono. Hizo donacion al Rey Masinisa.

Masinissæ bona atque honesta nobis permansit: sed imperii, vitaque eius finis idem fuit. Deîn Micipsa filius regnum obtinuit, Manastabale & Gulussâ fratribus morbo absumtis. Is Adherbalem, & Hiempsalem ex sese genuit: Iugurthamque filium Manastabilis fratris, quem Masinissa, quod ortus ex concubinâ erat, privatum reliquerat, eodem cultu quo liberos suos, domi habuit.

VI. Qui ubi primum adolevit; pollens viribus, decorâ facie, sed multo maxume ingenio validus, non se luxu, neque inertiæ corrumpendum dedit; sed, uti nos gentis illius est, equitare, iaculari, cursu cum æqualibus certare; & cum omnis gloriâ anteiret, omnibus tamen carus esse: ad hoc, pleraque tempora in venando agere; leonem atque alias feras primus, aut in primis ferire: plurimum facere, & minimum ipse de sè loqui. Quibus rebus Micipsa tametsi initio lætus fuerat, existumans Iugurthæ virtutem regno suo gloriæ fore: tamen postquam hominem adolescentem, exacta ætate suâ, & parvis liberis, magis, magisque crescere intelligit, vehementer eo negotio permotus, multa cum animo suo volvebat. Ad hoc, studia Numidarum in Iugurtham accensa: ex quibus, si talem virum dolis interfecisset, ne qua seditio aut bellum oriretur, anxius erat.

VII. His difficultatibus circumventus, ubi videt, neque per vim, neque insidiis opprimi posse hominem tam acceptum popularibus: quod erat Iugurtha manu promtus, & appetens gloriæ militaris; statuit eum obiectare periculis, & eo modo fortunam tentare. Igitur bello Numantino Micipsa, cum, populo Romano equitum atque peditum auxilia mitteret; sperans vel ostentan-

Sed imperii vitæque. Pero el Imperio acabó con su vida. Porque sus sucesores no fueron dignos.
Absumtis. Perecieron, ó murieron de enfermedad.
Is. El Rey Micipsa.
Quem. Al cual Yugurta.
Privatum. Le dexó como un mero particular.

VI.

Qui ubi. Luego que creció Yugurta.
Se luxu. Está en dativo por *luxui.*
Omnis por *omnes.*
Minimum. No alabándose en nada.
Gloriæ fore. Seria de gloria á su Reyno.
Exacta ætate. Siendo su edad mucha, y pequeños sus hijos, entendió que Yugurta se adelantaba mas y mas.
Eo negotio. De que Yugurta se adelantase.
Ad hoc studia. A esto se juntaba el ser grande el amor que le tenian los Numidas á Yugurta.
Anxius erat. Se temia que los Numidas, &c.

VII.

Circumventus. Embarazado con estas dificultades.
Obiectare. Exponerle.

tando virtutem, vel hostium sævitiâ facile eum occasurum, præfecit Numidis, quos in Hispaniam mittebat. Sed ea res longe aliter, ac ratus erat, evenit. Nam Iugurtha, ut erat impigro atque acri ingenio, ubi naturam P. Scipionis, qui tum Romanis Imperator erat, & morem hostium cognovit: multo labore, multâque curâ, præterea modestissime parendo, & sæpe obviam eundo periculis, in tantam claritudinem brevi pervenerat, uti nostris vehementer carus, Numantinis maxumo terrori esset. Ac sane, quod difficillimum in primis est, & prælio strenuus erat & bonus consilio, quorum alterum ex providentiâ timorem, alterum ex audaciâ temeritatem adferre plerumque solet. Igitur Imperator omnis fere res asperas per Iugurtham agere, in amicis habere, magis magisque eum in dies amplecti. Quippe cuius neque consilium, neque incœptum ullum frustra erat. Huc accedebat munificentia animi, & ingenii solertia, quibus rebus sibi multos ex Romanis familiari amicitiâ coniunxerat.

VIII. Ea tempestate in exercitu nostro fuere complures novi, atque nobiles, quibus divitiæ bono, honestoque potius erant, factiosi, domi potentes, apud socios clari magis, quam honesti; qui Iugurthæ non mediocrem animum pollicitando accendebant, si Micipsa rex occidisset, fore uti solus imperio Numidiæ potiretur, in ipso maxumam virtutem, Romæ omnia venalia esse. Sed postquam, Numantiâ deletâ, P. Scipio dimittere auxilia, & ipse reverti domum decrevit, donatum, atque laudatum magnifice pro concione Iugurtham in pretorium adduxit: ibique secreto monuit,

Sævitiâ. Braveza.
Præfecit Numidis. Le dió el mando del exercito de los Numidas.
Modestissime parendo. Obedeciendo con mucha sumision.
Numantinis. Era temido de los de Numancia en España, que tenian cercada los Romanos. *Véase* Livio.
Et prælio. Animoso en la batalla.
Quorum alterum. El tener buen consejo.
Alterum. El ser animoso.
In amicis habere. Le estimaba.
Munificentia. Bizarria, magnificencia.

VIII.

Novi. Hombre de fortuna.
Factiosi. Partidarios.
Pollicitando. Con promesas.
In ipso maxumam. Que en Yugurta se hallaba grande ánimo y valor.
Romæ omnia. Que en Roma todo se vendia; esto es, los honores, y la justicia.
Dimittere auxilia. Determinó despedir las Tropas auxiliares.
Pro concione. En la junta.
In prætorium. A la tienda del General.

nuit, uti potius publice, quam privatim, amicitiam populi Romani coleret, neu quibus largiri insuesceret, periculose à paucis emi, quod multorum esset: si permanere vellet in suis artibus, ultro illi & gloriam, & regnum venturum: sin properantius pergeret, suâmet ipsum pecuniâ præcipitem casurum.

IX. Sic locutus, cum litteris eum, quas Micipsæ redderet, dimisit. Earum sententia hæc erat: »Iugurthæ »tui bello Numantino longe maxuma virtus fuit: quam rem »certo scio tibi gaudio esse. Nobis ob merita sua carus »est: ut idem senatus populusque Romanus sit, summa »ope nitemur. Tibi quidem pro nostrâ amicitiâ gratulor. »En habes virum dignum te, atque avo suo Masinissâ." Igitur rex, ubi ea, quæ famâ acceperat, ex litteris Imperatoris ita esse cognovit, cum virtute, tum gratiâ virî permotus, flexit animum suum: & Iugurtham beneficiis vincere agressus est, statimque eum adoptavit, & testamento pariter cum filiis hæredem instituit.

XI. Ipse Micipsa paucis post diebus moritur. Postquam illi more regio iusta magnifice fecerant, reguli in unum convenere, ut inter se de negotiis cunctis disceptarent. Sed Hiempsal, qui minimus ex illis erat, naturâ ferox, etiam antea ignobilitatem Iugurthæ, quia materno genere impar erat, despiciens, dexterâ Adherbalem adsedit; ne medius ex tribus, quod & apud Numidas honori ducitur, Iugurtha foret. Dein tamen, ut ætati concederet; fatigatus à fratre, vix in partem alteram transductus est. Ibi cum multa de administrando imperio dissererent, Iugurtha inter alias res iacit, oportere quinquennii consulta & decreta omnia rescindi. Nam per

Neu quibus. Que no se acostumbrase á ir haciendo presentes algunos particulares.
In suis artibus. En su buena índole segun habia mostrado hasta entonces.
Sin properantius. Pero que si se aceleraba á querer reynar.

IX.

Ut idem. Que fuese tambien Yugurta estimado del Senado, &c.
Quæ fama. De oidas.
Gratia viri. Por complacer á Yugurta.

XI.

Iusta. Los funerales.
Reguli in. Los Reyezuelos, esto es, los hijos de Micipsa, y Yugurta se juntaron.
Ne medius. Para que Yugurta no quedase en medio de los dos.
Ut ætati. Para que cediese el lugar á Yugurta, que era mayor de edad.
Iacit. Dijo.
Rescindi. Anular.

per ea tempora confectum annis Micipsam parum animo valuisse. Tum idem Hiempsal placere sibi respondit: nam ipsum illum tribus his proxumis annis adoptione in regnum pervenisse. Quod verbum in pectus Iugurthæ altius quam quisquam ratus, descendit. Itaque ex eo tempore irâ, & metu anxius, moliri, parare, atque ea modo in animo habere, quibus Hiempsal per dolum caperetur. Quæ uti tardius procedunt, neque lenitur animus ferox: statuit quovis modo inceptum perficere.

XII. Primo conventu, quem ab regulis factum supra memoravi, propter dissensionem placuerat dividi thesauros, finisque imperii singulis constitui. Itaque ad utramque rem tempus decernitur, sed maturius ad pecuniam distribuendam. Reguli interea in loca propinqua thesauris, alius alio concessere. Sed Hiempsal in oppido Thirmidâ forte eius utebatur domo, qui proximus lictor Iugurthæ carus, acceptusque ei semper fuerat: quem ille casu ministrum oblatum promissis onerat, impelitque, uti, tamquam suam domum visens, eat: portarum claves adulterinas paret, nam veræ ad Hiempsalem referebantur: ceterum, ubi res postularet, seipsum cum magnâ venturum manu. Numida mandata brevi conficit: atque, uti doctus erat, noctu Iugurthæ milites introducit. Qui postquam in ædes irrupêre; diversi regem quærere; dormientes alios, alios occursantis interficere; scrutari loca abdita; clausa effringere: strepitu & tumultu omnia miscere, cum interim Hiempsal reperitur occultans se tugurio mulieris ancillæ, quo initio pavidus, & ignarus loci profugerat. Numidæ, caput eius, uti iussi erant, ad Iugurtham referunt.

XIII.

Parum animo. Sabia poco lo que se hacia.

Ipsum illum. El mismo Yugurta.

Adoptione. Ya se dijo que Micipsa adoptó á Yugurta por hijo.

Descendit. Se fixó en el animo; y la tuvo guardada, para formar derecho.

Quæ uti tardius. Lo que tardando mas de lo que él queria, el coger á Hiempsal.

XII.

Finisque. Está en acusativo.

Reguli. Los Reyezuelos entre tanto cada uno se puso en un lugar cercano á los tesoros.

Eius utebatur. Vivió en la casa de aquel que siendo el primer Macero de Yugurta, &c.

Adulterinas. Llaves maestras.

Referebantur Se le entregaban todos los dias

Uti doctus erat. Como se le habia instruido.

In ædes. En la casa de Hiempsal.

Diversi. Divididos empezaron á buscar al Rey.

Dormientis. Acusativo.

Occursantis. Acusativo.

Tugurio. Choza.

XIII. Ceterum fama tanti facinoris per omnem Africam brevi divulgatur: Adherbalem, omnisque, qui sub Micipsæ imperio fuerant, metus invadit. In duas partis discedunt Numidæ: plures Adherbalem sequuntur, sed illum alterum bello meliores. Igitur Iugurtha quam maximas potest copias armat: urbis partim vi, alias voluntate imperio suo adiungit: omni Numidiæ imperare parat, Adherbal, tametsi Romam legatos miserat, qui senatum docerent de cæde fratris, & fortunis suis; tamen fretus multitudine militum, parabat armis contendere. Sed ubi res ad certamen venit, victus, ex prælio profugit in provinciam, ac dehinc Romam contendit. Tum Iugurtha patratis consiliis, postquam omni Numidiâ potiebatur, in otio facinus suum cum animo reputans, timere populum Romanum, neque adversus iram eius usquam, nisi in avaritiâ nobilitatis, & pecunia sua, spem habere. Itaque, paucis diebus, cum auro, argentoque multo legatos Romam mittit: quis præcipit, uti primum veteres amicos muneribus expleant: dein novos adquirant: postremo quæcumque possint largiundo parare, ne cunctentur. Sed ubi Romam legati venere, & ex præcepto regis, hospitibus, aliisque, quorum eâ tempestate in senatu auctoritas pollebat, magna munera misere, tanta commutatio incessit, ut ex maximâ invidiâ in gratiam & favorem nobilitatis Iugurtha venerit. Quorum pars spe, alii præmio inducti, singulos ex senatu ambiundo, nitebantur, ne gravius in eum consuleretur. Igitur, ubi legati satis confidunt, die constituto senatus utrisque datur.

XIV. Tum Adherbalem hoc modo locutum accepimus: "P. C. Micipsa pater meus moriens mihi præce-

»pit,

XIII.

Omnisque. Acusativo.
Partis. Acusativo.
Sed illum alterum. Pero á Yugurta le siguieron los mejores para la guerra.
Urbis. Acusativo.
Et fortunis suis. Y de sus desgracias, ó calamidades.
Patratis consiliis. Executada ya su determinacion de matar á Hiempsal y quitar el Reyno á Aderbal.
In otio. En el sosiego, ó retiro.
Timere. sup. *Cœpit.*
Adversus. Ni le quedaba esperanza alguna contra la ira del PuebloRomano, ó en la avaricia de los Nobles de Roma, ó en su dinero.
Quis. Dativo, por *queis*, ó *quibus*.
Ne cunctentur. Que no se detengan.
Invidia. Odio, rencor.
Ambiundo. Halagando, acariciando.
Ne gravius. Que no se le hiciese daño.

»pit, uti regni Numidiæ tantummodo procurationem »existumarent meam; ceterum ius & imperium penes vos »esse: simul eniterer domi, militiæque quam maximum »usui esse populo Romano; vos mihi cognatorum, vos »in locum affinium ducerem. Quæ præcepta patris mei »cum agitarem; Iugurtha, homo omnium, quos terra »sustinet, sceleratissimus, contemto imperio vestro, Ma»sinissæ me nepotem, utique ab stirpe secum atque ami»cum populi Romani, regno fortunisque omnibus expulit. »Atque ex improviso, intolerandâ audacia, scelere, at»que superbiâ sese efferens, fratre meo, atque eodem »propinquo suo interfecto, primum regnum eius, sceleris »sui prædam fecit: post, ubi me iisdem dolis nequit cape»re, nihil minus, quam vim aut bellum spectantem, in »imperio vestro, sicut videtis, extorrem patriâ, domo, »inopem & coopertum miseriis effecit, ut ubivis tutius, »quam in meo regno essem. Nunc P. C. per vos, per li»beros, atque parentes vestros, per maiestatem populi »Romani subvenite misero mihi: ite obviam iniuriæ: noli»te pati regnum Numidiæ, quod vestrum est, per scelus »& sanguinem familiæ nostræ tabescere."

XV. Postquam rex finem loquendi fecit, legati Iugurthæ largitione magis, quam causa freti, paucis respondent: Hiempsalem, ob sævitiam suam, ab Numidis interfectum: Adherbalem ultro bellum inferentem, postquam superatus sit, queri, quod iniuriam facere nequisset: Iugurtham ab senatu petere, ne se alium putaret, ac Numantiæ cognitus esse: neu verba inimici ante facta

XIV.

Procurationem. Que solo tuviese por mia la procura, &c.

Ius & imperium. Pero que el derecho, y dominio, &c.

Quam maxumo. Sirviese lo posible, &c.

Vos mihi. Que vosótros me tuvieseis por parientes: yo que os tuviese por deudos.

Me nepotem. A mí, nieto de Masinisa, y por descendencia Aliado, y amigo, &c.

Sese efferens. Ensalzándose vanamente.

In imperio vestro. Teniendo vosotros el dominio, me desterró de mi patria, &c.

Ite obviam Oponeos á esta injuria.

Tabescere. Que acabe manchado por la maldad de Yugurta, y con la sangre de nuestra familia.

XV.

Largitione. Confiado mas en las dadivas.

Queri. Se quejaba porque no podia vengarse de Yugurta.

Alium. Distinto.

Neu verba. Que no antepusiesen las palabras de un enemigo á las obras, &c.

ta sua poneret. Deinde utrique curiâ egrediuntur.

XVI. Vicit tamen in senatu pars illa, quæ vero pretium, aut gratiam anteferebat. Decretum fit, uti decem legati regnum, quod Micipsa obtinuerat, Inter Iugurtham & Adherbalem dividerent. Cuius legationis princeps fuit L. Opimius, homo clarus, & tum in senatu potens. Eum Ingurtha, tametsi Romæ in amicis habuerat, tamen curatissime recepit: dando & pollicendo multa perfecit, uti famâ, fide, postremo omnibus suis rebus commodum regis anteferret. Reliquos legatos eâdem viâ aggressus, plerosque capit: paucis carior fides, quam pecunia fuit. In divisione, quæ pars Numidiæ Mauritaniam attingit, agro virisque opulentior, Iugurthæ traditur: illam alteram, specie, quam usu potiorem, quæ portuosior, & ædificiis magis exornata erat, Adherbal possedit.

XX. Postquam diviso regno, legati Africâ cessere, & Iugurtha contra timorem animi præmia sceleris adeptum sese videt, certum ratus, quod ex amicis apud Numantiam acceperat, omnia Romæ venalia esse, simul & illorum pollicitationibus accensus, quos paulo ante muneribus expleverat, in regnum Adherbalis animum intendit. Ipse acer, bellicosus: at is, quem petebat, quietus, imbellis, placido ingenio, opportunus iniuriæ, metuens magis, quam metuendus. Igitur ex improviso finis eius cum magnâ manu invadit: multos mortalis cum pecore, atque alia præda rapit, ædificia incendit: pleraque hostiliter loco cum equitatu accedit. Deinde cum omni multitudine in regnum suum convertit, existimans dolore permotum Adherbalem in iniurias suas manu vindicaturum, eamque rem belli causam fore. At ille, quod ne-

XVI.

Quæ vero. Que anteponia el dinero ó favor á la verdad.
Perfecit. Logro.
Regis. Yugurta.
Eadem via. Les acometió tambien con dones.
Agro. En campiñas, y varones.
Specie. Mejor á la vista; pero de menos provecho.

XX.

Africâ cessere. Salieron de Africa.
Acceperat. Lo que le habian dicho sus amigos en Numancia: que en Roma todo se vendia; esto es, los Magistrados, los honores.
Intendit. Puso sus miras.
Acer. Fogoso, y guerrero.
Placido ingenio. De índole benigna.
Opportunis injuriæ. Muy propio para llevar la injuria de Yugurta.
Finis. por *fines.*
Manu. A fuerza de armas.

neque se parem armis existimabat, amicitia magis populi Romani, quam Numidis, fretus erat; legatos ad Iugurtham de iniuriis questum misit, qui tametsi contumeliosa dicta retulerant, prius tamen omnia pati decrevit, quam bellum sumerè: quia tentatum antea secus cesserat. Neque eo magis cupido Iugurthæ minuebatur: quippe qui totum eius regnum animo iam invaserat. Itaque non, ut antea, cum prædatoria manu, sed magno exercitu comparato, bellum gerere cœpit, & aperte totius Numidiæ imperium petere. Cæterum, quâ pergebat, urbis, agros vastare, prædas agere; suis animum, hostibus terrorem augere.

XXI. Adherbal ubi intelligit eo processum, uti regnum aut relinquendum esset, aut armis retinendum; necessario copias parat, & Iugurthæ obvius procedit. Interim haud longe à mari prope Cirtam oppidum utriusque consedit exercitus: & quia diei extremum erat, prælium non incœptum. Sed ubi plerumque noctis processit, obscuro etiam tum lumine, milites Iugurthini, signo dato, castra hostium invadunt; semisomnos partim, alios arma sumentes, fugant, funduntque: Adherbal cum paucis equitibus Cirtam profugit. Igitur Iugurtha oppidum circumsedit: vineis, turribusque, & machinis omnium generum expugnare aggreditur: maxime festinans tempus legatorum ante capere, quos ante prælium factum, Romam ab Adherbale missos audiverat.

XXVI. Italici, quorum virtute mœnia defensabantur, confisi, deditione factâ, propter magnitudinem populi Romani, inviolatos sese fore, Adherbali suadent uti seque, & oppidum Iugurthæ tradat: tantum ab eo vitam paciscatur: de ceteris senatui curæ fore. At ille ta-

Questum. A quejarse.
Contumeliosa dicta. Aunque volvieron con una embaxada injuriosa.
Secus. Le habia salido al reves.
Cum prædatoria. Con una tropa de ladrones.
Qua pergebat. Por donde pasaba.

XXI.

Eo processum. Que habia llegado la cosa á tal estado.
Diei extremum. Porque iba á anochecer.
Obscuro etiam. Aun antes de llegar el dia.
Fugant, funduntque. Ponen en fuga, y matan á unos medio dormidos, y á otros al coger las armas.
Ante capere. Prevenir.

XXVI.

Mœnia. Los muros de Cirta. A estos soldados Italicos antes los llamaron Togados.
Deditione facta. Que si se entregaban.
At ille &c. Aderbal aunque de ninguna cosa se fiaba menos que de la fidelidad de Yugurta, ó de su palabra.

tametsi omnia potiora fide Iugurthæ rebatur, tamen, quia penes eosdem, si adversaretur, cogendi potestas erat, ita, uti censuerant Italici, deditionem fecit. Igitur Iugurtha in primis Adherbalem excruciatum necat; dein omnes puberes Numidas, atque negotiatores promiscue, uti quisque armatis obvius fuerat, interfecit.

XXVII. Quod postquam Romæ cognitum est, & res in senatu agitari cœpta, iidem illi ministri regis interpellando, ac sæpe gratiâ, interdum iurgiis trahendo tempus, atrocitatem facti leniebant. At ni C. Memmius, tribunus plebis designatus, vir acer, & infestus potentiæ nobilitatis, populum Romanum edocuisset, id agi, uti per paucos factiosos Iugurthæ scelus condonaretur: profecto omnis invidia prolatandis consultationibus, dilapsa foret. Tanta vis gratiæ atque pecuniæ regis erat.

XXXII. C. Memmius populo Romano persuadet, uti L. Cassius, qui tum prætor erat, ad Iugurtham mitteretur: eumque interpositâ fide publicâ, Romam duceret. Cassius ad Iugurtham proficiscitur, eique timido, & ex conscientiâ diffidenti rebus suis, persuadet, quoniam se populo Romano dedidisset, ne vim, quam misericordiam eius experiri malit. Privatim præterea fidem suam interponit, quam ille non minoris, quam publicam ducebat. Talis eâ tempestate fama de Cassio erat.

XXXIII. Igitur Iugurtha, contra decus regium, cultu quam maxime miserabili, Romam venit. Ac C. Memmius advocatâ concione: ubi silentium cœpit; producto Iugurthâ, verba facit: Romæ, Numidiæque facinora eius memorat: scelera in patrem, fratresque ostendit: quibus iuvantibus, quibusque ministris ea egerit;

Penes eosdem. En poder de los mismos Itálicos.

Uti quisque. Segun salian al encuentro á los soldados de Yugurta.

XXVII.

Interpellando. Estorbando la querella contra Yugurta.

Et infestus. Enemigo.

Factiosos. Partidarios.

Prolatandis. En dilatar las conferencias.

Tanta. Epiphonema.

XXXII.

Interpositâ. Mediando salvo conducto.

Et ex conscientia. Por el remordimiento, ó conocimiento de sus maldades.

Quoniam. Por *ut*, ó *quod*. Locucion, nó digna de alabanza.

Dedidisset. Que se pusiese en manos del P. Rom.

Fidem suam. Le da privadamente su palabra, que no estimaba menos Yugurta que el salvo conducto.

XXXIII.

Contra decus. Contra el honor Real ó con mengua de un Rey.

rit: quamquam intelligat populus Romanus: tamen velle manifesta magis ex illo habere: si vera aperiret, in fide, & clementiâ populi Romani magnam spem illi sitam: si reticeat, non sociis saluti fore, sed se, suasque spes corrupturum.

XXXIV. Dein ubi Memmius dicendi finem fecit, & Iugurtha respondere iussus est, C. Bæbius Tribunus plebis pecunia corruptus, regem tacere iubet: ac tametsi multitudo, quæ in concione aderat, vehementer accensa, terrebat eum clamore, vultu, sæpe impetu, atque aliis omnibus, quæ ira fieri amat: vicit tamen impudentia. Ita populus, ludibrio habitus, ex concione discedit.

XXXV. At Iugurtha quamquam ex amicis quinquaginta vades dederat, regno magis, quam vadibus consulens, clam in Numidiam profectus est. Sed postquam Româ egressus, fertur, sæpe tacitus eo respiciens, dixisse: "Urbem venalem, & mature perituram, si emtorem invenerit!"

XLVII. Sed ubi hoc Romæ compertum est, Metellus & Silanus Consules designati, provincias inter se partiverunt, Metelloque Numidia evenerat, acri viro, & quamquam adverso populi partibus, famâ tamen æquabili, & inviolata. Is ubi primum magistratum ingressus est, alia omnia sibi cum collega communia ratus, ad bellum, quod gesturus erat, animum intendit Milites scribere, præsidia undique accersere: arma, tela, equos, & cetera instrumenta militiæ parare: ad hoc commeatum affatim: denique omnia, quæ in bello vario, & rerum

Manifesta magis. Que se diesen pruebas mas claras de su maldad.
Vera aperire. Que si confesaba la verdad.
Corrupturum. Se perderia á sí, y á sus pretensiones.

XXXIV.

Pecunia corruptus. Sobornado con dinero.
Vultu. Con el ceño.
Atque aliis. Con las demás ademanes de ira.
Ludibrio habitus. Burlado.

XXXV.

Vades. Cinquenta fiadores.
Sæpe tacitus. Taciturno, y volviendo los ojos á Roma.
Urbem venalem. O ciudad venal, y de poca duracion si hubiese comprador!

XLVII.

Provincias. La Galia, y la Numidia.
Adverso populi &c. Contrario al partido popular, pero de igual, é inviolable crédito.
Alia omnia. Que todos los negocios debian ser comunes á entrambos.
Ad hoc commeatum. Bastantes víveres.

rum multarum egenti, usui esse solent. Itaque, omnibus rebus paratis, compositisque, in Numidiam proficiscitur.

L. Interea Iugurtha ubi, quæ Metellus agebat, ex nunciis accepit, coactus rerum necessitudine, statuit armis certare. Igitur, explorato hostium itinere, in spem victoriæ adductus ex opportunitate loci, quam maxumas potest copias omnium generum parat, ac per tramites occultos exercitum Metelli antevenit.

LV. Dein, repente signo dato, hostis invadit. Equi, viri, permisti: nihil consilio, neque imperio agi, sors omnia regere. Itaque multum diei processerat, cum etiam tum eventus in incerto erat. Denique, omnibus labore & æstu languidis, Metellus, ubi videt Numidas minus instare, paulatim milites in unum conducit; ordines restituit. Eorum magna pars superioribus locis fessa consederat. Simul orare, hortari milites, ne deficerent, neu paterentur hostes fugientis vincere. Sed nec Iugurtha quidem interea quietus erat: circuire, hortari, renovare prælium, & ipse cum delectis tentare omnia: subvenire suis, hostibus dubiis instare: quos firmos cognoverat, eminus pugnando retinere. Denique Romani, ubi intelligunt, neque sibi perfugium esse, neque ab hoste copiam pugnandi fieri, (& iam diei vesper erat), advorso colle, sicuti præceptum fuerat, evadunt. Amisso loco, Numidæ fusi, fugatique, pauci interiere, plerosque velocitas, & regio hostibus ignara, tutata sunt.

LVIII. Iugurtha sese in loca saltuosa, & naturâ munita receperat: ibique cogebat exercitum numero hominum ampliorem, sed hebetem, infirmumque, agri, ac pe-

Usui esse solent. Suelen ser necesarias.

L.

Metelli antevenit. Se puso delante del exército de Metelo.

LV.

Hostis invadit. A los enemigos. Acusativo contracto.

Nihil consilio. Que nada se hacia de lo que mandaba el general.

Sors. Todo lo dirigia la suerte.

Languidis. Desfallecidos con el trabajo y calor.

Numidas minus instare. Que los Numidas no peleaban con mucho ardor.

Hostes fugientis. Que huyendo los enemigos quedasen vencedores.

Eminus. De lejos.

Advorso colle. Se acogieron á un collado que habia enfrente.

Fusi. Sup. *sunt.*

Hostibus ignara. Desconocida de los Romanos.

LVIII.

Et natura munita. Y fuerte por naturaleza.

Sed hebetem. Torpe, rústico.

pecoris magis, quam belli, cultorem. Id eâ gratiâ eveniebat, quod præter equites regios, nemo omnium Numidarum ex fugâ regem sequitur. Quo cuiusque animus fert, eo discedunt: neque id flagitium militæ ducitur. Ita se mores habent. Igitur Metellus, ubi videt etiam tum regis animum ferocem esse; bellum renovari, quod nisi ex illius lubidine geri non posset; præterea iniquum certamen sibi cum hostibus; minore detrimento illos vinci, quam suos vincere; statuit non præliis, neque acie, sed alio more bellum gerendum. Itaque in loca Numidiæ opulentissima pergit, agros vastat, multa castella, & oppida, temere munita, aut sine præsidio, capit, incenditque, puberes interficit iubet, alia omnia militum prædam esse.

Et formidine multi mortales Romanis dediti obsides: frumentum & alia, quæ usui forent, affatim præbita: ubicumque res postulabat, præsidium impositum Quæ negotia multo magis, quam prælium male pugnatum ab suis, regem terrebant. Quippe cuius spes omnis in fugâ sita erat, sequi cogebatur: & qui sua loca defendere nequiverat, in alienis bellum gerera. Tamen ex inopiâ, quod optumum videbatur, consilium capit; exercitum plerumque in iisdem locis opperiri iubet, ipse cum delectis equitibus Metellum sequitur: nocturnis, & aviis itineribus, ignoratus, Romanos palantis repente aggreditur. Eorum plerique inermes cadunt, multi capiuntur; nemo omnium intactus profugit: & Numidæ, prius quam ex castris subveniretur, sicuti iussi erant, in proxumos collis discedunt.

LXI.

Quo. Por donde cada uno gustaba, por allí se iba.

Ita se mores. Tal es su costumbre.

Præterea iniquum. Ademas que tenia una batalla muy desigual con sus enemigos, y que era menor la pérdida de sus enemigos, cuando eran vencidos, que la de los suyos cuando vencian.

Sed alio more. De otro modo.

Temere munita. Pertrechado con negligencia.

Quæ usui forent. Que eran necesarias.

Præsidium impositus. Se dejaron guarniciones.

Quippe cuius. La Oracion es *Quippe illie, cuius &c.*

Sequi cogebatur. Se veia obligado á seguir el ejército de Metelo.

Tamen ex inopia. Con todo tomó la determinacion, que en tal apretura le pareció mejor.

In iisdem locis. En los que habia resuelto.

Nocturnis & aviis. Partiendo de noche, y por estravios, sin saberse que iba á acometer de repente á los Romanos que andaban esparcidos.

Nemo omnium. Ninguno salio sin ser herido.

LXI. Metellus, postquam videt frustra inceptum, neque Iugurtam, nisi ex insidiis, aut suo loco pugnam facere, & iam æstatem exactam esse; in urbibus, quæ ad sese defecerant, præsidia imponit. Ceterum exercitum in provinciam, quæ proxuma est Numidiæ, hiemandi gratiâ collocat. Neque id tempus, ex aliorum more, quieti, aut luxuriæ concedit; sed quoniam armis bellum parum procedebat, insidias regi per amicos tendere, & eorum perfidiâ pro armis uti parat.

LXVI. Interim Iugurtha, cum magnâ curâ parare omnia, festinare, cogere exercitum: civitates quæ ab se defecerant, formidine, aut ostentando præmia, affectare; communire suos locos: arma, tela, aliaque, quæ spe pacis amiserat, reficere, aut commercari: servitia Romanorum allicere: eos ipsos, qui in præsidiis erant pecunia tentare, prorsus nihil intactum, neque quietum pati: cuncta agitare.

LXXIII. Sed amissis amicis, quorum plerosque ipse necaverat, territi formidine, pars ad Romanos, alii ad regem Bocchum profugerant; cum neque bellum geri sine administris posset, & novorum fidem in tantâ perfidiâ veterum experiri periculosum duceret: varius, incertusque agitabatur: neque illi res, neque consilium, aut quisquam hominum satis placebat: itinera, præfectosque in dies mutare: modo adversum hostes, interdum in solitudines pergere: sæpe in fugâ, at post paulo in armis spem habere: dubitare, virtuti popularium, an fidei minus crederet. Ita, quocumque intenderat, res adversæ erant. Sed inter eas moras repente se Metellus cum exercitu ostendit. Numidæ ab Iugurthâ pro tempore parati, instructique: dein prælium incipitur. Quâ in par-

LXI.

Exactum. Se habia acabado.
Hiemandi gratia. Para pasar el invierno, ó dar cuarteles.
Pro armis. En vez de las armas.

LXVI.

Parare. sup. *cœpit.*
Affectare. Procurárselas ofreciendo premio.
Servitia. Los esclavos. Metonimia.
Nihil intactum. No dexó piedra por mover.

LXXIII.

Administris. Subalternos.
Novorum. De los soldados nuevos ó visoños.
Itinera præfectosque. Cada dia mudaba de caminos, y capitanes.
Dubitare virtuti. Dudaba si confiaria menos en el valor, que en la fidelidad, &c.
Eas moras. Detenciones.
Pro tempore. Para el tiempo que tuvo.

parte rex pugnæ affuit, ibi aliquandiu certatum, ceteri omnes eius milites primo congressu pulsi, fugatique: Romani signorum, & armorum, & aliquanto numero hostium potiri. Nam ferme Numidas in omnibus prœliis magis pedes, quam arma tutata sunt.

LXXIV. Ea fugâ Iugurtha impensius modo rebus suis diffidens, cum perfugis, & parte equitatus in solitudines, dein Thalam pervenit. Id oppidum magnum, & opulentum: ubi plerique thesauri, filiorumque eius multus puerilis cultus erat. Quæ postquam Metello comperta sunt, quamquam inter Thalam flumenque proxumum, in spatio millium quinquaginta, loca arida, atque vasta esse cognoverat, tamen spe patrandi belli, si eius oppidi potitus foret, omnes asperitates supervadere, ac naturam etiam vincere aggreditur.

LXXV. Sed rex nihil iam Metello infectum credens, quippe qui omnia arma, tela, loca, tempora, denique naturam ipsam, ceteris imperitantem, industriâ vicerat, cum liberis, & magnâ parte pecuniæ ex oppido noctu profugit, neque postea in ullo loco amplius unâ die, aut unâ nocte moratus, simulabat sese negotii gratiâ properare: ceterum proditionem timebat, quam vitare posse celeritate putabat. Nam talia consilia per otium, & ex opportunitate capi. At Metellus ubi oppidanos prœlio intentos, simul oppidum, & operibus, & loco munitum videt, vallo, fossâque mœnia circumvenit. Dein iubet locis ex copia maxume idoneis vineas agere: superque eas aggerem iacere: & super aggerem impositis turribus, opus, & administros tutari: Contra hæc oppidani festinare, parare, prorsus ab utrisque nihil reliquum fieri. Denique Romani, multo ante labore, prœliisque fatigati, post

Romani signorum. De las vanderas.
Magis pedes. Huyendo.

LXXIV.

Impensius modo. Desconfiando ahora mucho mas, &c.
Multus pueritiæ. Y mucho aparato para el adorno de la juventud de sus hijos.
Millium quinquaginta. Cincuenta millas.

LXXV.

Infectum. Que no pudiese hacer.
Ceteris imperitantem. Que domina á todo.
Per otium. Porque tales consejos se toman segun el sosiego, y la oportunidad.
Vallo, fossaque. Cercó el muro de foso y trincheras.
Ex copia. Por la abundancia de maderas.
Eas aggerem. Terraplen.
Administros. Y obreros.
Nihil reliquum. No dejar tentativa alguna.

post dies quadraginta, quam eo ventum erat oppido modo potiti: præda omnis à perfugis corrupta. Hi postquam murum arietibus feriri, resque suas afflictas vident, aurum, argentumque, & alia, quæ prima ducuntur, domum regiam comportant: ibi vino, & epulis onerati, illaque, & domum, & semet igni corruperunt: & quas, victi ab hostibus, pœnas metuerant, eas ipsi, volentes pependere.

LXXVIII. Sed quoniam in has regiones venimus, non indignum videtur, egregium atque memorabile facinus duorum Carthaginiensium memorare. Quâ tempestate Carthaginienses pleræque Africæ imperitabant, Cyrenenses quoque magni, atque opulenti fuere. Ager in medio arenosus, unâ specie: neque flumen, neque mons erat, qui finis eorum discerneret; quæ res eos in magno diuturnoque bello inter se habuit. Postquam utrinque legiones, item classes sæpe fusæ, fugatæque, & alteri alteros aliquantum attriverant; veriti ne mox victos, victoresque defessos alius aggrederetur, per inducias sponsionem faciunt, uti cetero die legati domo proficiscerentur; quo in loco inter se obvii fuissent, is communis utriusque populi finis haberetur.

Igitur duo fratres Carthagine missi, quibus nomen Philœnis erat, maturavere iter pergere; Cyrenenses tardius iere. Id socordiâne, an casu acciderit, parum cognovi. Ceterum solet in locis illis tempestas haud secus atque in mari, retinere. Nam ubi per loca æqualia, & nuda gignentium ventus coortus arenam humo excitavit, ea magnâ vi agitata, ora, oculosque implere: ita prospectu impedito, morari iter. Postquam Cyrenenses aliquanto posteriores se esse vident, & ob rem corruptam

Modo. Por último.
Corrupta. sup. *Est.*
Prima ducuntur. Que se tienen por mas preciosas.
Illaque. Todo aquello.
Corruperunt. Se echaron al fuego.
Eas ipsi volentes. Voluntariamente sufrieron el castigo, que vencidos &c.

LXXVIII.

Qua tempestate. En el tiempo que.
Ager in. sup. *Est.* Hay un territorio cuyo medio es arenoso.
Diuturnoque. Continuo.
Attriverant. Habian deteriorado, y disminuido.
Per inducias. Por medio de treguas hicieron pacto.
Quo in loco. Y que el lugar donde se encontrasen.
Socordiane. Por flojedad.
Retinere. Embarazar.
Morari iter. Se embaraza el camino.
Ob rem corruptam. Y por haber echado á perder el negocio.

ptam domi pœnas metuunt, criminari Carthaginienses ante tempus domi digressos: conturbare rem: denique omnia malle, quam victi abire. Sed cum Pœni aliam conditionem, tantum modo æquam peterent Græci optionem Carthaginiensibus faciunt: uti vel illi, quos finis populo suo peterent, ibi vivi obruerentur; vel eâdem conditione sese, quem in locum vellent, processuros. Philænì, conditione probata, seque, vitamque suam reipublicæ condonavere: ita vivi obruti Carthaginienses in eo loco Philænis fratribus aras consecravere, aliique illis domi honores instituti.

LXXIX. Iugurtha; postquam nihil satis firmum contra Metellum putat: per magnas solitudines cum paucis profectus, pervenit ad Gætulos, genus hominum ferum, incultumque, & eo tempore ignarum nominis Romani. Eorum multitudinem in unum cogit: ac paulatim consuefacit ordines habere, signa sequi, imperium observare, item alia militaria facere. Præterea Bocchi Mauritaniæ regis proximos magnis muneribus & maioribus promissis ad studium sui perducit: quis adiutoribus regem aggressus, impellit, ut adversum Romanos bellum suscipiat. Id eâ gratiâ facilius proniusque fuit, quod Bocchus initio huiusce belli legatos Romam miserat, fœdus, & amicitiam petitum. Quam rem opportunissumam incepto belli, pauci impediverant. Etiam antea Iugurthæ filia Bocchi nupserat.

LXXX. Igitur fide datâ, & accepta, Iugurtha Bocchi animum oratione accendit: Romanos iniustos, profundâ avaritiâ, communes omnium hostis esse: eandem illos causam belli cum Boccho habere, quam secum, & cum aliis gentibus, lubidinem imperitandi, quis omnia

Græci optionem. Dan á escoger.

Peterent ibi. O que aquellos que pidiesen limites para su Reyno, en ellos mismos fuesen enterrados vivos. La oracion es esta, *ut in his finibus, quos finis suo populo peterent, hi qui peterent, vivi ibi, &c.*

Vel eadem. O que ellos con la misma condicion pasarian al sitio, que quisiesen.

LXXIX

Ignarum. Que no conocian al pueblo romano.

Ordines habere. A formarse en filas.

Imperium observare. Atender al mandato de los capitanes

Proximos. A los mas cercanos, ó amigos.

Ea gratia. Por tanto.

Incepto belli. Para principiar la guerra.

LXXX.

Lubidinem. sup. *scilicet.* El apetito de mandar.

Quis. por *Quibus.*

mnia regna advorsa sint: tum sese paulo ante Carthaginienses, item regem Persen, post uti quisque opulentissimus videatur, ita Romanis hostem fore. His, atque aliis talibus dictis, ad Cirtam oppidum iter constituunt.

LXXXI. LXXXVI. LXXXVII. Metellus interim Româ per litteras fit certior, Mario provinciam Numidiam datam. Nam consulem factum ante acceperat. Et cum Marius in Africam advehitur, (ipse) Romam profectus, contra spem suam lætissimis animis excipitur. Sed Marius impigre, prudenterque suorum, & hostium res pariter attendere; cognoscere, quid boni utriusque, aut contra esset: explorare itinera regum: consilia, & insidias antevenire: oppida, castellaque munita adire: partim vi, alia metu, aut præmia ostentando, avertere ab hostibus. Ac primo mediocria gerebat, existimans Iugurtham ob suos tutandos in manus venturum. Sed ubi illum procul abesse, & aliis negotiis intentum accepit: maiora, & magis aspera aggredi tempus visum est.

Erat inter ingentes solitudines oppidum magnum, atque valens, nomine Capsa, cuius conditor Hercules Lybis memorabatur. Eius cives apud Iugurtham immunes, levi imperio, & ob ea fidelissimi habebantur: muniti adversum hostes non mœnibus modo, & armis atque viris, verum etiam multo magis locorum asperitate. Nam inculta, egentia aquæ, infesta serpentibus, quorum vis, sicut omnium ferarum, inopiâ cibi acrior: ad hoc, natura serpentium ipsa perniciosa, siti magis, quam aliâ re accenditur. Eius potiundi Marium maxima cupido invaserat, cum propter usum belli, tum quia res a-

Uti quisque. Y en fin, que segun eran las riquezas de cada uno, asi era enemigo de los romanos.

LXXXI. LXXXVI. LXXXVII.

Attendere. sup. *cœpit.*

Antevenire. Precaver, procurar las celadas.

Præmia ostentando. Prometiendo premios, enagenaba las ciudades del partido de los reyes.

Intentum accepit. Oyó que estaba ocupado en otros negocios.

Aspera aggredi. De emprender. Grecismo.

Valens. Floreciente.

Immunes. Esentos de tributos, y con un dominio suave.

Modo. No solamente.

Inopia cibi acrior. Mas fieras con la falta de comida.

Cum propter. No solo por la comodidad de hacer la guerra, sino &c.

aspera videbatur. Capsenses unâ modo, atque eâ intra oppidum iugi aquâ, ceterâ pluviâ utebantur. Id ibique, & omni Africa, quæ procul à mari incultius agebatur, eo facilius tolerabatur, quia Numidæ plerumque lacte, & ferinâ carne vescebantur, & neque salem, neque alia gulæ irritamenta quærebant.

LXXXVIII. Igitur consul, omnibus exploratis, credo Diis fretus, (nam contra tantas difficultates, consilio satis providere non poterat: quippe etiam frumenti inopiâ tentabatur, quod Numidæ paulo pecoris magis, quam arvo student, & quodcumque natum fuerat, iussu regis in loca munita contulerant: ager autem aridus, & frugum vacuus eâ tempestate; nam æstatis extremum erat) tamen pro rei copiâ satis providenter exornat: pecus omne, quod superioribus diebus præda fuerat, equitibus auxiliariis agendum attribuit. Sic incepto suo occultato, pergit ad flumen Tanam.

LXXXIX. Ceterum in itinere quotidie pecus exercitui per centurias, item turmas æqualiter distribuerat: & ex coriis utres uti fierent, curabat: simul, & inopiam frumenti lenire, & ignaris omnibus, parare, quæ mox usui forent. Denique sexto die, cum ad flumen ventum est, maxuma vis utrium effecta. Ibi castris levi munimento positis, milites cibum capere, atque, uti simul cum occasu solis egrederentur, paratos esse iubet: omnibus sarcinis abiectis, aquâ modo seque, & iumenta onerare. Dein, postquam tempus visum, castris egreditur: noctemque totam itinere facto consedit. Idem proxuma facit. Dein tertiâ multo ante lucis adventum pervenit in locum tumulosum, ab Capsa non amplius duum millium in-

Capsenses. Los Capsenses solo tenian para su uso una fuente perene, y era dentro de la ciudad, en lo demas, &c.

Id ibique Esto alli, y aun en toda la Africa, que está muy distante del mar, se bebe con mas trabajo, porque los campos carecen de agua, y están infestados de serpientes.

Gulæ irritamenta. Salsas, ó sainetes del gusto.

LXXXVIII.

Agendum. Para que le conduzcan.

LXXXIX.

Lenire. Suplir.

Maxuma vis utrium. Habia ya gran porcion de cueros.

Levi munimento. Con trincheras de poca monta.

Cum occasu. Al ponerse el sol.

Modo. Solamente.

Tumulosum. Lleno de collados.

Duummillium. Distancia de dos millas.

intervallo: ibique quam occultissume potest, cum omnibus copiis opperitur.

Sed, ubi dies cœpit, & Numidæ, nihil hostile metuentes, multi oppido egressi: repente omnem equitatum, & cum his velocissumos pedites, cursu tendere ad Capsam, & portas obsidere iubet: deinde ipse intentus propere sequi, neque milites prædari sinere. Quæ postquam oppidani cognovere, res trepidæ, metus ingens, malum improvisum, ad hoc pars civium extra mœnia in hostium potestate, coegere, uti deditionem facerent Cetèrum oppidum incensum. Numidæ puberes interfecti, alii omnes venundati: præda militibus divisa. Id facinus, contra ius belli, non avaritiâ, neque scelere consulis admissum: sed quia locus Iugurthæ opportunus, nobis aditu difficil's, genus hominum mobile, infidum: ante neque beneficio, neque meto coercitum.

XC. Po t quam tantam rem Marius sine ullo suorum incommodo patravit; magnus, & clarus antea, maior atque clarior haberi cœpit, & victor pervenit in oppidum Cirtam, quo initio profectus intenderet.

C. Exercitu in hybernaculis composito, cum expeditis cohortibus, & parte equitatus proficiscitur in loca sola, obsessum turrim regiam, quo Iugurtha perfugas omnis præsidium imposuerat. Tum Bocchus admonitus ab aliis amicis, quos incorruptos Iugurtha reliquerat, ex omni copiâ necessariorum quinque delegit, quorum & fides cognita, & ingenia validissima erant. Eos ad Marium, ac dein, si placeat, Romam legatos ire iubet: agendarum rerum, & quocumque modo belli componendi licentiam ipsis permittit. Illi mature ad hyberna Romanorum proficiscuntur. Dein à Gætulis latronibus in i-

Opperitur. Espera.
Intentus propere. Empezó solícito á seguirlos.
Res trepidæ, metus ingens, &c. Son el nominativo del verbo *coegere.*
Facerent. A entregarse.
Id facinus. Este hecho que era contra el derecho de la guerra, no lo cometió, &c.
Ante neque beneficio. Ni ganado con beneficio, ni reprimido con miedo.

C.

In loca sola. Lugares desiertos.
Perfugas omnis. Habia puesto de guarnicion á todos los desertores.
Quos incorruptos. Que no habia podido sobornar.
Agendarum rerum. De tratar las cosas.
Hyberna. Quarteles de invierno.
Dein à Gætulis. Asaltados en el camino por los Getulos, que gobernaba Yugurta.

itinere circumventi, spoliatique, pavidi, sine decore ad Sullam profugiunt, quem consul in expeditionem proficiscens, pro prætore reliquerat. Eos ille, non pro hostibus, sed accurate, & liberaliter habuit. Quâ re barbari, & famam Romanorum avaritiæ falsam, & Sullam ob munificentiam in sese amicum rati. Nam etiam tum largitio multis ignota erat: munificus nemo putabatur, nisi pariter volens: dona omnia in benignitate hebebantur. Igitur quæstori mandata Bocchi patefaciunt: simul ab eo petunt, uti fautor, consultorque sibi adsit, copias, fidem, magnitudinem regis sui & alia, quæ aut utilia, aut benevolentia esse credebant, oratione extollunt: dein, Sullâ omnia polliciti, docti quo modo apud Marium, item apud senatum verba facerent, circiter dies xi. ibidem opperiuntur.

CI. Marius postquam, infecto negotio, quo intenderat, Cirtam redit: de adventu legatorum certior factus, illosque, & Sullam venire iubet, itemque L. Bellienum prætorem Uticâ, præterea omnis undique senatorii ordinis, quibuscum mandata Bocchi cognoscit, in quibus, legatis potestas eundi Romam fit, & ab consule interea induciæ postulabantur. Ea Sullæ, & plerisque placuere: pauci ferocius decernunt, scilicet ignari humanarum rerum, quæ fluxæ, & mobiles semper in adversa mutantur. Ceterum Mauri, impetratis omnibus, tres Romam profecti sunt cum Cn. Octavio Rufone, qui quæstor stipendium in Africam portaverat: duo ad regem redeunt. Ex his Bocchus cum cetera, tum maxume benignitatem, & studium Sullæ lubens accepit; Romæque legatis eius, postquam errare regem, & Iugurthæ scelere lapsum, deprecati sunt, amicitia, & fœdus peten-

Pro prætore. Lugar teniente del Pretor.
Sed accurate. Sino que les trató oficiosa y liberalmente.
Nam etiam rum. Porque aun entonces habia muchos que no conocian el soborno..
Utifautor. Favorecedor y consejero.
Opperiuntur. Esperan.

CI.

Infecto negotio. Sin concluir nada.
Utica. De Utica, ciudad de Africa.
Undique. De todas partes á los del órden Senatorio.
Et ab Consule. Y entre tanto se le pedian treguas al consul Mario.
Scilicet. A saber los que ignoraban las cosas humanas, que inconstantes siempre, y mudables, se vuelven contrarias.
Lubens accepit. Abrazó gustosísimo la benignidad, y aficion de Sula.
Deprecati. Despues que hicieron sus súplicas, y confesaron que Yugurta, &c.

tentibus hoc modo respondetur: "Senatus, populusque »Romanus beneficii, & iniuriæ memor esse solet. Ceterum »Bocho, quoniam pœnitet, delicti gratiam facit, fœdus, »& amicitia dabuntur, cum meruerit."

CII. Quibus rebus cognitis, Bocchus per litteras à Mario petivit, uti Sullam ad se mitteret, cuius arbitratu de communibus negotiis consuleretur. Sulla dicit se missum à consule venisse quæsitum ab eo, pacem, an bellum agitaturus foret. Tum fidis interpretibus adhibitis, statim rex sic incipit.

CVII. "Numquam ego ratus sum fore, uti rex ma»xumus in hâc terrâ, & omnium, quos novi, opulentis»simus, privato homini gratiam deberem. Et hercule, »Sulla, ante te cognitum, multis orantibus, aliis ultro »egenet opem tuli; nullius indigui. Id imminutum, »quod ceteri dolore solent, ego lætor. Fuerit mihi pre»tium eguisse aliquando tuæ amicitiæ, quâ apud animum »meum nihil carius habeo. Id adeo experiri licet: arma, »viros, pecuniam, postremo quidquid animo lubet, su»me, utere: & quoad vives, numquam tibi redditam »gratiam putaveris: semper apud me integra erit: deni»que nihil me sciente frustra voles. Nam, ut ego existu»mo, Regem armis, quam munificentiâ, vinci minus fla»gitiosum. Ceterum de Republicâ vestra, cuius curator »huc missus es, paucis accipe. Bellum ego populo Ro»mano neque feci, neque factum unquam volui: finis »meos adversum armatos armis tutatus sum. Id omitto: »quando vobis ita, placet, gerite, uti vultis, cum Iugurtha »bellum. Ego flumen Mulucham, quod inter me, & Mi»ci-

CII.

Cuius arbitratu. A cuyo arbitrio, se tomase providencia para los negocios.

Quæsitum ab eo. A preguntarle.

Tum fidis. Entonces traidos de uno y otro partido intérpretes fieles.

CVII.

Fore. Que podia suceder.

Privato homini. A un hombre particular, que no fuese Rey, ó General.

Multis orantibus. Di auxilio á muchos que me lo pidieron, y á otros voluntariamente, ó sin que lo pidiesen.

Id imminutum. Que esto se haya trocado, yo me alegro, aunque otros &c.

Id adeo. Y esto enteramente lo puedes experimentar.

Numquam tibi. Juzga que no se te ha pagado el beneficio.

Flagitiosum. Gallarda expresion. Quiere decir que es mucho menos vencer con armas á un Rey, que no en la magnificencia.

Tutatus. He defendido.

»cipsam fuit, non egrediar; neque id intrare Iugurtham »sinam. Præterea, si quid meque, vobisque dignum peti»veris, haud repulsus abisis.»

CVIII. Ad ea Sulla pro se breviter, & modice: de pace, & de communibus rebus, multis disseruit. Denique Regi patefecit, quod polliceatur, senatum, & populum Romanum, quoniam armis amplius valuissent, non in gratiâ habituros: faciundum aliquid, quod illorum magis, quam sua retulisse videretur; id adeo in promtu esse, quoniam copiam Iugurthæ haberet; quem si Romanis tradidisset, fore, ut illi plurimum deberetur: amicitiam, fœdus, Numidiæ partem, quam nunc peteret, tunc ultro adventuram. Rex primum negitare: cognationem, affinitatem, præterea fœdus intervenisse; ad hoc metuere, ne fluxâ fide usus popularium animos averteret: quis, & Iugurtha carus, & Romani invisi essent. Denique sæpius fatigatus, lenitur, & ex voluntate Sullæ omnia se facturum promittit. Ceterum ad simulandam pacem, cuius Numida, defessus bello, avidissumus quæ utilia visa, constituunt. Ita, composito dolo, digrediuntur.

CIX. At rex postero die Asparem, Iugurthæ legatum, appellat: dicitque sibi ex Sullâ cognitum, posse conditionibus bellum componi: quamobrem regis sui sententiam exquireret. Ille lætus in castra Iugurthæ venit. Dein ab illo cuncta edoctus, properato itinere, post diem octavum redit ad Bocchum, & ei nunciat, Iugurtham cupere omnia, quæ imperarentur, facere; sed Mario parum fidere: sæpe antea cum Imperatoribus Romanis pacem conventam, frustra fuisse. Ceterum Bocchus, si

Repulsus abibis. No te irás descontento.

CVIII.

Multis. sup. *Verbis.*

Quod polliceatur. Que lo que prometia, no lo tendrian los Romanos por favor, &c.

Quam sua retulisse. Algo que pareciese de mas utilidad á los Romanos que no á él.

Copiam Iugurthæ. Que tenia facilidad en coger á Yugurta.

Tum ultro adventurum. Voluntariamente le concederian la parte de Numidia &c.

Rex primum. El Rey al principio empezó á negar. *Negitare* verbo frecuentativo.

Fluxâ fide. Que usando de infidelidad, inconstante.

Quis. por *Quibus.*

Numida. Yugurta.

Quæ utilia. Lo que pareció útil.

CIX.

Parum fidere. Pero que Yugurta confiaba poco en Mario.

Frustra fuisse. Que habia salido vana la paz que, &c.

si ambobus consultam, & ratam pacem vellet, daret operam, ut una ab omnibus, quasi de pace, in colloquium veniretur: ibique sibi Sullam traderet: cum talem virum in potestate haberet, tum fore, uti iussu senatus populique Romani fœdus fieret: neque hominem nobilem non suâ ignaviâ, sed ob rempublicam, in hostium potestate relictum iri.

CX. Hæc Maurus secum ipse diu volvens, tandem promisit. Ceterum dolo, an vere cunctatus, parum comperimus. Sed plerumque regiæ voluntates, uti vehementes, sic mobiles; sæpe ipsæ sibi advorsæ. Postea, tempore, & loco constituto, in colloquium uti de pace veniretur, Bocchus Sullam modo, modo Iugurthæ legatum appellare; benigne habere; idem ambobus polliceri. Illi pariter læti, ac spei bonæ pleni esse. Sed nocte eâ, quæ proxuma fuit ante diem colloquio decretum, Maurus, adhibitis amicis, ac statim immutatâ voluntate, remotis ceteris, dicitur secum ipse multa agitavisse, vultu, colore ac motu corporis pariter, atque animo varius; quæ scilicet, tacente ipso, occulta pectoris, oris immutatione patefacisse. Tamen postremo Sullam arcessi iubet: & ex illius sententia Numidæ insidias tendit. Deinde, ubi dies advenit, & ei nunciatum est, Iugurtham haud procul abesse, cum paucis amicis, & quæstore nostro, quasi obvius honoris causâ, procedit in tumultum facillimum visu insidiantibus. Eodem Numida cum plerisque necessariis suis inermis, uti dictum erat, accedit, ac statim signo dato, undique simul ex insidiis invaditur. Ceteri obtruncati: Iugurtha Sullæ vinctus

Consultam. Util y duradera, ó válida.
Sullam traderet. Que le entregase á Sula.
Sua ignavia. No por su cobardía; esto es, Sula.
Relictum iri. Quedaba en potestad del enemigo por causa de la república.

CX.

Ceterum dolo. Si esto lo hizo con dolo, ó si verdaderamente dudó, no lo tenemos bien averiguado.
Sæpe ipsa. Y las mas veces opuestas á si mismas.
Legatum appellare. Hablaba ya á Sula, ya á Yugurta por medio de sus Legados.
Ante diem. La noche antes del dia señalado para que se hablasen Sula, y Yugurta.
Maurus. Bocco.
Oris immutatione. Con la mudanza del rostro.
Illius sententiam. Arma la traicion á Yugurta por parecer de Sula.
Et ei nunciatum. Y se dió aviso á Bocco.
In tumultum A un altillo que podian ver facilmente los emboscados.
Numida. Yugurta fue al mismo lugar.
Invaditur. Acometen los emboscados.

ctus traditur, & ab eo ad Marium deductus.

CXI. Inde postquam bellum in Numidiâ confectum, & Iugurtham Romam victum adduci, nunciatum est; Marius consul absens factus est: & magna gloriâ triumphavit.

FINIS

Excerptorum ex C. Crispo Sallustio.

VIDA Y ESCRITOS

DE TITO LIVIO.

Tito Livio, natural de Padua. Augusto le hizo una acogida gustosa en Roma, porque conocia bien este Príncipe los talentos grandes de este incomparable hombre, de quien es poco lo que sabemos de su vida; pero su Historia Romana ha hecho inmortal su nombre. Murió en Padua despues de Augusto el mismo dia que Ovidio, veinte y un años despues de la Venida del Señor, y el cuarto de Tiberio. Este autor está contado en el número de los primeros Escritores de la antigüedad. Su historia empezaba desde la fundacion de Roma, y acababa en la muerte de Druso en Alemania; contenia ciento cuarenta libros; pero la injuria de los tiempos nos robó la mayor parte de este tesoro. Solo han llegado á nosotros treinta y cinco libros, y estos descabalados. Freinsemio se empeñó en suplir estos libros, que estaban incompletos; imitando, cuanto le fue posible a un hombre, que hablaba en lengua no nativa, la energia, y elegancia de Livio; cuyo género de escribir con una elegancia continua, y una frase variada infinitamente, le hace inimitable. Es excelente, mas de lo que se puede decir en las narraciones, descripciones y harengas. Su estilo, aunque variado siempre, es siempre constante, simple sin bajeza, adornado sin afectacion, sublime, y grande sin pompa, dulce, y fuerte segun las ocasiones, pero siempre claro é intèligible. Y en una palabra, él solo fué Historiador digno de la magestad del Imperio Romano. Con todo, algunos le reprendieron en su estilo un vicio Paduano ó Patavino, que hasta ahora nadie sabe qué vicio era este. En este Autor encontrarán los principiantes algun trabajo en traducirle, por la inmensa variedad que tiene en decir las cosas: por lo mismo se ha sacado mas de este Historiador que de otro alguno,

para poderse hacer mas cargo de su modo de hablar; pero las notas vencerán mucha dificultad. De él se han sacado tambien algunas harengas que van en su lugar.

EX TITI LIVII

LIBRO PRIMO.

EX CAP. XXII. Romæ regnante Tullo Hostilio, forte evenit, ut agrestes Romani ex Albano agro, Albani ex Romano, prædas invicem agerent. Utrinque legatis frustra ad res repetendas missis, bellum utrinque summâ ope parabatur. In duobus tum exercitibus erant trigemini fratres, nec ætate, nec viribus dispares. Horatios, Curiatiosque fuisse, satis constat. Nec ferme res antiqua alia est nobilior. Tam enim tam clara nominum error manet, utrius populi Horatii, utrius Curiatii fuerint. Auctores utroque trahunt: plures tamen invenio, qui Romanos Horatios vocent. Hos ut sequar, inclinat animus. Cum trigeminis agunt reges, ut pro suâ quisque patriâ dimicent ferro. Ibi imperium fore, unde victoria fuerit: nihil recusatur: tempus, & locus convenit.

XXV. Quum sui utrosque adhortarentur, Deos Patrios, patriam, ac parentes, quidquid civium domi, quidquid in exercitu sit, illorum tunc arma, illorum intueri

CAP. XXII.

Tullo. Tercer Rey de Roma despues de Numa.

Ex Albano. Hacian correrias en el territorio Albano.

Utrinque. De entrambas partes.

Summa ope. Con grandes aparatos se disponia &c.

Trigemini. Tres mellizos.

Nobilior. Mas famosa.

Error manet. No se saben los nombres.

Utroque. Unos dicen ser de Roma los Curiacios, otros los Horacios; pero lo mas seguro es que los Horacios eran Romanos.

Ibi imperium. Que aquellos que ganasen la victoria tendrian el mando sobre los otros.

Tempus. Se señala el tiempo, y lugar.

XXV.

Deos. Que los Dioses, &c.

Quidquid civium. Que todos los Ciudadanos, que quedaban en la Ciudad, &c.

ri manus; feroces, & suopte ingenio, & pleni adhortantium vocibus, in medium inter duas acies procedunt. Consederant utrinque pro castris duo exercitus, periculi magis præsentis, quam curæ expertes. Quippe imperium agebatur, in tam paucorum virtute, atque fortunâ positum. Itaque ergo erecti, suspensique in minime gratum spectaculum animo intenduntur.

Datur signum; infestisque armis, velut acies, terni iuvenes magnorum exercituum animos gerentes, concurrunt: nec his, nec illis periculum suum; publicum imperium, servitiumque obversatur animo, futuraque ea deinde patriæ fortuna, quam ipsi fecissent. Ut primo statim concursu increpuere arma, micantesque fulsere gladii, horror ingens spectante perstringit: & neutro inclinata spe, torpebat vox, spiritusque. Consertis deinde manibus, quum iam non motus tantum corporum, agitatioque anceps telorum, armorumque, sed vulnera quoque, & sanguis spectaculo essent; duo Romani, super alium alius, vulneratis tribus Albanis, exspirantes corruerunt. Ad quorum casum quum conclamasset gaudio Albanus exercitus, Romanas legiones iam spes tota, nondum tamen cura deseruerat, exanimes vice unius, quem tres Curiatii circumsteterant.

Forte is integer fuit, universis solus nequaquam par, sic adversus singulos ferox. Ergo, ut segregaret pugnam eorum, capessit, fugam; ita ratus secuturos, ut quemque vulnere affectum corpus sineret. Iam aliquantum spatii ex eo loco, ubi pugnatum est, aufugerat; quum respiciens, videt magnis intervallis sequentes, unum

Intueri manus. Pendian de sus armas, y manos.
Suopte. Y por su naturaleza.
Pro castris. Delante de sus trincheras respectivas.
Periculi magis. Con menos riesgo que cuidado.
Spectaculum animo. Se aplican á mirar aquella contienda nada gustosa ni para unos ni para otros.
Infestisque armis. Con armas aciculadas, cómo escuadrones.
Nec his. sup. *Observatur.*
Micantesque. Chispearon las espadas.
Perstringit. Se apodera.
Et neutro. A ningun partido inclinándose, se les embarga la voz, &c.
Consertis. Encendida ya la lucha.
Super alium. Uno despues de otro.
Spes tota. sup. *Deseruerat.*
Exanimes vice. Desanimados por la suerte del que restaba.
Ut universis. Que asi como solo para todos era desigual, para cada uno de por sí era bastante.
Segregaret. Para apartarlos.
Ut quemque. Segun que cada uno se hallase herido.
Magnis intervallis. Que le seguian los Curiacios, muy separados uno de otro.

unum haud procul abs se abesse. In eum magno impetu redit. Et dum Albanus exercitus inclamat Curiatiis, ut opem ferant fratri, iam Horatius, cæso hosto, victor secundam pugnam petebat. Tum clamore, qualis ex inspérato faventium solet, Romani adiuvant militem suum; & ille defungi prælio festinat. Prius itaque quam alter, qui nec procul aberat, consequi posset, & alterum Curiatium conficit. Iamque, æquato Marte, singuli superérant, sed nec spe, nec viribus pares.

Alterum, intactum ferro corpus, & geminata victoria ferocem in certamen tertium dabant: alter fessum vulnere, fessum cursu trahens corpus, victusque fratrum ante se strage, victori obiicitur hosti, nec illud prælium fuit. Romanus exsultans: "Duos, inquit, fratrum Manibus dedi: tertium, "causæ belli huiusce, ut Romanos Albano imperet, dabo." Male sustinenti arma gladium superne iugulo defigit: iacentem spoliat: Romani ovantes, ac gratulantes Horatium accipiunt, eo maiore cum gaudio, quo prope metum res fuerat. Ad sepulturam inde suorum nequaquam paribus animis vertuntur, quippe imperio alteri aucti, alteri ditionis alienæ facti. Sepulcra extant, quo quisque loco cecidit; duo Romana uno loco propius Albam, tria Albana Romam versus, sed distántia locis, ut & pugnatum est.

XXVI. Ita exercitus inde domos abducti. Princeps Horatius ibat, tergemina spolia præ se gerens: cui soror virgo, quæ desponsa uni ex Curiatiis fuerat, obvia ante portam Capenam fuit: cognitoque super humeros fra-

Secundam. Acomete al segundo.
Qualis ex. Segun sucede en caso no esperado á los que favorecen un partido.
Defungi. Corre á concluir la batalla del segundo.
Consequi. Pudiese llegar.
Æquato Marte. Igualada la batalla.
Ferocem in certamen. Le hacian feroz para la tercera lucha.
Trahens corpus. Apenas pudiendo llevar su cuerpo, y acobardado por las muertes hechas á su vista, &c.
Nec illud. Ni aquello se podia ya llamar batalla, porque el Curiacio estaba casi muerto.
Manibus dedi. Envié al infierno.
Romanus. El pueblo Romano.
Male sustinenti. Que no podia tener.
Superne iugulo. Por encima de la garganta.
Ad sepulturam. A enterrar los dos Horacios, y los tres Curiacios.
Alteri ditionis. Hechos esclavos de los romanos.
Sed distantia. Pero distantes segun los lugares donde se peleó.

XXVI.

Tergemina. De los tres hermanos Curiacios, &c.
Quæ desponsa. Que estaba prometida por esposa á uno de los Curiacios.
Obvia. Le salió al encuentro.

fratris paludamento sponsi, quod ipsa confecerat, solvit crines, & flebiliter nomine sponsum mortuum appellat. Movet feroci iuveni animum comploratio sororis in victoria sua, tantoque gaudio publico. Stricto itaque gladio, simul verbis increpans, transfigit puellam. "Abi »hinc cum immaturo amore ad sponsum, inquit, obli»ta fratrum mortuorum, vivique, oblita patriæ. Sic eat, »quæcumque Romana lugebit hostem."

Atrox visum id facinus Patribus, plebique, sed recens meritum facto obstabat. Tamen raptus in ius ad regem. Rex, ne ipse tam tristis, ingratique ad vulgus iudicii, aut secundum iudicium, supplicii auctor esset, concilio populi advocato; Duumviros, inquit, qui Horatio perduellionem indicent, secundum legem, facio. "Lex »horrendi carminis erat; Duumviri perduellionem iudicent. »Si à Duumviris provocarit, provocatione certato; si »vincent, caput obnubito; infelici arbori reste suspendi»to. Verberato, vel intra pomœrium, vel extra pomœ»rium." Hac lege Duumviri creati, qui se absolvere non rebantur eâ lege ne innoxium quidem posse, quum condemnassent, tum alter ex his: "Publi Horati, tibi perdue»llionem iudico, inquit; I, lictor, colliga manus." Accesserat lictor, iniiciebatque laqueum. Tum Horatius, auctore Tullo, clemente legis interprete; Provoco, inquit. Ita de provocatione ad populum certatum est.

Moti homines sunt in eo iudicio, maxime Publio Horatio patre proclamante, se filiam iure cæsam iudicare;

Paludamento. Con el vestido de su esposo que ella habia hecho.
Nomine. Por su nombre.
Movet. Provoca.
Sic eat. Muera del mismo modo, &c.
Tamen raptus. Fue llevado á juicio delante del Rey.
Tam tristis. Para no ser causa de tan triste, é ingrato juicio al vulgo.
Duumviros. Jueces.
Perduellionem. De homicida.
Lex horrendi. La ley contenida en términos bárbaros, obscuros, ó ambiguos era.
Provocarit. Si apelase el reo á otro tribunal, defiéndase por apelacion.
Si vincent. Si le sacan reo los Jueces Duumviros.
Caput. Cúbrele la cabeza.
Verberato. Azótale, ó dentro, ó fuera de los muros.
Non rebantur. Que no juzgaban poder absolver por esta ley, ni á un inocente.
I, lictor. Ve, Verdugo, atale las manos.
Auctore Tullo. Siendo su Consejero el Rey Tullo.
Provoco. Apelo.

re; ni ita esset, patrio iure in filium animadversurum fuisse. Orabat deinde, ne se, quem paulo ante cum egregia stirpe conspexissent, orbum liberis facerent. Inter hæc senex, iuvenem amplexus, spolia Curiatiorum fixa eo loco, qui nunc Pila Horatia appellatur, ostentans: "Hunc-»cine, aiebat, quem modo decoratum, ovantemque victoriâ incedentem vidistis, Quirites, eum sub furca »vinctum inter verbera, & cruciatus videre potestis? »Quod vix Albanorum oculi tam deforme spectaculum »ferre possent. I, lictor colliga manus quæ paulo an»te armatæ imperium populo Romano pepererunt. I, »caput obnu e liberatoris urbis huius. Arbori infeli»ci suspende verbera, vel intra pomœrium, modo in»ter illa Pila, & spolia hostium, val extra pomœrium, »modo intra sepulcra Curiatiorum. Quo enim ducere »hunc iuvenem potestis, ubi non sua decora eum à tan»ta fœditate supplicii vindicent." Non tulit populus, nec patris lacrimas, nec ipsius parem in omni periculo animum: obsolveruntque admiratione magis virtutis, quam iure causæ. Itaque ut cædes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur imperatum patri, filium expiaret pecuniâ publica. Is, quibusdam piacularibus sacrificiis factis, quæ deinde genti Horatiæ tradita sunt, transmisso per viam tigillo, capite adoperto, velut sub iugum misit iuvenem. Id hodie, quoque publice semper refectum manet; Sororium tigillum vocant. Horatiæ sepulcrum, quo loco corruerat icta, constructum est saxo quadrato.

LIII.

Animadversurum. Por el derecho paterno hubiera castigado á su hijo.
Cum egregia. Con una descendencia esclarecida de tantos hijos.
Pila Horatia. Puerta de Horacio.
Ostentans. Mostrando.
Intra pomœrium. Dentro de los muros.
Illa pila. Con tal que sea entre aquella puerta.
A tanta fœditate. De un suplicio tan atroz.
Animum. Ni el ánimo de Horacio igual en todo peligro.
Quam iure causæ. Que por la justicia de la causa de Horacio, que segun ley debia morir.
Expiaret. Que hiciese dar satisfaccion á su hijo con un castigo público.
Piacularibas. Con algunas expiaciones sagradas, que quedaron como sambenito á los Horacios.
Velut sub. Le hizo pasar como por debaxo del yugo; afrenta entonces igual á la que se hace a los Gallegos si pasan por debaxo de la Veloira.
Refectum. Entero.
Sororium. El madero de los hermanos.

LIII. Tarquinius Superbus, ut iniustus in pace Rex, ita dux belli pravus fuit. Gabios propinquam urbem nequicquam vi adortus, quum obsidendi urbe spes, pulso à mœnibus, ademta esset: postremo, minime arte Romanâ, fraude ac dolo, aggressus est. Nam quum, velut posito bello, fundamentis templi iaciendis, aliisque urbanis operibus intentum se esse simularet; Sextus, filius eius, qui minimus ex tribus erat, transfugit ex composito Gabios, patris in se sævitiam intolerabilem conquerens. Benigne ab Gabinis excipitur.

LIV. Ita quum sensim ad rebellandum primores Gabinorum incitaret, ipse cum promtissimis iuvenum prædatum, atque in expeditiones iret; & dictis, factisque omnibus ad fallendum instructis, vana accresceret fides; dux ad ultimum belli legitur. Ibi quum, insciâ multitudine quid ageretur, prælia parva inter Romam, Gabiosque fierent, quibus plerumque Gabina res superior esset tum certatim summi, infimique Gabinorum Sextum Tarquinium dono Deum sibi missum ducem credere. Apud milites vero, obeundo pericula, ac labores, pariter prædam munifice largiendo, tantâ caritate esse, ut non pater Tarquinius potentior Romæ, quam filius Gabiis esset.

Itaque postquam satis virium collectum ad omnes conatus videbat; tum è suis unum sciscitatum Romam ad patrem mittit, quidnam se facere vellet, quandoquidem, ut omnia unus Gabiis posset, ei Dii dedissent. Huic nuncio, quia, credo, dubiæ fidei videbatur, nihil voce responsum est. Rex, velut deliberabundus, in hor-

LIII.

Tarquinius. Septimo y último Rey de Roma.

Nequicquam. Habiendo en vano acometido.

Pulso à mœnibus. Rechazado de las murallas.

Minime arte Romana. No con la industria Romana: que hasta entonces no se conocia el dolo.

Velut posito. Como dexada la guerra.

Urbanis. Obras públicas de Roma.

Ex composito. De acuerdo ya con su padre.

LIV.

Cum promtissimis. Con los Jovenes mas valerosos.

Ad fallendum. Con dichos, y hechos dispuestos para engañar, se le aumentó un vano crédito entre los Gabios.

Prælia parva. Escaramuzas.

Credere. sup. *cœperunt.*

Obeundo. Exponiéndose á los peligros, y trabajos.

Tanta caritate. Le estimaba tanto, &c.

Ad omnes conatus. Para todas sus pretensiones.

Unus. Que él solo.

Dubiæ fidei. Por parecerle poco seguro el mensagero.

Deliberabundus. Como pensativo.

hortum ædium transit, sequente nuncio filii: ibi inambulans tacitus, summa papaverum capita dicitur baculo decussisse. Interrogando, exspectandoque responsum nuncius fessus ut re imperfecta, redit Gabios: quæ dixerit ipse quæque viderit, refert. Seu irâ, seu odio, seu superbiâ insitâ ingenio, nullam eum vocem emisisse. Sexto, ubi quid vellet parens, quidve præciperet tacitis ambagibus, patuit; primores civitatis, criminando alios apud populum, alios suâ ipsos invidia opportunos, interemit. Multi palam: quidam, in quibus minus speciosa criminatio erat futura, clam interfecti. Patuit quibusdam volentibus fuga, aut in exsilium acti sunt: absentiumque bona, iuxta atque interemtorum, divisa fuere. Largitionis inde, prædæque, & privati dulcedine commodi, sensus malorum publicorum adimi: donec orba consilio, auxilioque Gabina res, Regi Romano sine ullâ dimicatione in manum traditur.

LVII. Adversus Rutulos bellum summâ vi parabatur. Ardeam Rutuli habebant, gens, ut in eâ regione, atque in eâ ætate, divitiis præpollens. Eaque ipsa causa belli fuit, quod rex Romanus tum ipse ditari, exhaustus magnificencia publicorum operum, tum prædâ delinire popularium animos studebat, præteri etiam superbiam, regno infestos etiam: quod se in fabrorum ministeriis, ac servili tamdiu habitos opere ab rege indignabantur. Tentata res est, si primo impetu capi Ardea posset. Ubi id parum processit, obsidione, munitionibusque cœpti premi hostes. In iis stativis, ut fit, longo magis, quam acri

Papaverum capita. Los pimpollos de las adormideras con el báculo.

Ut re imperfecta. Como que nada habia hecho, iba sin respuesta.

Insita. Que le era natural.

Eum. Tarquinio.

Tacitis ambagibus. Con sus silenciosos rodeos, ó misterios.

Sua ipsos invidia. Aptos para sufrir el castigo, por el ódio que le tenian.

Minus speciosa. Menos aparante ó fundada.

Interfecti. Muertos. Sup. *fuere.*

Quibusdam. A unos se les dexó huir, á otros se les echó á destierro.

Iuxta atque. Del mismo modo que los de los muertos.

Sensus malorum. Se empezó á quitar el sentimiento de los males publicos, &c.

Gabina res. El poderío de los Gabios.

LVII.

Præda delinire, &c. Procuraba tambien mitigar los animos del Pueblo.

Præter aliam superbiam. Era otra soberbia, ó Tiranía de Tarquinio el haber empleado los Romanos en las obras serviles: por eso aborrecian el Gobierno Real.

Habitos. Los habia empleado.

In iis stativis. En estos cercos: asedios.

eri bello, satis liberi commeatus erant: primoribus tamen magis, quàm militibus.

Regii quidem iuvenes interdum otium conviviis commessationibusque inter se terebant. Forte potantibus his apud Sextum Tarquinium, ubi & Collatinus cœnabat Tarquinius, Egerii filius incidit de uxoribus mentio: suam quisque laudare miris modis. Indè certamine accenso, Collatinus negat "Verbis opus esse paucis id quidem ho»ris posse sciri, quantum ceteris præstet Lucretia sua. »Quin, si vigor inventæ inest, conscendimus equos, invi»simusque præsentes nostrarum ingenia? Id cuique spe»ctatissimum sit, quod nec opinato viri adventu occur»rerit oculis." Incaluerant vino: age sane omnes citatis equis advolant Romam: quo quum, primis se intendentibus tenebris, pervenissent, pergunt inde Collatiam, ubi Lucretiam, haudquaquam ut regias nurus, quas in convivio, luxuque, cum aqualibus viderant tempus terentes, sed nocte sera deditam lanæ inter lucubrantes ancillas in medio ædium sedentem inveniunt. Muliebris certaminis laus penes Lucretiam fuit. Adveniens vir Tarquiniique excepti benigne: victor maritus comiter invitat regios iuvenes. Ibi Sextum Tarquinium mala libido Lucretiæ per vim stuprandæ capit: tum forma, tum spectata castitas incitat. Et tum quidem ab nocturno iuvenili ludo, in castra redeunt.

LVIII. Paucis interiectis diebus, Sextus Tarquinius, inscio Collatino, cum comite uno Collatiam venit, ubi exceptus benigne ab ignaris consilii, quum post

Satis liberi. Se daban las licencias con facilidad.
Terebant. Perdian, pasaban.
Apud Sextum. En la tienda de Sexto Tarquinio.
Mentio. Conversacion.
Laudare. Alabar. Sup. *cœpit.*
Lucretia sua. Quanto excedia Lucrecia su muger.
Nostrarum ingenia. El ingenio de nuestras mugeres.
Id cuique. Y cada uno tenga por mejor lo primero que encuentre: esto es, del modo que se encuentra sin adornos, y sin saber que iban sus maridos.
Citatis equis. A rienda suelta.
Tenebris. Al anochecer.
Collatiam. A la ciudad de Colacia.
Ut regias nurus. No como nueras las del Rey.
Nocte sera. Hilando lana hasta media noche.
Muliebris certaminis. Lucrecia se llevó la palma de la contienda mugeril.
Excepti benigne. Fueron recibidos cortesmente.
Maritus. Colatino.
Nocturno. De la porfia que habian tenido los jóvenes por la noche.

LVIII.

Ab ignaris. Por los ignorantes de su determinacion.

post cœnam in hospitale cubiculum deductus esset, amore ardens, postquam satis omnia tuta circâ, sopitique omnes videbantur, strictο gladio ad dormienten Lucretiam venit, sinistraque manu mulieris pectore oppresso: "Tace, »Lucretia, inquit: Sextus Tarquinius sum, ferrum in ma»nu est: moriere, si emiseris vocem." Quum pavida è somno mulier, nullam opem, prope mortem imminentem videret: tum Tarquinius fateri amorem, orare miscere precibus minas, versare in omnes partes muliebrem animum. Ubi obstinatam videbat, & ne mortes quidem metu inclinari, addit ad metum dedecus; cum mortua iugulatum servum nudum positurum ait, ut in sordidò adulterio necata dicatur. Quo terrore quum vicisset, obstinatam pudicitiam velut victrix libido, profectusque inde Tarquinius ferox, expugnato decore muliebri, esset; Lucretia, mœsta tanto malo, nuntium Romam eundem ad patrem, Ardeamque ad virum mittit, ut cum singulis fidelibus amicis veniant, ita facto, maturatoque opus esse: rem atrocem incidisse.

Sp. Lucretius cum P. Valerio Volesi filio, Collatinus cum L. Iunio Bruto venit; cum quo forte Romam rediens, ab nuncio uxoris erat conventus. Lucretiam sedentem mœstam in cubiculo inveniunt. Adventu suorum lacrimæ obortæ; quærentique viro, "Satin' sal»væ? Minime, inquit: quid enim salvi est mulieri »amissâ pudicitiâ? Corpus est tantum violatum: ani»mus insons: mors testis erit. Sed date dextras, fidem»que, haud impune adultero fore. Sextus est Tarqui»nius, qui hostis pro hospite, priore nocte vi armatus »mihi, sibique, si vos viri estis, pestiferum hinc abs»tu-

Hospitale. El cuarto de los huéspedes.
Sopitique. Lucrecia y los suyos.
Fateri. Confesar. sup. *cœpit.*
Ad metum dedecus. La deshonra, la ignominia.
Mortua. Que con ella despues de muerta pondria un esclavo.
Eundem. Un mismo mensajero á una y otra parte.
Maturatoque. Que necesitaba viniese cuanto antes.
Erat conventus. Le habia encontrado junto.
Satin' salvæ. Si habia alguna novedad.
Minime. Grande.
Animus. Mi voluntad está inocente.
Haud impune. Que no se irá el adúltero sin castigo.
Pestiferum. Se llevó una pestífera alegría para mí y para él; de aqui de esta casa, ó de mi cuerpo.

»sulit gaudium." Dant ordine fidem; consolantur ægram animi, avertendo noxam ab coacta in auctorem delicti: mentem peccare, non corpus; & unde consilium abfuerit, culpam abesse. "Vos, inquit, videritis, quid illi »debeatur: ego me, etsi peccato absolvo, supplicio non »libero; nec ulla deinde impudica Lucretiæ exemplo vi»vet." Cultrum, quem sub veste abditum habebat, eum in corde defigit, prolapsaque in vulnus, moribunda cecidit. Conclamat vir, paterque.

LIX. Brutus, illis luctu occupatis, cultrum ex vulnere Lucretiæ extractum manantem cruore præ se tenens: "Per hunc, inquit, castissimum ante regiam iniu»riam sanguinem iuro, vosque, Dii, testes facio, me L. »Tarquinium Superbum, cum scelerata coniuge & o»mni liberorum stirpe, ferro, igni, quacumque dehinc vi »possim, exsecuturum; nec illos, nec alium quemquam »regnare Romæ passurum." Cultrum deinde Collatino tradit, inde Lucretio, ac Valerio, stupentibus miraculo rei, unde novum in Bruti pectore ingenium. Ut præceptum erat, iurant, totique ab luctu versi in iram, Brutum iam inde ad expugnandum regnum vocantem, sequuntur ducem. Elatum domo Lucretiæ corpus, in forum deferunt, concientque miraculo, ut fit, rei novæ, atque indignitate homines; pro se quisque scelus regium, ac vim queruntur.

Movet tum patris mœstitia; tum Brutus, castigator lacrimarum, atque inertium querelarum; auctorque, quod viros, quod Romanos deceret, arma capiendi adversus hostilia ausos. Ferocissimus quisque iuvenem cum armis vo-

Dant ordine. Todos la dan la palabra.
Avertendo. Librándola de culpa, y echándole al violador.
Consilium. Voluntad.
Impudica. Para que ninguna viva deshonrada.
Abditum. Escondido.

LIX.

Illis luctu. Llorando todos.
Ante regiam. Antes de la injuria del príncipe Sestio.
Quacumque. De cualquier modo que de aquí adelante pueda.
Novum. Nuevo ingenio es haber mudado de índole.
Concientque. Se alteran con la maravilla.
Quisque. Cada uno de por sí se queja, &c.
Inertium. Quejas propias de los cobardes.
Auctorque, &c. Y causa, ó consejero para que tomasen las armas, que era lo que convenía á los hombres, y á unos romanos, que se habian opuesto á exércitos de enemigos.
Ferocissimus. Todo joven animoso voluntariamente toma las armas.

voluntarius adest; sequitur & cetera iuventus. Inde pari præsidio relicto Collatiæ ad portas custodibusque datis, ne quis eum motum regibus nunciaret, ceteri armati, duce Bruto, Romam profecti. Ubi eo ventum est, quacumque incedit armata multitudo, pavorem, ac tumultum nec minorem motum animorum tam atrox res facit, quam Collatiæ fecerat. Ergo ex omnibus locis urbis in forum curritur. Quo simul ventum est, præco ad Tribunum Celerum, in quo tum magistratu forte Brutus erat, populum advocavit. Ibi oratio habita nequaquam eius pectoris, ingeniique quod simulatum ad eum diem fuerat, de vi, ac libidine Sexti Tarquinii, de stupro infando Lucretiæ, & miserabili cæde de orbitate Tricipitini, cui, morte filiæ, causa mortis indignior, ac miserabilior esset. Addita superbia ipsius regis, miseriæque & labores plebis in fossas, cloacasque exhauriendas demersæ. Romanos homines victores omnium circa populorum, opifices, ac lapicidas pro bellatoribus factos. Indigna Servii Tullii regis memorata cædes, & invecta corpori patris nefando vehiculo filia: invocatique ultores parentum dii. His, atrocioribusque, credo, aliis, quæ præsens rerum indignitas haudquaquam relatu scriptoribus facilia subiicit, memoratis, incensam multitudinem perpulit, ut imperium regi abrogaret, exsulesque esse iuberet. L. Tarquinium

Inde pari præsidio. Dividida la juventud dejó en las puertas de la villa de Colacia la mitad en guarnicion.

Eum motum. Para que no se diese aviso de aquel tumulto á los Tarquinios.

Quacumque. Por cualquier parte que iba.

Quam Collatiæ. Que el que habia hecho en la ciudad de Colacia.

Quo simul. Adonde luego que llegaron

Præco ad. El Rey de armas juntó el pueblo ante el capitan de Guardias de Corps, lo que tambien era Bruto.

Nequaquam eius. No de aquella mansedumbre, y docilidad que habia disimulado hasta entonces: se entiende, era Bruto.

Causa mortis. La causa porque le mató fue mas indigna y miserable que la muerte de, &c.

In fossas. Empleada en limpiar fosos y albañales.

Indigna Servii, Tullii, &c. Trajo á la memoria la indigna muerte de Servio Tulio, á quien mató Tarquinio por reinar, y el haber pasado por encima del cuerpo del difunto padre su hija Tulia, muger de Tarquinio, esto es, que muerto Servio por los asesinos de Tarquinio; su cuerpo le dejaron envuelto en su sangre, en la calle Cipriana, despues llamada de la maldad. Tulia hija del difunto, y muger de Tarquinio se fue paseando con su carro desde su casa á la Curia, y de allí volvió por donde estaba el cadaver, y pasó por encima de él.

Rerum indignitas. Que el odio del estado presente de las cosas.

Imperium regi. Que quitase el reino al Rey.

nium cum coniuge ac liberis. Ipse iunioribus, qui ultro nomina dant, lectis, armatisque, ad concitandum inde adversus regem exercitum, Ardeam in castra est profectus; imperium in urbe Lucretio, præfecto urbis iam ante ab rege instituto, relinquit. Inter hunc tumultum, Tullia domo profugit: exsecrantibus quacumque incedebat, invocantibusque parentum furias viris, mulieribusque.

LX. Harum rerum nunciis in castra perlatis; quum re novâ trepidus rex pergeret Romam ad comprimendos motus, flexit viam Brutus (senserat enim adventum), ne obvius fieret; eodemque fere tempore, diversis itineribus, Brutus Ardeam, Tarquinius Romam, venerunt. Tarquinio clausæ portæ, exsiliumque indictum: liberatorem urbis læta castra accepere, exactique inde liberi regis. Duo patrem secuti sunt: qui exsulatum Cære in Etruscos ierunt. Sextus Tarquinius Gabios, tamquam in suum regnum profectus, ab ultoribus veterum simultatum, quas sibi ipse cædibus rapinisque conciverat, est interfectus. L. Tarquinius Superbus regnavit annos quinque & viginti. Regnatum Romæ ab conditâ urbe ad liberatam annos ducentos quadraginta quatuor. Duo Consules inde comitiis centuriatis à præfecto urbis ex commentariis Servii Tullii creati sunt, L. Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus.

EX LIBRO SECUNDO.

CAP. II. Brutus exacto rege, ex Senatusconsulto ad populum tulit, ut omnes Tarquiniæ gentis exsules essent: collegam sibi comitiis centuriatis crea-

Ultro nomina. Que voluntariamente se alistaban en el partido de Bruto.
Tullia. La muger de Tarquinio.
Exsecrantibus. Maldiciéndola por cualquiera parte que pasaba.

LX.

Trepidus. Turbado.
Clausæ portæ. Se le cerraron las puertas de Roma, y se le notificó el destierro.
Læta castra. El campo alegre recibió á Bruto.
Exactique. Fueron arrojados despues los hijos, &c.
Cære. A la ciudad de Cere.
Ab ultoribus. Le mataron los que deseaban vengar sus antiguas enemistades.
Comitiis centuriatis. En las juntas centuriadas. *Véase* el índice.

II.

Exactorege. Desterrado el Rey por decreto del Senado, dió cuenta al pueblo que debian salir desterrados, &c.
Collegam. Bruto tomó por compañero en el consulado á Valerio, y de allí adelante siempre fueron dos los cónsules.

creavit Publium Valerium; quo adiutore, reges ejecerat.

III. Quum haud cuiquam in dubio esset, bellum ab Tarquiniis imminere, id quod non timebant, per dolum, ac proditionem prope libertas amissa est. Erant in Romanâ iuventute adolescentes aliquot, ne ii tenui loco orti, quorum in regno libido solutior fuerat, æquales, sodalesque adolescentium Tarquiniorum, assueti more regio vivere. Eam tum, æquato iure omnium, licentiam quærentes, libertatem aliorum in suam vertisse servitutem inter se conquerebantur. "Regem hominem esse, à quo impetres, »ubi ius, ubi iniuria opus sit: esse gratiæ locum, esse »beneficio; & irasci, & ignoscere posse: inter amicum, »& inimicum discrimen nosse. Leges, rem surdam, in»exorabilem esse, salubriorem, melioremque inopi, quam »potenti: nihil laxamenti, nec veniæ habere, si modum »excesseris: periculosum esse, in tot humanis erroribus, »solâ innocentiâ vivere." Ita, iam suâ sponte ægris animis legati ab regibus superveniunt, sine mentione reditus, bona tantum repetentes. Eorum verba postquam in senatu audita sunt, per aliquot dies ea consultatio, tenuit: ne non reddita, belli causa; reddita, belli materia, & adiumentum essent. Interim legati alia militi, aperte bona repetentes, clam recuperandi regni consilia struere. Et, tanquam ad id, quod agi videbatur, ambientes, nobilium adolescentium animos pertentant. A quibus placide oratio accepta est, his litteras ab Tarquiniis reddunt: & de accipiendis clam nocte in urbem regibus colloquuntur.

IV.

III.

Ne ii tenui. Ni estos eran descendientes de bajo linage.

In regno. En el reinado de Tarquinio.

Æquato iure. Igualados los derechos de todos, como que en la república todos son iguales.

Quo impetres. De quienes se podia conseguir la justicia, ó castigo cuando era necesario.

Leges. Que las leyes era una cosa sorda, inexorable, mas saludable, y mejor al pobre que al rico.

Nihil laxamenti. Que no habia alguna remision en las leyes, si en algo se escediese.

Sola innocentia. Que solo el inocente viviese libre del castigo.

Iam sua. Irritados los ánimos ya por sí.

Tenuit. Duró

Ne non. No fuese que si no se los volvian, tomasen de aquí motivo para hacer la guerra.

Alia. Cosas muy distintas.

Ambientes. Solícitos.

His. De parte de los Tarquinios, entregan una carta á los conjurados.

Accipiendis. De admitir de noche en Roma á los Tarquinios.

IV. Vitelliis, Aquiliisque fratribus primo commissa res est. Vitelliorum soror consuli nupta Bruto erat; iamque ex eo matrimonio adolescentes erant liberi, Titus, Tiberiusque: eos quoque in societatem consilii avunculi assumunt. Præterea & nobiles aliquot adolescentes conscii assumti, quorum vetustate memoria abiit. Interim quum in senatu vicisset sententia, quæ censebat reddenda bona, eamque ipsam causam moræ in urbe haberent legati, quod spacium ad vehicula comparanda à consulibus sumsissent, quibus regum asportarent res, omne id tempus cum coniuratis consultando absumunt evincuntque instando, ut litteræ sibi ad Tarquinios darentur: nam alitet, qui crediturus eos, non vana ab legatis super rebus tantis afferri? Datæ litteræ, ut pignus fidei essent, manifestum facinus fecerunt. Nam quum pridie, quam legati ad Tarquinios proficiscerentur, cœnatum forte apud Vitellios esset, coniuratique ibi, remotis arbitris, multa inter se de novo, ut fit, consilio egissent, sermonem eorum ex servis unus excepit, qui iam antea id senserat, agi; sed eam occasionem, ut litteræ legatis darentur, quæ deprehensæ rem coarguere possent, exspectabat. Postquam datas sensit, rem ad consules detulit. Consules ad deprehendendos legatos, coniuratosque profecti domo, sine tumultu rem omnem oppressere; litterarum in primis habita cura, ne interciderent. Proditoribus extemplo in vincula coniectis, de legatis paululum addubitatum est: & quamquam visi sunt commisisse, ut hostium loco essent, ius tamen gentium valuit.

V. Damnati proditores; sumtumque supplicium. Sta-

IV.

Avunculi. Los tios.

Conscii assumti. Entraron en la conjuracion.

Moræ in urbe. De detenerse en Roma.

Qui crediturus. Cómo habian de creer los Tarquinios, &c.

Apud Vitellios. En la casa de los Vitelios.

Remotis arbitris. Habiendo hecho salir á los que podian ser testigos.

Ut fit. Como suele suceder.

Excepit. Oyó.

Rem coarguere. Pudiesen dar indicio manifiesto de la conjuracion.

Oppressere. Cogieron los legados, las cartas y carruages.

Ne intercederent. Que no se perdiesen, ó desgarrasen.

Ut hostium. Haber hecho por que se les pudiese reputar por enemigos; con todo, &c.

V.

Sumtumque. sup. *Est.*

Stabant deligati ad paulum nobilissimi iuvenes. Sed à ceteris velut ab ignotis capitibus, consulis liberi omnium in se averterant oculos. Consulis in sedem processere suam, missique lictores ad sumendum supplicium, nudatos virgis cædunt, securique feriunt: quum inter omne tempus pater, vultusque, & os eius spectaculo esset; eminente animo patrio inter publicæ pœnæ ministerium. Secundum pœnam nocentium, ut in utramque partem arcendis sceleribus exemplum nobile esset, præmium indici, pecunia ex ærario, libertas, & civitas data. Ille primum dicitur vindictâ liberatus. Quidem vindictæ quoque nomen tractum ab illo putant; Vindicio ipsi nomen fuisse. Post illum observatum, ut qui ita liberati essent, in civitatem accepti viderentur.

IX. Porsenna Romam infesto exercitu venit. Et non unquam alias ante tantus terror senatum invasit; adeò valida res tum Clusina erat, magnumque Porsennæ nomen.

X. Quum hostes adessent, pro se quisque, in urbem ex agris demigrant: urbem ipsam sepiunt præsidiis: alia muris, alia Tiberi obiecto videbantur tuta. Pons sublicius iter pene hostibus dedit, ni unus vir fuisset, Horatius Cocles: id munimentum illo die fortuna urbis Romanæ habuit: qui positus forte in statione pontis, quum captum repentino impetu Ianiculum, atque inde citatos decurrere hostes vidisset, trepidamque turbam suorum arma, ordinesque relinquere, reprehensans singulos, obsistens, obtestansque Deum & hominum fidem, testabatur.

A ceteris. Sobre todos los demas.
Velut ab. Como de gentes desconocidas, ó vulgares.
Os eius. Llevándose la atencion mientras se egecutaba la justicia el semblante, y serenidad del padre, &c.
Secundum pœnam. Despues del castigo de los culpados, &c.
Vindicta. Era una vara delgada.
Vindicio ipsi. El mismo que descubrió la conjuracion se llamó Vindicio.
In civitatem. Se tenian por Ciudadanos.

X.

Alia muris. Parte con los muros, parte por tener delante el rio, parecia estar seguro.
Pons sublicius. Puente de madera junto á Roma.
Id munimentum. Esta defensa, este castillo; Cocles.
In statione. En la entrada en donde se hacia la centinela.
Ianiculum. Templo de Jano.
Citatos. Con toda prisa y animosidad.
Reprehensans. Reprendiendo, y deteniendo.

tur. "Nequicquam deserto præsidio eos fugere. Si transitum »pontem à tergo reliquissent, iam plus hostium in Palatio »Capitolioque, quam in Ianiculo, fore. Itaque monere, »prædicare, ut pontem, ferro, igni, quacumque vi possent, »interrumpant." Se impetum hostium, quantum corpore uno posset obsisti, excepturum. Vadit inde in primum aditum pontis: insignisque inter conspecta cedentium pugnæ terga, obversis cominus ad ineundum prælium armis, ipso miraculo audaciæ obstupefecit hostes; duos tamen cum eo pudor tenuit Sp. Lartium, ac T. Herminium, ambos claros genere, factisque. Cum his primam periculi procellam, & quod tumultuosissimum pugnæ erat, parumper sustinuit: deinde eos quoque ipsos, exiguâ parte pontis relictâ, revocantibus qui rescindebant, cedere in tutum coegit.

Circumferens inde truces minaciter oculos ad proceres Etruscorum, nunc singulos provocare, non increpare omnes, "Servitia regum superborum, suæ liber»tatis immemores, alienam oppugnatum venire." Cunctati aliquandiu sunt, dum alius alium, ut prælium incipiant, circumspectant. Pudor deinde commovit aciem, & clamore sublato undique, in unum hostem tela coniiciunt. Quæ cum obiecto cuncta scuto hæsissent, neque ille minus obstinatus ingenti pontem obtineret gradu; iam impetu conabantur detrudere virum: quum simul fragor rupti pontis, simul clamor Romanorum alacritate perfecti operis sublatus, pavore subito impetum sustinuit. Tum Cocles: "Tiberine pater, inquit, te san»cte,

Testabatur. Aseguraba.
Si transitum. Que si dejaban á las espaldas el paso del puente.
In Palatio. En el monte Palatino.
Quantum corpore. Cuanto podia detener el paso á los enemigos el cuerpo de un hombre solo.
Insignisque. Haciéndose visible entre las espaldas de los que huian.
Obversis. Asestando las armas con que se peleaba de cerca.
Procellam. Tempestad. Metáfora.
Quod tumultuosissimum. Por donde habia mayor tropel de enemigos, los detuvo un poco.
Qui rescindebant. Los que derribaban el puente.
Increpare. sup. *cœpit.*
Servitia. Los llamaba esclavos, &c. Metonimia.
Dum alius. Mientras cada uno atendia á que el otro empezase la batalla.
In unum. Contra Cocles.
Obiecto. Oponiendo el escudo.
Ingenti. Defendia al puente á un gran trecho.
Perfecti operis. Que habian acabado de derribar, &c.
Tiberine. Tiberino fue nono Rey de los Albanos, pereció en una batalla junto al Rio Albula, y llevado de la corriente dió nombre al Rio Tiber, y le tuvieron los antiguos por Dios, presidente de los Rios.

»cte, precor, hæc arma, & hunc militem propitio flu»mine accipias." Ita sic armatus in Tiberium desiluit: multisque superincidentibus telis, incolumis ad suos tranavit, rem ausus plus famæ habituram ad posteros, quam fidei. Grata erga tantam virtutem civitas fuit; statua in comitio posita; agri, quantum uno die circumaravit, datum. Privata quoque, inter publicos honores, studia eminebant; nam in magna inopia, pro domesticis copiis, unusquisque ei aliquid, fraudans se ipse victu suo, contulit.

XI. Porsenna primo conatu repulsus, consiliis ab oppugnanda urbe ad obsidendam versis; præsidio in Ianiculo locato, ipse in plano, ripisque Tiberis castra posuit.

XII. Obsidio erat nihilhominus, & frumenti, cum summa caritate, inopia; sedendoque expugnaturum se urbem, spem Porsenna habebat: cum C. Mucius adolescens nobilis, cui indignum videbatur, populum Romanum servientem, quum sub regibus esset nullo bello, nec ab hostibus ullis obsessum esse, liberum eundem populum ab iisdem Etruscis obsideri, quorum sæpe exercitus fuderit: itaque magno, audacique aliquo facinore eam indignitatem vindicandam ratus, primo sua sponte penetrare in hostium castra constituit: dein metuens, ne si consulum iniussu, & ignaris omnibus iret, forte deprehensus à custodibus Romanis retraheretur ut transfuga, fortuna tum urbis crimen affirmante, senatum adiit: "Transire Tiberium, inquit, Patres, & in»trare, si possim, castra hostium volo; non prædo, »nec

Plus famæ. Que tendrá mas fama que crédito en lo venidero.

Statua in comitiis. Le levantaron una estatua en la Plaza junto á la Curia.

Datum. Tales eran los premios de aquellos tiempos.

Pro domesticis. Segun sus haberes.

XI.

Obsidendam versis. Mudaba la determinacion de combatir la ciudad en la de sitiarla.

XII.

Obsidio. Duraba con todo el cerco, que fue de tres años.

Caritate. Poco trigo, y muy caro en Roma.

Sedendoque. Estándose quieto.

Servientem. Esclavo en tiempo de los Reyes.

Obsessum. Jamás se vió sitiado.

Eam indignitatem. La ignominia que padecia el Pueblo Romano hallándose sitiado.

Iniussu. Sin mandado de los Consules.

Retraheretur. Se le prendiese como desertor.

Affirmante. Haciendo probable la fortuna, &c.

»nec populationum invicem ultor. Maius, si Dii iu»vant, in animo est facinus." Approbant Patres: abdito intra vestem ferro proficiscitur. Ubi eo venit, in confertissima turba prope regium tribunal constitit. Ibi quum stipendium forte militibus daretur, & scriba cum rege sedens, pari ferre ornatu multa ageret, eum milites vulgo adirent, timens sciscitari, uter Porsenna esset, ne, ignorando regem, semetipse aperiret, quis esset: quo temere traxit fortuna facinus, scribam pro rege obtruncat.

Vadentem inde, quâ per trepidam turbam cruento mucrone sibi ipse fecerat viam, quum; concursu ad clamorem facto, comprehensum regis satellites retraxissent: ante tribunal regis destitutus, tum quoque inter tantas fortunæ minas metuendus magis, quam metuens: "Romanus »sum, inquit, civis: C. Mucium vocant. Hostis hostem »occidere volui. Nec ad mortem minus animi est, quam »fuit ad cædem. Et facere, & pati fortia, Romanum est. »Nec unus in te ego hos animos gessi: longus post me »ordo est idem petentium decus. Proinde in hoc dis»crimen, si iuvat, accingere, ut in singulas horas capi»te dimices tuo: ferrum hostemque in vestibulo habeas »regiæ. Hoc tibi iuventus Romana indicimus bellum. Nul»lam aciem, nullum prælium timueris. Uni tibi, & cum »singulis, res erit."

Quum rex, simul irâ incensus, periculoque conterritus, circumdari ignes minitabundus iuberet, nisi expromeret propere, quas insidiarum sibi minas per ambages iaceret: "En tibi, inquit, ut sentias, quam vile »corpus sit iis, qui magnam gloriam vident:" dextram-

Nec populationum. Ni para usar de represalias.
In confertissima. Entre la amontonada tropa de soldados.
Scriba. El secretario andaba oficioso.
Vulgo. Comunmente se encaminasen á él.
Ne ignorando. Por no conocer al Rey.
Fecerat viam. Por donde se abrió camino con el puñal, &c.
Destitutus. Habiéndole dejado.
Fortunæ minàs. En medio de la terrible desgracia que le amenazaba.
Hostis. Como enemigo.
Nec unus. Ni fuí yo solo el que pensé matarte.
Idem petentium. Que buscaba la misma honra de darte la muerte.
Accingere. Disponte.
Uni tibi. Con todos, cada uno de por sí, tienes tú solo que pelear.
Per ambages. Las amenazas, que le echaba por rodeos oscuros.
Quam vile. Cuan poco estiman el cuerpo, &c.

tramque accenso ad sacrificium foculo iniicit. Quam quum velut alienato ab sensu torreret animo; prope attonitus miraculo Rex, quum ab sede sua prosiluisset, amoverique ab altaribus iuvenem iussisset: "Tu vero »abi, inquit, in te magis quam in me hostilia ausus. »Iuberem macte virtute esse, si pro mea patria ista vir»tus staret. Nunc iure belli liberum te, intactum, in»violatumque hinc dimitto." Tum Mucius, quasi remunerans meritum: "Quandoquidem, inquit, est apud te »virtuti honos, ut beneficio tuleris à me, quod minis »nequisti: trecenti coniuravimus principes iuventutis Ro»manæ ut in te hac via grassaremur. Mea prima sors »fuit: ceteri, ut cuique ceciderit primo, quoad te oppor»tunum fortuna dederit, suo quisque tempore aderunt."

XIII. Mucium dimissum, cui postea Scævolæ à clade dextræ manus cognomen inditum, legati à Porsenna Romam secuti sunt. Adeo moverat cum, & primi periculi casus, quo nihil se præter errorem insidiatoris texisset, & subeunda dimicatio toties, quot coniurati superessent, ut pacis conditiones ultro ferret Romanis. De agro Veientibus restituendo, impetratum: expressaque necessitas obsides dandi Romanis, si Ianiculo præsidium deduci vellent. His conditionibus composito pace, exercitum ab Ianiculo deduxit Porsenna, & agro Romano excessit. Patres C. Mucio virtutis causâ trans Tiberim agrum dono dedere, quo poster sunt Mucia prata

Torreret animo. Y dejándose abrasar la mano como si estuviera fuera de sentido.
In te magis. Que has usado mas crueldad contigo que conmigo.
Macte virtute Te mandaria tenerbuen ánimo: esto es, alabaria tu valor.
Virtuti honos. Respetas el valor, ó la virtud.
Ut beneficio. Para que alcances de mí con el beneficio, lo que no pudiste con amenazas.
Hac via. para matarte de este modo.
Ut cuique. Segun á cada uno le toque, basta que la fortuna te proporcione, para que te mates.

XIII.

A clade. Por la quemadura.
Texisset. Le habia librado.
Et subeunda. Y que se habia de esponer á este riesgo tantas veces &c.
Impetratum. Se le concedió á Porsena.
Dandi Romanis. Los Romanos debian precisamente dar rehenes si querian se sacase la guarnicion del Templo Janiculo.
Excessit. Salió del territorio de Roma.

ta appellata. Ergo ita honorata virtute, feminæ quoque ad publica decora excitatæ.

Clælia virgo, una ex obsidibus, quum castra Etruscorum parte haud procul ripâ Tiberis locata essent, frustrata custodes, dux agminis virginum inter tela hostium Tiberim tranavit: sospitesque omnes Romam ad propinquos restituit. Quod ubi regi nunciatum est, primo incensus irâ, oratores Romam misit ad Clæliam obsidem deposcendam; alias haud magni facere: deinde in admiratione versus: "Supra Coclites, Muciosque dicere id fa»cinus esse, & præ se ferre, quemadmodum si non de»datur obses, pro rupto se fœdus habiturum: sic dedi»tam, inviolatam ad suos remissurum." Utrinque constitit fides: & Romani pignus pacis ex fœdere restituerunt: & apud regem Etruscum non tuta solum, sed honorata etiam virtus fuit: laudatamque virginem parte obsidum se donare dixit: ipsa, quos vellet, legeret. Productis omnibus, elegisse impuberes dicitur: quod & virginitati decorum, & consensu obsidum ipsorum probabile erat, eam ætatem potissimum liberari ab hoste, quæ maxime opportuna iniuriæ esset. Pace redintegrata, Romani novam in femina virtutem novo genere honoris, statua equestri, donavere. In summa Sacra via fuit posita virgo insidens equo.

XXXI. Dictator Valerius in Senatu retulit, quid de nexis fieri placeret. Quæ cum reiecta relatio esset: "Non »placeo, inquit, concordiæ auctor: pax foris parta est, »domi impeditur: privatus, potius quam dictator, se»di-

Feminæ. Tambien las doncellas se escitaron á lograr.
Frustrata. Habiendo burlado las centinelas.
Sospitesque. Y todas las llevó salvas á Roma, y entregó á sus parientes.
Oratores. Legados.
Alias haud. Que las demas doncellas las estimaba en poco.
Dicere. sup. *cœpit.*
Id facinus. El hecho de Clelía.
Et præ se. Y que pensaba.
Utrinque constitit. Por ambas partes se observó fielmente lo pactado.
Pignus pacis. Clelia prenda de la paz.
Laudatamque. Despues de haberla alabado, dijo Porsena que la enviaria á Roma con parte de los rehenes.
Legeret. Escogiese.
Obsidum ipsorum. De los mismos que estaban en rehenes.
Opportuna. Mas espuestos al ultrage.
Statua equestri. Estatua puesta sobre un caballo.

XXXI.

De nexis. De la union del pueblo con los nobles.
Non placeo. No doy gusto aconsejando la paz.

»ditioni interero?" Ita curiâ eggressus, dictaturâ se abdicavit. Aparruit causa plebi, suam vicem indignantem magistratu abisse. Itaque, velut persolutâ fide, quoniam per eum non stetisset, quin præstaretur, decedentem domum cum favore ac laudibus prosecuti sunt.

XXXII. Timor inde Patres incessit, ne coniurationes fierent; itaque ex urbe legiones educi iussere: quo facto maturata est seditio. Et (plebem) dicitur in Sacrum montem secessisse. Ibi, sine ullo duce, vallo, fossaque communitis castris, quieti, rem nullam, nisi necessariam ad victum, sumendo, per aliquot dies neque lacessiti, neque lacessentes sese tenuere.

Pavor ingens in urbe, metuque mutuo suspensa erant omnia. Timere relicta ab suis plebs violentiam Patrum; timere Patres residem in urbe plebem: incerti, manere eam, an abire mallent. "Quam diu autem tranquillam, quæ secesserit, multitudinem fore? quid futurum deinde, si quod ex»ternum interim bellum exsistat? Nullam profecto, nisi in »concordiâ civium, spem reliquam ducere, eam per æqua, »per iniqua, reconciliandam civitati esse." Placuit igitur oratorem ad plebem mitti Menenium Agrippam, facundum virum, &, quod inde oriundus erat, plebi carum. Is intromissus in castra, prisco illo dicendi, & horrido modo, nihil aliud quam hoc narrase fertur. "Tempore, quo in ho»mine, non, ut nunc, omnia in unum consentiebant, sed »singulis membris suum cuique consilium, suus sermo fue»rat, indignatas reliquas partes, suâ curâ, suo labore, »ac ministerio ventri omnia quæri: ventrem in medio »quietum, nihil aliud, quam datis voluptatibus frui: »con-

Seditione interero. Asistiré á la sedicion del pueblo.
Apparuit causa. Supo la plebe, el por que habia dejado su empleo, compadeciéndose de su infelicidad.
Prosecuti. Le acompañaron hasta su casa honrándole, y alabándole.

XXXII.

Ibi sine. Y allí levantadas trincheras, y fortificadas con foso y vallado, sin tener Capitan alguno.
Neque. Se estuvieron quietos, ni provocados, ni provocando, &c.
Plebs. La que estaba en Roma.
Timere. Le empezó á temer.
Incerti. Sin saber si seria mejor, que saliese tambien, ó se quedase.
Quæ secesserit. Cuanto tiempo se estaria así quieta la plebe del Monte Sacro.
Eam per æqua. Que con justas, ó injustas condiciones se debia reconciliar con la ciudad.
Inde. Del estado plebeyo.
Prisco illo. Con aquel antiguo, y tosco modo de hablar.

»conspirasse inde, ne manus ad os cibum ferrent, nec os »acciperet datum, nec dentes conficerent. Hâc irâ dum »ventrem fame domare vellent, ipsa una membra, totum»que corpus, ad extremam tabem venisse. Inde apparuis»se, ventris quoque haud segne ministerium esse: nec »magis, ali, quam alere eum; reddentem in omnes corpo»ris partes hunc, quo vivimus vigemusque, divisum pa»riter in venas, maturum confecto civo sanguinem." Comparando hinc quam intestina corporis seditio similis esset iræ plebis in Patres, flexisse mentes hominum (& ad concordiam revocasse).

XXXIII. Eodem anno Agrippa Menenius moritur, vir omni vita pariter Patribus ac plebi carus; post secessionem carior plebi factus. Huic interpreti, arbitroque concordiæ civium, legato Patrum ad plebem, reductori plebis Romanæ in urbem sumtus funeri defuit. Extulit eum plebs sextantibus collatis in capita.

EX LIBRO TERTIO.

CAP. XXVI. Vis Sabinorum ingens propè ad mænia urbis infestâ populatione venit. Fœdati agri, terror iniectus urbi est. Tum plebs benigne arma cepit. Reclamantibus frustra tribunis, magni duo exercitus scripti. Alterum Nautius contra Sabinos duxit: castrisque ad Eretum positis, per expeditiones parvas plerumque nocturnis incursionibus tantam vastitatem in Sabino agro reddidit, ut comparati ad eam propè intacti bello fines Romani viderentur. Minucio neque fortuna, nec vis animi eadem in gerendo negotio fuit. Nam

Conspirasse idem. Que por esto se conjuraron.
Confloerent. Lo mascasen.
Tabem. Corrupcion, ruina.
Ministerium. Que el servicio del estómago no era inutil.
Confecto. Digerida la comida.

XXXIII.

Post secessionem. Despues de la rebelion de la plebe, ésta le animó mas.
Sumtus funeri. Le faltó despues de tantos empleos, con que enterrarse.
Sextantibus. Habiendo distribuido por cabezas el que cada uno diese dos onzas de cobre, que era la moneda de aquellos tiempos. *Véase* el índice.

XXVI.

Infesta populatione. Asolando hostilmente.
Benigne. Voluntariamente.
Scripti. Se alistaron.
Vastitatem. Dejó tan asolado el territorio Sabino.
Ad eam. Que comparados los campos Romanos con la asolacion del territorio Sabino.

Nam quum haud procul ab hoste castra posuisset, nullâ magnopere clade acceptâ, castris se pavidus tenebat. Quod ubi senserunt hostes, crevit ex metu alieno, ut fit, audacia: & nocte adorti castra, postquam parum vis aperta profecerat, munitiones postero die circumdant; quæ priusquam undique vallo obiecto clauderent exitus, quinque equites inter stationes hostium emissi, Romam pertulere, consulem, exercitumque obsideri. Nihil tam nec inopinatum, nec insperatum accidere potuit. Itaque tantus pavor, tanta trepidatio fuit, quanta, si urbem, non castra, hostes obsiderent. Nautium consulem arcessunt, in quo quum parum præsidii videretur, dictatoremque dici placeret, qui rem perculsam restitueret, Lucius Quintius Cincinnatus consensu omnium dicitur. Operæ pretium est audire, qui omnia præ divitiis humana spernunt, neque honori magno locum, neque virtuti putant esse, nisi ubi effuse affluant opes.

Spes unica imperii populi Romani Lucius Quintius, trans Tiberim, contra eum ipsum locum, ubi nunc Navalia sunt, quatuor iugerum colebat agrum, quæ prata Quintia vocantur. Ibi ab legatis, seu fossam fodiens palæ innixus, seu quum araret, operi certe, id quod constat, agresti intentus, salute datâ, invicem redditâque, rogatus, ut quod bene verteret ipsi, reique publicæ, togatus mandata senatus audiret; "admiratus, rogitansque; satin' salva essent omnia?" togam propere è tugurio proferre uxorem Racíliam iubet. Quâ simul, abs-

Metu alieno. El miedo que tenia el General Minucio.
Munitiones. Ponen las trincheras.
Vallo obiecto. Antes de cerrarlas con el vallado.
Inter stationes. Por entre las centinelas.
Romam. Llevan noticia á Roma.
Trepidatio. Perturbacion.
Dici. Nombrar.
Dicitur. Fue nombrado Dictador Lucio Quincio Cincinato.
Opere pretium. Es cosa que merece la atencion de los que estiman mas que todo las riquezas, y juzgan que ni la virtud, ni el honor merecen aprecio.
Nisi ubi. Sino cuando abundan las riquezas.
Contra. Enfrente.
Navalia. Lagunas para hacer fiestas navales.
Palæ innixus. Estrivando sobre la pala, ó hazadon.
Id quod. Que es lo que se sabe de cierto.
Salute data. Habiendole saludado. y correspondido.
Quod bene. Que fuese para provecho suyo, y &c.
Togatus. Poniendose la toga.
Satin' salva. Si habia alguna novedad.

absterso pulvere ac sudore, velatus processit; dictatorem eum legati gratulantes consalutant: in urbem vocant, qui terror sit in exercitu, exponunt. Navis Quintio publice parata fuit, transvectumque tres egressi obviam filii excipiunt; inde alii propinqui, atque amici, tum Patrum maior pars. Eâ frequentiâ stipatus, antecedentibus lictoribus, deductus est domum, & plebis concursus ingens fuit.

XXVII. Postero die dictator, quum ante lucem in forum venisset, magistrum equitum dicit Lucium Tarquitium: iustitium edicit; claudi tabernas totâ urbe iubet; vetat quemquam privatæ quicquam rei agere. Tum quicumque arte militari essent, armati cum cibariis in dies quinque coctis, vallisque duodenis, ante solis occasum Martio in campo adessent; quibus ætas ad militandum gravior esset, vicino militi, dum is arma pararet, vallumque peteret, cibaria coquere iussit. Sic iuventus discurrit ad vallum petendum. Sumsere, unde cuique proximum fuit: prohibitus nemo est; impigreque omnes ad edictum dictatoris præsto fuere. Inde composito agmine, non itinere magis apto, quam prælio, si res ita tulisset, legiones ipse dictator, magister equitum suos equites ducit. In utroque agmine, quas tempus ipsum poscebat, adhortationes erant: »aderent gradum, ma»turate opes esse, ut nocte ad hostem pervenire pos»sent; consulem, exercitumque Romanum obsideri; »tertium diem iam clausos esse: quid quæque nox, aut »dies ferat, incertum esse: puncto sæpe temporis maxi»marum rerum momenta verti. Accelera signifer, se»que-

Pulvere. Despues de haberse limpiado el polvo, y sudor.
Gratulantes. Dándole el parabien.
Transvectumque. Pasado ya el rio.
Eâ frequentiâ. Rodeado de aquel concurso.

XXVII.

Dicit. Nombra por Coronel de la Caballeria.
Iustitium. Publica una pragmática.
Vallisque duodenis. Con doce faginas.
Vallumque peteret. Y buscaba la fagina.
Undè cuique. Lo que mas pronto encontraron.
Apto. No solo dispuesto para caminár, sino tambien para pelear.
Si res. Si el caso lo pidiese.
In utroque. De á pie y de á caballo.
Quas tempus. Se hacian exhortaciones segun las pedia el tiempo.
Quid quæque. Que no se sabia cuanto daño podia acarrear la dilacion de un dia, ó de una noche.
Accelera. Date prisa, Alferez; sigue tú, soldado.

„quere miles," inter se quoque gratificantes ducibus clamabant. Mediâ nocte in Algidum perveniunt: &, ut sensere se iam prope hostes esse, signa constituunt.

XXVIII. Ibi dictator quantum nocte prospici poterat, equo circumvectus, contemplatusque, qui tractus castrorum quæque forma esset, tribunis militum imperavit, ut sarcinas in unum coniici iubeant: militem cum armis, valloque redire in ordines suos. Facta, quæ imperavi. Tum quo fuerant ordine in via, exercitum omnem longo agmine circumdat hostium castris, & ubi signum datum sit, clamorem omnes tollere iubet: clamore sublato, ante se quemque ducere fossam, & iacere vallum. Edito imperio, signum secutum est, iussa miles exsequitur, clamor hostes circumsonat. Superat inde castra hostium, & in castra consulis venit: alibi pavorem: alibi gaudium ingens facit: Romani, civilem esse clamorem, atque auxilium adesse, inter se gratulantes, ultro ex stationibus, ac vigiliis territant hostem. Consul differendum negat, armaque suos capere, & se subsequi iubet. Nocte initum prælium est: legionibus dictatoris clamores significant, ab ea quoque parte rem in discrimine esse. Iam se ad prohibenda circumdari opera Æqui parabant, quum circumvallati à dictatore erant. Tum à prælio ad præces versi, hinc dictatorem, hinc consulem orare, ne in occidione victoriam ponerent, ut inermes se inde abire sinerent. Ab consule ad dictatorem ire iussis, ignominiam infensus addidit. Gracchum Cloelium ducem, principesque alios vinctos ad

Inter se. Los soldados tambien entre sí se animaban, y aclamaban á sus Capitanes dándoles gracias, por sus valerosas exortaciones.

In Algidum. Monte distante de Roma doce millas, hoy Roca del Papa.

XXVIII.

Equo circumvectus. Rodeando á caballo.

Qui tractus. Qué distancia habia.

In ordines. Que se pusiesen en sus filas con las armas, y estacas.

Facta, quæ. Locucion frecuente en la milicia. Se hizo al instante lo que mandó.

Ducere fossam. Abrir un hoyo, y plantar la fagina, ó estacas.

Clamor hostes. El clamor se oye entre los enemigos por todas partes.

Alibi pavorem. En el campo enemigo.

Alibi gaudium. En el campo del Consul.

Romani. sup. *putabant.*

Clamores significant. Con el clamor dan á entender á las legiones del Dictador, los soldados de Minucio, que en donde ellos estaban habia tambien riesgo.

Iam se. Los Equos se disponian á impedir se les cercase.

Infensus. Terrible el Dictador.

ad se adduci iubet, oppido Corbione decedi: "Sanguinis »se Æquorum non agere: licere abire: sed ut exprima»ntur tandem confessio, subactam, domitamque esse gen»tem, sub iugum abituros." Tribus hastis iugum fit; humi fixis duabus, superque eas transversâ unâ deligatâ: sub hoc iugo dictator Æquos emisit.

XXIX. Castris hostium receptis, plenis omnium rerum, prædam omnem suo militi dedit. Romæ à Q. Fabio præfecto urbis senatus habitus triumphantem Quintium urbem ingredi iussit: ducti ante currum hostium duces: militaria signa prælata; secutus exercitus præda onustus Epulæ instructæ dicuntur fuisse ante omnium domos: & solemnibus iccis, comessantium modo, currum secuti sunt. Confestim dictator Quintius sexto decimo die dictaturâ, in sex menses acceptâ, se abdicavit.

EX LIBRO QUINTO.

EX CAP. XXXIV. De transitu in Italiam Gallorum hæc accepimus. Prisco Tarquinio Romæ regnante, Celtarum, quæ pars Galliæ tertia est, penes Bituriges summa imperii fuit: ii regem Celtico dabant. Ambigatus is fuit, virtute, fortunâque cum suâ, tum publicâ præpollens, quod imperio eius Gallia adeo frugum, hominumque fertilis fuit, ut abundans multitudo vix regi videretur posse. Hic magno natu ipse iam, exonerare prægravante turbâ regnum cupiens.

Corbione. Sallesen del lugar de Corbion.

Sed ut. Pero para que en fin lleguen á confesar, &c.

Sub iugum. Marcharian, pero seria pasando por debajo del yugo.

Tribus. Hizo un yugo con tres lanzas.

Transversa una. Atravesada, y atada una lanza.

Sub hoc iugo. Despachó los Equos haciéndoles pasar por debajo de este yugo.

XXIX

Castris hostium. Se tomó el campo del enemigo lleno de despojos.

Ducti ante. Llevando á los Capitanes enemigos delante del carro, &c.

Militaria signa. Llevando tambien delante las vanderas militares.

Commessantium. A modo de convite.

Accepta, se. Renuncia el cargo de Dictador, tomado por seis meses, á los diez y seis dias.

CAP. XXXIV.

Bituriges summa. Los Bituriges tenian entonces el supremo dominio

Celtico. A los Celtas.

Vix regi. Que apenas parecia poderse gobernar.

Exonerare prægravante, &c. Deseando limpiar el Reyno de la muchedumbre, que le oprimia.

piens, Bellovesum, ac Sigovesum, sororis filios, impigros iuvenes, missurum se esse, in quas Dii dedissent auguriis sedes, ostendit. Quantum ipsi vellent numerum hominum, excirent, ne qua gens arcere advenientes posset. Tum Sigoveso sortibus dati Hercinii saltus: Belloveso haud paulo lætiorem in Italiam viam Dii dabant. Is, quod eis ex populis abundabat, Bituriges, Arvernos, Senones, Æduos, Ambarros, Carnutes, Aulercos, excivit. Profectus ingentibus peditum, equitumque copiis, in Tricastinos venit. Alpes inde oppositæ erant, quas inexsuperabiles visas, haud equidem miror, nulla dum viâ (quod quidem continens memoria sit, nisi de Hercule fabulis credere libet) superatas. Ibi quum velut septos montium altitudo teneret Gallos, circunspectarentque, quânam periuncta cœlo iuga in alium orbem terrarum transirent, religio etiam tenuit: quod allatum est, advenas quærentes agrum ab Salyum gente oppugnari: Massilienses erant hi, navibus à Phocæa profecti. Id Galli fortunæ suæ omen rati, adiuvêre, ut quem primum in terram egressi occupaverant locum, patentibus silvis communirent. Ipsi Taurino saltu invias Alpes transcenderunt, fusisque acie Tuscis haud procul Ticino flumine, quum in quo consederant, agrum In-

Auguriis. Por sus oráculos, ó profecías.

Quantum ipsi. Que tomasen toda la gente que quisiesen, para que ninguna nacion los pudiese rechazar de los lugares adonde llegasen.

Excirent. Juntasen.

Sortibus dati. Tocaron por suerte los Montes Ercinios.

Belloveso haud, &c. Los Dioses daban mucho mas alegre camino para Italia á Beloveso.

In Tricastinos. Pueblos de la Galia Narbonense, en la Provincia del Delfinado hácia el Ródano.

Quas inexsuperabiles. Hasta entonces los Alpes habian parecido intransitables.

Continens memoria. De que haya algunas memorias continuas de escritores, á no ser que se quiera creer las fábulas de que los pasó Hércules: así lo cree Nepote.

Ibi. Como la altura de los Montes tuviese como cercados á los Franceses.

Quanam periuncta. Por qué párte pasarian á otro mundo, por entre aquellas cumbres que tocaban con el cielo.

Religio etiam. Un prodigio, un agüero.

Advenas. Que los Salyos combatian á unos estrangeros que buscaban territorio para su domicilio: estos estrangeros eran los Phocenses, que fundaron á Marsella.

Id Galli. Los Franceses ayudaron los intentos de los Phocenses juzgando que era un presagio de fortuna.

Ut quem. De suerte que el primer terreno de que se apoderaron los Phocenses luego que saltaron en tierra, lo fortificaron.

Ipsi Taurino. Ellos pasaron los Alpes intransitables por el salto, ó monte del Toro: los Franceses.

Acie. En una batalla.

Insubrium appellari audissent, cognomine Insubribus pago Æduorum, ibi, omen sequentes loci, condidere urbem: Mediolanum appellatur.

XXXV. Alia subinde manus Cenomanorum Elitovio duce vestigia priorum secuta, eodem saltu, favente Belloveso, quum transcendisset Alpes, ubi nunc Brixia, ac Verona urbes sunt (locos tenuere Libui) considunt. Post hos Salluvii, prope antiquam gentem Lævos Ligures, incolentes circa Ticinum amnem. Penino deinde Boïi, Ligonesque transgressi, quum iam inter Padum, atque Alpes omnia tenerentur, Pado ratibus traiecto, non Etruscos modo, sed etiam Umbros agro pellunt: intra Apenninum tamen sese tenuere. Tum Senones, recentissimi advenarum, ab Utente flumine usque ad Æsim fines habuere. Hanc gentem Clusium, Romamque inde venisse comperio: Id parum certum est, solamne, an ab omnibus Cisalpinorum Gallorum populis adiutam. Clusini novo bello exterriti, quum multitudinem, quum formas hominum inusitatas cernerent, & genus armorum, audirentque sæpe ab iis, cis Padum, ultraque, legiones Etruscorum fusas, quamquam adversus Romanos nullum eis ius societatis, amicitiæve, erat, nisi quod Veientes consanguineos adversus populum Romanum non defendissent, legato Romam, qui auxilium ab senatu peterent, misere. De auxilio nihil impetratum: legati tres M. Fabii Ambusti filii missi, qui senatus, populique Romani nomine agerent cum Gallis, ne, à quibus nullam iniuriam accepissent, socios populi Romani, atque amicos oppugnarent. Romanis eos bello quoque, si res cogat, tuendos esse; sed melius visum, bellum ipsum amoveri, si posset: & Gallos, novam gentem, pace potius cognosci, quam armis.

XXXVI.

Cognomine. Del nombre de Insubria, lugar de los Eduos.
Omen. Siguiendo la opinion de aquella gente.

XXXV.

Locos tenuere. Habitaron aquellos lugares los Libuos.
Penino. Despues por el monte Apenino.
Pado. El rio Pó.
Habuere Ocuparon.
Hominum. Figuras de hombres nunca vistas.
Cis Padum. De esta, y de la otra parte del Pó.
Consanguineos. Aliados, y amigos de los Clusinos.
De auxilio. No se les envió á los Clusinos socorro alguno de gente.
A quibus. Solo porque de ellos no habian recibido algun agravio.
Sed melius. Pero pareció mejor se evitase la guerra si era posible.

XXXVI. Mitis legatio, ni præferoces legatos, Gallisque magis, quam Romanis similes habuisset. Quibus, postquam mandata ediderunt in concilio Gallorum, datur responsum: "Etsi novum nomen audiant Romanorum, tamen credere viros fortes esse, quorum auxilium à Clusinis, in re trepida, sit imploratum; & quoniam legatione »adversus se maluerint, quam armis tueri socios, ne se quindem pacem, quam illi afferant, aspernari, si Gallis egentibus agro, quem larius possideant, quam colant, Clusini partem finium concedant; aliter pacem impetrari non »posse. Et responsum coram Romanis se accipere velle: »& si negetur aget coram iisdem Romanis dimicaturos, ut »nunciare domum posset, quantum Galli, virtute ceteros »mortales præstarent. Quodnam id ius esset, agrum à possessoribus petere, aut minari arma, Romanis quærentibus, »& quid in Etruria rei Gallis esset; quum illi, se in armis ius »ferre, & omnia fortium virorum, esse ferociter dicerent:" accensis utrinque animis, ad arma discurritur, & prælium conseritur. Ibi, iam urgentibus Romanam urbem fatis, legati contra ius gentium arma capiunt: nec id clam esse potuit, quum ante signa Etruscorum tres nobilissimi, fortissimique Romanæ iuventutis pugnarent: tantum eminebat peregrina virtus. Quin etiam Q. Fabius evectus extra aciem equo, ducem Gallorum ferociter in ipsa signa Etruscorum incursantem, latus transfixum hastâ occidit: spoliaque eius legentem Galli agnovere, perque totam aciem, Ro-

XXXVI.

Mitis legatio. La embajada era bastante atenta.

Quibus. A los Franceses.

Etsi novum. Que aunque aquella era la primera vez, que oian el nombre Romano.

In re trepida. En un asunto arriesgado.

Gallis egentibus. Se les concedian á los Franceses mas territorio, que cultivar, dándoles una parte del de los Clusinos.

Dimicaturos. sup. *cum Clusinis.*

Romanis quærentibus. Preguntando los legados de Roma, que derecho era el pedir el territorio á sus dueños, &c.

Quum illi. Los Franceses decian que las armas, y el valor eran dueños de todo.

Urgentibus. Tirando los Hados á destruir á Roma.

Tantum eminebat. Este valor peregrino que tanto sobresalia, era de los Romanos, mezclados con los Clusinos.

Legentem Galli Le vieron los Franceses tomar los despojos del Capitan Frances que habia muerto.

Romanum legatum esse, signum datum est. Omissâ inde in Clusinos irâ receptui canunt, minantes Romanis. Erant, qui extemplo Romam eundum censerent. Vicere seniores, ut legati prius mitterentur questum iniurias, postulatumque, ut pro iure gentium violato, Fabii dederentur. Legati Gallorum, quum ea sicut erant mandata, exposuissent, senatui nec factum placebat Fabiorum, & ius postulare barbari videbantur; sed ne id, quod placebat, decernerent in tantæ nobilitatis viris, ambitio obstabat. Itaque ne penes ipsos culpa esset, cladis forte Gallico bello acceptæ, cognitionem de postulatis Gallorum ad populum reiiciunt: ubi tanto plus gratia atque opes valuere, ut quorum de pœna agebatur, tribuni militum consulari potestate in insequentem annum crearentur. Quo facto, haud secus quam dignum erat, infensi Galli, bellum propalam minantes, ad suos redeunt.

XXXVII. Quum tanta moles mali instaret: (adeo obcœcat animos fortuna, ubi vim suam ingruentem refringi non vult) civitas, quæ adversus Fidenatem, & Veientem hostem, aliosque finitimos populos ultima experiens auxilia, dictatorem multis tempestatibus dixisset, ea tunc inusitato, atque inaudito hoste, ab Oceano, terrarumque ultimis oris bellum ciente, nihil extraordinarii imperii, aut auxilii quæsivit. Tribuni, quorum temeritate bellum contractum erat, summæ rerum præerant: delectumque nihilo accurationem, quam ad

Signum. Corrió la voz.
Receptui. Tocan á la retirada.
Vicere seniores. Venció el partido de los ancianos que fue de parecer se enviasen antes legados á quejarse de las injurias de los legados Romanos.
Fabii dederentur. Se les entregasen los legados Fabios.
Cladis forte. Del daño que se pudiese originar si se encendia guerra con los Franceses.
Postulatis. De la peticion, y quejas.
Ut quorum. Que los legados Gabios, de cuyo castigo se trataba, fueron creados Tribunos para el año siguiente con potestad consular.
Haud secus. No de otra suerte que era justo, ofendidos los legados Franceses.

XXXVII.

Ubi vim suam. Cuando no quiere se resista á la fuerza, que ella hace.
Tempestatibus. Habia nombrado en muchas ocasiones Dictador.
Nihil extraordinarii Entonces no se cuidó de buscar algun remedio estraordinario, como lo era el de crear Dictador.
Delectumque. Reclutaban tropas nada mayores ni mejores.

ad media bella haberi solitus erat, extenuantes etiam famam belli, habebant. Interim Galli, postquam accepere, ultro honorem habitum violatoribus iuris humani, elusamque suam legationem esse, flagrantes irâ, cuius impotens est gens, confestim signis convulsis citato agmine iter ingrediuntur. Ad quorum prætereuntium raptim tumultum, quum exterritæ urbes ad arma concurrerent, fugaque agrestium fieret, Romam se ire, magno clamore significant; quacumque ibant, equis, virisque longe ac late fuso agmine immensum obtinentes loci. Sed antecedente famâ, nunciisque Clusinorum, deinceps inde aliorum populorum, plurimum terroris Romam celeritas hostium tulit: quippe quibus, velut tumultuario exercitu raptim ducto, ægre ad undecimum lapidem occursum est; quâ flumen Allia Crustuminis montibus prælto defluens alveo, haud multum infra viam, Tiberino amni miscetur. Iam omnia contra circaque hostium plena erant, & acta in vanos tumultus gens, truci cantu, clamoribusque variis, horrendo cuncta compleverant sono.

XXXVIII. Ibi tribuni militum, non loco castris ante capto, non præmunito vallo, quo receptus esset, non Deorum saltem, si non hominum, memores, nec auspicato, nec litato, instruunt aciem diductam in cornua, ne circumveniri multitudine hostium possent. Nec tamen æquari frontes poterant, quum extenuando, infirmam, & vix cohærentem mediam aciem haberent. Paulum erat ab dextrâ editi loci, quem subsidiariis repleri placuit: eaque res ut initium pavoris, ac fugæ, sic una sa-

Extenuantes. Tambien disminuian el riesgo de aquella guérra con los Franceses.

Postquam. Despues que oyeron.

Cuius impotens. A que es muy propensa esta nacion. Furia Francesa llaman ahora.

Ad quorum. Ocupando inmenso trecho.

Fugaque. Los campesinos huian.

Significabant. Los Franceses.

Tumultuario. Como que traian arrebatada, y tumultuariaménte su ejército.

Ægre. Apenas á once millas de Roma se les salió al encuentro.

Allia. Rio infausto para los Romanos por la batalla del 18 de Julio, y haber tambien sido alli derrotados en otra ocasion los Fabios.

Contra. Por enfrente, y al rededor.

Truci cantu. Con horribles cantos.

XXXVIII.

Nec auspicato. Sin consultar, ni sacrificar á los Dioses, segun costumbre.

Diductam. Puesto en filas.

Quum extenuando. Pues aclarando las filas, apenas, &c.

Editi loci. Un montecillo, ó cuesta.

salus fugientibus fuit. Nam Brennus regulus Gallorum, in paucitate hostium artem maxime timens, ratus ad id captum superiorem locum, ut, ubi Galli, cum acie legionum rectâ fronte concurrissent, subsidia in aversos, transversosque impetum darent, ad subsidiarios signa convertit; si eos loco depulisset, haud dubius facilem in æquo campi, tantum superanti multitudine, victoriam fore: adeo non fortuna modo, sed ratio etiam cum barbaris stabat. In alterâ acie nihil simile Romanis, non apud duces, non apud milites erat. Pavor, fugaque occupaverat animos, & tanta hominum oblivio, ut multo maior pars Veios in hostium urbem, quum Tiberis arceret, quam recto itinere Romam ad coniuges, ac liberos fugerent. Parumper subsidiarios tutatus est locus. In reliquâ acie, simul est clamor proximis ab latere, ultimis ab tergo auditus, ignotum hostem prius pene quam viderent, non modo non tentato certamine, sed clamore quidem reddito, integri, intactique fugerunt. Nec ulla cædes pugnantium fuit. Terga cæsa suomet ipsorum certamine in turbâ impedientium fugam. Circa ripam Tiberis, quo armis abiectis totum sinistrum cornu defugit, magna strages facta est: multosque imperitos nandi, aut invalidos, graves loricis aliisque tegminibus, hausere gurgites. Maxima tamen pars incolumis Veios perfugit: unde non modo præsidii quicquam, sed ne nuncius quidem cladis Romam est missus. Ab dextro cornu, quod procul à flumine, & magis sub monte steterat, Ramam omnes petiere, &, ne clausis quidem portis urbis, in arcem confugerunt.

XXXIX

Artem maxime. Temiendo alguna estratagema.

Subsidia. Los que estaban de refresco, con ímpetu los acometiesen por la espalda, y el lado.

In æquo. En campo raso.

Oblivio. Y fue tanto el aturdimiento.

Quum Tiberis. Estando de por medio el Tiber.

Proximis. Luego que los primeros de los lados, y los últimos de la retaguardia, oyeron la gritería.

Prius pene. Quasi antes de haberle visto.

Integri. Sin haber peleado, ni recibido daño.

Ulla cædes. Peleando no hubo ninguna muerte.

Terga cæsa. Las espaldas sacaron heridas de su misma pendencia entre la turba que les impedia el correr.

Imperitos. Que no sabian nadar.

Aliisque. Con las lorigas, y otras armaduras, se hundieron en las aguas.

Ne clausis. Ni aun acordándose de cerrar las puertas, &c.

XXXIX. Gallos quoque velut obstupefactos, miraculum victoriæ tam repentinæ tenuit. Et ipsi pavore defixi primum steterunt, velut ignari, quid accidisset: deinde insidias vereri: postremo cæsorum spolia legere, armorumque cumulos, ut mos eis est, coacervare. Tum demum, postquam nihil usquam hostile cernebatur, viam ingressi, haud multo ante solis occasum ad urbem Romam perveniunt. Ubi quum prægressi equites, non portas clausas, non stationem pro portis excubare, non armatos esse in muris, retulissent: aliud priori simile miraculum eos sustinuit: noctemque veriti, & ignotæ situm urbis, inter Romam, atque Anienem consedere; exploratoribus missis circa mœnia, aliasque portas, quænam hostibus in perdita re consilia essent. Romani, quum pars maior ex acie Veios petiisset, nemo superesse quemquam, præter eos, qui Romam refugerant, crederet, complorati omnes pariter vivi, mortuique; totam prope urbem lamentis impleverunt. Privatos deinde luctus stupefecit publicus pavor, postquam hostes adesse nunciatum est. Mox ululatus, cantusque dissonos, vagantibus circa mœnia turmatim barbaris: audiebant. Omne inde tempus suspensos ita tenuit animos usque ad lucem alteram, ut identidem iam in urbe futurus videretur impetus primo adventu, quo accesserant ad urbem: mansuros enim ad Alliam fuisse, nisi hoc consilii foret. Deinde sub occasum solis, quia haud multum diei supererat, ante noctem rati se invasuros: tum in noctem di-

XXXIX.

Cumulos. Hicieron montones de los despojos segun su costumbre.

Prægressi. Los caballos que habian ido delante.

Retulissent. Contaban á los Franceses del cuerpo del ejército, que en Roma ni las puertas estaban cerradas, &c.

Eos sustinuit. Los detuvo.

In perdita. Que pensaban los Romanos en aquel lance desesperado.

Superesse. Que no quedaba alguno sino los que habian vuelto á Roma.

Compĕrati. Y llorando por todos tanto vivos como muertos.

Publicus pavor. El espanto general amortiguó los llantos particulares, que hacian el padre por el hijo, &c.

Ululatus. Gritería, y canciones desentonadas.

Inde. Entre tanto.

Ut identidem. Que á cada instante les parecia venian los Franceses á acometer á la ciudad.

Primo adventu. Luego que llegaron los Franceses, creyeron que venian á dar sobre ella.

Nisi hoc. Si no hubieran tenido intencion de acometer á la ciudad: todo esto eran los juicios que se hacian en Roma.

dilatum consilium esse, quo plus pavoris inferrent. Pc stremo lux appropinquans exanimare: timorique perpetuo ipsum malum continens fuit, quum signa infesta por tis sunt illata. Nequaquam tamen ea nocte, neque in sequenti die similis illi, quæ ad Alliam tam pavid fugerat, civitas fuit. Nam quum defendi urbem posse tam parva relicta manu, spes nulla esset, placuit eun coniugibus, ac liberis iuventutem militarem, senatusqu robur, in arcem, Capitoliumque conscendere: armisque & frumento collatis, ex loco inde munito, Deos homi nesque & Romanum nomen defendere: Flaminem sacerdo tesque Vestales, sacra publica à cœde, ab incendiis procu auferre, nec ante deseri cultum eorum, quam non super essent, qui colerent. Si arx, Capitoliumque, sedes Deo rum, si Senatus caput publici consilii, si militaris iuven tus superfuerit imminenti ruinæ urbis, facilem iacturam esse seniorum, relictæ in urbe utique perituræ turbæ: & quo id æquiore animo de plebe multitudo ferret, senec triumphales, consularesque simul se cum illis pallam dice re obituros: nec his corporibus, quibus non arma ferre non tueri patriam possent, oneraturos inopiam armato rum. Hæc inter seniores morti destinatos jactata so latia.

XL. Versæ inde adhortationes ad agmen iuvenum, quos in Capitolium, atque in arcem prosequebantur, commendantes virtuti eorum, inventæque urbis per trecentos sexaginta annos omnibus bellis victricis, quæcumque re-

Quo plus. Para causar mas espanto.

Lux appropinquans. Al acercarse el dia el miedo de ser entonces acometidos les quitaba el aliento.

Fuit. El miedo fue continuo.

Infesta. Del enemigo.

Similis illi. Como los que huyeron junto á Alia eran Ciudadanos de Roma, y estos, y no las casas hacen las ciudades, en los dos sitios los llama ciudad.

Tam parva. Habiendo quedado tan pocos.

Senatusque. Y los mas fuertes del Senado.

Ex loco. Y desde aquel lugar fortalecido.

Sacerdotesque. Sacerdotisas de Vesta.

Sacra publica. Los vasos sagrados públicos, é Idolos.

Facilem. Importaba poco la pérdida de los ancianos.

Senes triumphales. Ancianos que habian triunfado.

Se cum. Públicamente decian, que moririan con ellos.

Oneraturos. Habian de gravar á los poco armados.

reliqua esset, fortunam. Digredientibus, qui spem omnem, atque opem secum ferebant, ab iis qui captæ urbis non superesse statuerant exitio, quum ipsa res, speciesque miserabilis erat, tum muliebris fletus, & concursatio incerta nunc hos, nunc illos sequentium, rogitantiumque viros, natosque cui se fato darent; nihil, quod humanis superesset malis, relinquebant. Magna pars tamen earum in arcem suos prosecutæ sunt, nec prohibente ullo, nec vocante: quia quod utile obsessis ad muniendam imbellem multitudinem, id parum humanum erat. Alia, maxime plebis, turba, quam nec capere tam exiguus collis, nec alere in tanta inopiâ frumenti poterant, ex urbe effusa, velut agmine iam uno, petiit Ianiculum. Inde pars per agros dilapsi, pars urbes petunt finitimas; sine ullo duce, aut consensu, suam quisque spem, sua consilia, communibus deploratis, exsequentes. Flamen interim Quirinalis, virginesque Vestales, omissâ rerum suarum cura, quæ sacrorum secum ferenda, quæ (quia vires ad omnia ferenda deerant) relinquenda essent consultantes, quisve ea locus fideli asservaturus custodiâ esset; optimum ducunt, condita in doliolis sacello proximo ædibus flaminis Quirinalis, ubi nunc despui religio est, defodere: cetera inter se onere partito ferunt, viâ, quæ sublicio ponte ducit ad Ianiculum. In eo clivo eâ quum L. Albinius de plebe Romanâ homo conspexisset, plaustro coniugem, ac liberos vehens inter ceteram turbam, quæ inutilis bello urbe excedebat; salvo etiam tum discrimine divinarum, humanarumque rerum,

XL.

Fortunam. Qualquier fortuna que le quedáse á la ciudad vencida, &c.

Digredientibus. Separándose los que toda su esperanza y haberes llevaban consigo, de aquellos que habian determinado no sobrevivir á la ruina de la ciudad.

Nihil. No dexaban cosa que desear á la infelicidad humana.

Quia quod. Porque aunque les era util hallándose cercados dexar á las flacas mugeres, era con todo inhumanidad. (dron.

Velut agmine. Formando un esquadron.

Communibus. sup. *consiliis.*

Flamen. El Sacerdote de Quirino.

Quia vires. Porque no tenian fuerzas para llevar todos los vasos sagrados, deliberaban quales dexarian, y quales llevarian.

Ea. Los vasos sagrados.

In doliolis. En unas tinajillas.

Ubi nunc. En donde ahora el escupir es culpa.

Defodere. Enterrarlos.

Sublicio. De madera.

Salvo etiam. Salva aun entonces la diferencia entre lo sagrado y profano.

rum, irreligiosum ratus, sacerdotes publicos, sacraque populi Romani pedibus ire, ferrique; se ac suos in vehiculo conspici; descendere uxorem ac pueros iussit, virgines, sacraque in plaustrum imposuit, & Cære, quo iter sacerdotibus erat, pervexit.

XLI. Romæ interim, satis iam omnibus, ut in tali re, ad tuendam arcem compositis, turba seniorum domos regressa, adventum hostium obstinato ad mortem animo exspectabat: qui eorum curules gesserant magistratus, ut in fortunæ pristinæ, honorumque, aut virtutis insignibus morerentur, quæ augustissima vestis est, thensas ducentibus, triumphantibusve, eâ vestiti medio ædium eburneis sellis sedere. Sunt, qui, M. Fabio Pontifice maximo præfante carmen, devovisse eos se pro patria, Quiritibusque Romanis, tradant. Galli, & quia interpositâ nocte à contentione pugnæ remiserant animos, & quod nec in acie ancipiti usquam certaverant prælio, nec tum impetu, aut vi capiebant urbem, sine irâ, sine ardore animorum ingressi postero die urbem, patente Collina porta, in forum perveniunt; circumferentes oculos ad templa Deum, arcemque solam belli speciem tenentem. Inde modico relicto præsidio, ne quis in dissipatos ex arce, aut Capitolio impetus fieret, dilapsi ad prædam, vacuis occursu hominum viis, pars in proxima quæque tectorum agmine ruunt: pars ultima velut ea demum intacta, & referta prædâ, petunt. Inde, rursus ipsâ solitudine absterriti, ne qua fraus hostilis vagos exciperet, in forum, ac propinqua foro loca conglobati redibant; ubi eos, plebis ædificiis obseratis, patentes

In plaustrum. Puso en un carro á las vírgenes, y los vasos, é imágenes sagradas.

Et Cæræ. Villa no lejos de Roma. XLI.

Turbæ. Habiendo baxado á sus casas la multitud de ancianos.

Curules. Véase el Indice.

Morerentur. Para morir con las insignias de su antigua fortuna, &c. los que habian sido Curules.

Quæ augustissima. Que es un vestido magnífico del que usaban los que llevaban los carros triunfales de los Dioses, ó los que triunfaban.

Eburneis. Sillas de marfil.

Devovisse eos. Diciendo antes un hymno, los ofreció en sacrificio á sus Dioses, para que se entregasen á la muerte por defensa, &c. ochenta fueron los que murieron asi.

Ancipiti. En arriesgada batalla.

Dilapsi. Se esparcieron al saqueo.

Pars. sup. *Gallorum.*

Pars ultima. Parte de ellos á los bárbaros mas apartados.

Conglobati. Amontonados.

Plebis. Estando cerradas las casas de la plebe, y abiertas las de los principales, mas se detenian en acometer las abiertas, &c.

760951 A

tentibus atriis principum, maior prope cunctatio tenebat aperta, quam clausa invadendi; adeo haud secus quam venerabundi intuebantur in ædium vestibulis sedentes viros, præter ornatum, habitumque humano augustiorem, maiestate etiam, quam vultus, gravitasque oris præ se ferebat simillimos Diis. Ad eos velut simulacra versi quum starent, M. Papirius unus ex his dicitur Gallo barbam suam, ut tum omnibus promissa erat, permulcenti, scipione eburneo in caput incusso iram movisse: atque ab eo initium cœdis ortum, ceteros in sedibus suis trucidatos. Post principum cœdem nulli deinde mortalium parci, diripi tecta; exhaustis iniici ignes.

XLII. Ceterum, seu non omnis delendæ urbis libido erat, seu ita placuerat principibus Gallorum, & ostentari quædam incendia terroris causâ, si compelli ad deditionem caritate senium suarum obsessi possent, & non omnia concremari tecta, ut quodcumque superesset urbis, id pignus ad flectendos hostium animos haberent, nequaquam perinde, atque in capta urbe, prima die, aut passim, aut late vagatus est ignis. Romani ex arce plenam hostium urbem cernentes, vagosque per vias omnes cursus, quum aliâ, atque aliâ parte nova aliqua clades oriretur, non mentibus solum concipere, sed ne auribus quidem, atque oculis satis constare poterant. Quocumque clamor hostium, mulierum, puerorumque ploratus, sonitus flammæ, & fragor ruentium tectorum avertisset, paventes ad omnia animos, oraque & oculos flectebant, velut ad spectaculum à fortuna positi occidentis patriæ, nec ullius rerum suarum relicti præ-

In ædium. En los zaguanes de las casas principales.
Humano augustiore. Mas que humano.
Præ se. Representaban.
Ut tum. Segun que entonces todos la usaban larga.
Scipione. Con el baston de marfil, dió en la cabeza á un Frances que le palpaba la barba.
Diripi. Se empezó el saqueo de las casas.

XLII.

Libido erat. Gusto, ó voluntad.
Ostentari. Y hacer algunos incendios á la vista.
Caritate. Por el amor de sus casas.
Id pignus. Pudiesen tener esta alhaja con que ablandar el animo, &c.
Vagosque. Y las carreras vagas, que hacian por todas las calles los Franceses.
Non mentibus. No solo no podian concebir, pero ni ver, ni oir con distincion tanto estrago.
Avertisset. Les llevaba la atencion.
Velut ad. Como puestos para testigos de la ruina.
Nec ullius. Y que no habian sido dejados para defender cosa alguna de las suyas, á excepcion, &c.

præterquam corporum, vindices; tanto ante alios miserandi magis, qui unquam obsessi sunt, quod interclusi à patria obsidebantur; omnia sua cernentes in hostium potestate. Nec tranquillior nox diem tam fœde actum excepit: lux deinde noctem inquietam insecuta est: nec ullum erat tempus, quod à novæ semper cladis alicuius spectaculo cessaret. Nihil tamen tot onerati atque obruti malis flexerunt animos, quin, etsi omnia flammis, ac ruinis æquata vidissent, quamvis inopem, parvamque, quem tenebant, collem, libertati relictum, virtute defenderent; & iam quum eadem quotidie acciderent, velut assueti malis, abalienaverant ab sensu rerum suarum animos; arma tantum, ferrumque in dextris, velut solas reliquias spei suæ intuentes.

XLIII. Galli quoque per aliquod dies in tecta modo urbis nequicquam bello gesto, quum inter incendia ac ruinas ceptæ urbis nihil superesse, præter armatos hostes, viderent, nequicquam tot cladibus territos, nec flexuros ad deditionem animos, ni vis adhiberetur; experiri ultima & impetum facere in arcem statuunt. Prima luce signo dato, multitudo omnis in foro instruitur. Inde clamore sublato, ac testudine facta subeunt. Adversus quos Romani nihil temere, nec trepide, ad omnis aditus stationibus firmatis quâ signa ferri videbant eâ robore virorum opposito scandere hostem sinunt: quo successerit magis in arduum, eo pelli posse per proclive facilius rati. Medio fere clivo restitere, atque inde ex loco superiore, qui prope sua sponte in hostem inferebat, impetu facto, strage, ac ruina fudere Gallos, ut nunquam postea, nec pars, nec universi tenta-

Quod interclusi. Porque se les cercaba, privados de su patria.
Æquata. Asoladas, arruinadas.
Libertati. Dejado para defender la libertad.
Abalienaverant. Se hicieron sus animos insensibles á las desgracias, &c.

XLIII.

In tecta modo. Hecha una guerra vana contra las paredes de la que poco antes fue ciudad.
In arcem. El alcazar puesto en el Capitolio.
Instruitur. Se ordena la gente Francesa.
Facta. Formados en gálapago.
Firmatis. Puestas las escoltas, ó centinelas.
Eâ robore. Concurriendo alli la mayor fuerza.
Successerit. Y que quanto mas alto subiesen los Franceses.
Fere clivo. A la mitad del monte Capitolino se pararon los Franceses.
Qui prope. Que ya por su naturaleza se dexaba caer contra el enemigo.

taverint tale pugnæ genus. Omissa itaque spe per vim, atque arma subeundi, obsidionem parant. Cuius ad id tempus immemores, & quod in urbe fuerat frumentum, incendiis urbis absumserant, & ex agris per ipsos dies ratum omne Veios erat. Igitur exercitu diviso, partim per finitimos populos prædari placuit, partim obsidere arcem; ut obsidentibus frumentum populatores agrorum præberent.

XLIV. Proficiscentes Gallos ab urbe, ad Romanam experiendam virtutem, fortuna ipsa Ardeam, ubi Camillus exsulabat, duxit: qui mœstior ibi fortunâ publicâ, quam sua, quum diis, hominibusque accusandis senesceret, indignando, mirandoque, ubi illi viri essent, qui secum Veios, Faleriosque cepissent, qui alia bella fortius semper, quam felicius gessissent: repente audit Gallorum exercitum adventare, atque de eo pavidos Ardeates consultare. Nec secus quam divino spiritu tactus, quum se in mediam concionem intulisset, abstinere suetus ante talibus conciliis: Ardeates, »inquit, veteres amici, novi etiam cives mei, quando & »vestrum beneficium ita tulit, & fortuna hoc agit mea, »nemo vestrum conditionis meæ oblitum me huc proces»sisse putet; sed res, ac periculum commune cogit, »quod quisque possit in re trepidâ præsidii, in medium »conferre. Et quando ego vobis pro tantis vestris in »me meritis gratiam referam, si nunc cessavero? Aut »ubi usus erit mei vobis, si in bello non fuerit? Hac »arte in patria steti: & invictus bello, in pace ab in»gratis civibus pulsus sum. Vobis autem, Ardeates, »fortuna oblata est, & pro tantis pristinis populi Ro»ma-

Subeundi. De dar el asalto.
Cuius. De lo que olvidados hasta entonces.
Veios erat. Todo se habia llevado á Veyos.
Populatores. Los que fuesen al pillage de los campos.

XLIV.

Duxit. Los llevó la misma fortuna á Ardea para, &c.
Quum diis. Consumiéndose en quejas contra los Dioses, y hombres.
Abstinere suetus. Habiendo acostumbrado hasta entonces á no mezclarse en tales juntas.
Novi etiam. Los llama nuevos porque él era Romano, que estaba alli desterrado.
Processisse. Juzgue que he venido aquí
Quod quisque. El que cada uno ofrezca el socorro que pueda en un lance desesperado.
Aut ubi. Quando os podré aprovechar, &c.

»mani beneficiis, quanta ipsi meministis, nec enim expro»branda apud memores sunt, gratiæ referendæ; & huic uni »decus ingens belli ex hoste communi pariendi. Quæ effu»so agmine adventat, gens est, cui natura corpora, ani»mosque magna magis, quam firma dederit; eo in certa»men omne plus terroris, quam virium ferunt. Argumen»to sit clades Romana. Patentem capere urbem. Ex arce »Capitolioque his exiguâ resistitur manu. Iam obsidioni »tædio victi abscedunt, vagique per agros palantur. Cibo, »vinoque raptim hausto repleti, ubi nox appetit, prope ri»vos aquarum, sine munimento, sine stationibus, ac cu»stodiis passim ferarum ritu sternuntur: nunc ab secun»dis rebus magis etiam solito incauti. Si vobis in animo est, »tueri mœnia vestra, nec pati hæc omnia Galliam fieri: »prima vigilia capite arma frequentes. Me sequimini ad »cædem, non ad pugnam. Nisi victos somno, veluti pecu»dès trucidandos tradidero; non recuso eundem Ardeæ »rerum mearum exitum, quem Romæ habuit."

XLV. Æquis, iniquisque persuasum erat, tantum bello virum neminem usquam ea tempestate esse. Concione dimissa, corpora curant, intenti quam mox signum daretur. Quo dato, primæ noctis silentio ad portas Camillo præsto fuere. Egressi haud procul urbe, sicuti prædictum erat, castra Gallorum intuta, neglectaque ab omni parte nacti, clamore invadunt. Nusquam prælium, omnibus locis cædes est: nuda corpora, & solutâ somno trucidantur. Extremos tamen pavor cubilibus suis

Nec enim. Ni se han de echar en cara á los que bien se acuerdan.
Pariendi. Y á esta Ciudad de Ardea el adquirirse la honra grande de hacer guerra al enemigo comun.
Natura corpora. A quienes la naturaleza dió mayores cuerpos, y animos que constancia, ó fortaleza.
Eo in certamen. Y así para qualquier batalla, &c.
His. A estos Franceses hace resistencia la poca gente del Capitolio.
Palantur. Andan dispersos.
Sine munimento. Sin trinchera alguna.
Ritu. A manera de fieras.
Nunc ab. Y ahora mas inseutos que lo que suelen, porque les salieron bien sus cosas.
Frecuentes. Concurriendo todos.
Veluti pecudes. Como bestias.

XLV.

Iniquisque. Amigos, y enemigos estaban persuadidos.
Corpora. Se armau.
Intuta. Sin defensa.
Prælium. La batalla es quando hay resistencia, en donde no, será, ó carniceria, ó matanza.

suis excitos, quæ aut unde vis esset, ignaros, in fugam & quosdam in hostem ipsum improvidos tulit: magna pars in agrum Antiatem delati, incursione ab oppidanis in palatos facta, circumveniuntur.

XLVI. Romæ interim plerumque obsidio segnis, & utrimque silentium esse; ad id tantum intentis Gallis, ne quis hostium evadere inter stationes posset: quum repente iuvenis Romanus admiratione in se cives, hostesque convertit. Sacrificium erat statum in Quirinali colle genti Fabiæ. Ad id faciendum C. Fabius Dorso, Gabino cinctu sacra manibus gerens, quum de Capitolio descendisset, per medias hostium stationes egressus, nihil ad vocem cuiusquam terroremve motus, in Quirinalem collem pervenit: ibique omnibus solemniter peractis, eâdem revertens, similiter constanti vultu, graduque, satis sperans propitios esse Deos, quorum cultum ne mortis quidem metu prohibitus deseruisset, in Capitolium ad suos rediit: seu attonitis Gallis miraculo audaciæ, seu religione etiam motis, cuius haud quaquam negligens est gens. Veiis interim non animi tantum in dies, sed etiam vires crescebant: nec Romanis solum eo convenientibus ex agris, qui aut prælio adverso, aut clade captæ urbis palati fuerant, sed etiam ex Latio voluntariis confluentibus, ut in parte prædæ essent: maturum iam videbatur, repeti patriam, eripique ex hostium manibus: sed corpori valido caput deerat. Locus ipse admonebat Camilli, & magna pars militum erat, qui ductu, auspicioque eius res prospere gesserant, & Cædi-

Suis excitos. Habiéndoles hecho salir de sus chozas el miedo, el susto.

In palatos. En los esparcidos Franceses.

XLVI.

Obsidio. El cerco prosegia con lentitud.

Sacrificium erat. Tenia obligacion la familia Fabia de hacer un sacrificio; &c.

Gabino cinctu. Ceñido á lo Gabino, que era recogor la toga que no embarazase: llamado asi porque peleando contra los Gabinos, embarazados con la toga los Romanos, las envolvieron entre el brazo izquierdo lo mejor que pudieron.

Egressus. Habiendo pasado por medio de las Guardias del campo enemigo.

Deseruisse. No habia desamparado por miedo de la muerte.

Religione. Devocion.

Latio voluntariis. Concurriendo voluntariamente de toda Italia, para tener parte en la presa, que esperaban sacar de la derrota de los Franceses.

Valido caput. Pero faltaba Capitan á tanta gente.

Camilli. Les hacia acordarse, ó les traia á la memoria á Camilo.

ditius negare, se commissurum, cur sibi, aut Deorum, aut hominum quisquam imperium finiret potius, quam ipse memor ordinis sui, posceret imperatorem. Consensu omnium placuit, ab Ardeâ Camillum acciri; sed antea consulto Senatu, qui Romæ esset; adeo regebat omnia pudor, discriminaque rerum prope perditis rebus servabant. Ingenti periculo transeundum per hostium custodias erat. Ad eam rem Pontius Cominius, impiger iuvenis, operam pollicitus, incubans cortici, secundo Tiberi ad urbem refertur. Inde qua proximum fuit à ripa per præruptum, eoque neglectum hostium custodiæ saxum, in Capitolium evadit: &, ad magistratus ductus, mandata exercitus edit. Accepto inde Senatus decreto, ut & comitiis curiatis revocatus de exsilio, iussu populi Camillus dictator extemplo diceretur, militesque haberent imperatorem quem vellent: eâdem degressus, nuncius Veios contendit: missique Ardeam legati ad Camillum, Veios eum perduxere: seu, (quod magis credere libet, non prius profectum ab Ardea, quam comperit legem latam: quod nec iniussu populi mutari finibus possst, nec nisi dictator dictus, auspicia in exercitu habere) lex curiata lata est, dictatorque absens dictus.

XLVII. Dum hæc Veiis agebantur: interim arx Romæ, Capitoliumque in ingenti periculo fuit. Namque Galli, seu vestigio nonato humano, qua nuncius à Veiis pervenerat, seu suâ sponte animadverso ad Carmentis sa-

Et commissurum. Que nunca permitiria.

Qui Romæ. De aquellos Senadores jvenes que se hallaban en el Capitolio.

Servavant. Y conservaban aun el distinguir las potestades, &c.

Operam pollicitus. Habiéndose ofrecido, puesto sobre un tronco por la corriente del rio llegó á Roma.

Præruptum. Por un peñasco escarpado.

Et comitiis. Y como si se le hubiera levantado el destierro con la formalidad de las Juntas curiadas, &c.

Eadem degressus. Habiéndose vuelto Poncio por el mismo camino.

Veios eum. Llevaron á Camilo al lugar de Veyos.

Mutari finibus. Mudar de territorio ó salir de los límites de su destierro.

Nec nisi. Ni tener los auspicios de General, esto es la potestad en el exercito, antes de ser publicado Dictador.

Lex curiata. Por esta ley se daba el mando de la guerra.

Dictus. El exercito le nombró Dictador.

XLVII.

Seu vestigio. O ya hubiesen notado las huellas del Enviado.

Carmentis. Que el peñasco tenia subida facil por la parte de los Carmentos, &c.

saxum ascensu æquo, nocte sublustri, quum primo inermem, qui tentaret viam, præmisissent, tradentes inde arma, ubi quid iniqui esset, alterni innixi, sublevantesque invicem, & trahentes alii alios prout postularet locus, tanto silentio in summum evasere, ut non custodes solum fallerent, sed ne canes quidem, sollicitum animal ad nocturnos strepitus, excitarent. Anseres non fefellere, quibus sacris Iunoni, in summâ inopiâ cibi, tamen abstinebatur: quæ res saluti fuit. Namque clangore eorum, alarumque crepitu excitus M. Manlius, qui triennio ante consul fuerat, vir bello egregius, armis arreptis, simul ad arma, ceteros ciens, vadit: & dum ceteri trepidant, Gallum: qui iam in summo constiterat, umbone ictum deturbat. Cuius casus prolapsi quum proximos sterneret, trepidantes alios, armisque omissis, saxa quibus adhærebant, manibus amplexos trucidat, iamque & alii congregati telis, missilibusque saxis proturbare hostes ruinâque tota prolapsa acies in præceps defferri.

Sedato deinde tumultu, reliquum noctis (quantum in turbatis mentibus poterat, quum præteritum quoque periculum sollicitaret) quieti datum est. Luce ortâ, vocatis classico ad concilium militibus, ad tribunos, quum & recte, & perperam facto, pretium deberetur, Manlius primum ob virtutem laudatur, donatusque, non ab tribunis solum militum, sed consensu etiam militari: cui universi selibras farris, & quartarios vini, ad ædes eius, quæ in arce erant, contulerunt. Rem dictu parvam: ceterum inopia fecerat eam argumentum ingens caritatis, cum se quisque victu suo fraudans, detractum corpori, atque usibus necessariis, ad honorem unius viri con-

Sublustri. Clara.
Ubi quid. En donde habia paso difícil, unos sobre otros.
Anseres, No se ocultó la subida á los gansos. Criaban á estos animales para la defensa del Capitolio, á expensas públicas.
Tamen abstinebatur. Se abstenian los soldados de comer estos animales consagrados.
Excitus. Despertado.
Ciens. Llamando.
Umbone. Con el chuzo del escudo.
Cuius casus. Como la caida de este precipitado fuese derribando á los que subian detras.
Amplexos. Abrazados como estaban de los peñascos.
Ruinaque. Con estrago empezando á resvalar, cayó precipitada toda la Tropa Francesa.
Donatusque. Y premiado.
Selibras. Media libra de farro, y un quartillo de vino.
Rem dictu. Cosa poco digna de contarse, pero &c.

conferret. Tum vigiles eius loci, quâ fefellerat ascendens hostis citati: & quum in omnes more militari se animadversurum, Q. Sulpicius tribunus militum pronunciasset; consentiente clamore militum, in unum vigilem coniicientium culpam, deterritus, à ceteris abstinuit: reum haud dubium eius noxæ, approbantibus cunctis, de saxo deiecit. Inde intentiores utrinque custodiæ esse; & apud Gallos, quia vulgatum erat inter Veios, Romamque nuncios commeare: & apud Romanos, ab nocturni periculi memoria.

XLVIII. Sed ante omnia obsidionis, bellique mala, fames utrinque exercitum urgebat: Gallos pestillentia etiam, quum loco iacente inter tumulos castra habentes: tum ab incendiis torrido, & vaporis pleno, cineremque non pulverem modo ferente, quum quid venti motum esset. Quorum intolerantissima gens, humorique, ac frigori assueta, quum æstu, & angore vexati, vulgatis velut in pecua morbis morerentur; iam pigritiâ singulos sepeliendi, promiscue acervatos cumulos hominum urebant: bustorumque inde Gallicorum nomine insignem locum fecere. Induciæ deinde cum Romanis factæ: & colloquia permissu imperatorum habita: in quibus cum identidem Galli famem obiicerent, eaque necessitate ad deditionem vocarent; dicitur, avertendæ eius opinionis causâ, multis locis panis de Capitolio iactus esse in hostium stationes. Sed iam neque dissimulari, neque ferri ultra fames poterat. Itaque dum dictator delectum per se Ardeæ habet, magistrum equitum L. Valerium à Veiis abducere exercitum iubet, parat, instruitque qui

Conferret. Alargarse.
Citati. Llamaron á juicio á todas las centinelas que guardaban aquel lugar por donde subieron los Franceses.
Coniicientium culpam. Que echaban la culpa á solo un centinela.
Eius noxæ Arrojó desde el peñasco al centinela, reo manifiesto de aquel descuido, ó riesgo.
Esse. sup. *coeperunt.*

XLVIII.

Quum loco. No solo por tener el campo en un sitio lleno de sepulcros.
Et vaporis. Y ventoso.
Humorique. Acostumbrada á la humedad y frio.
Quum æstu. De calor, y las congojas.
Vulgatis velut. Esparcidas como entre rebaños las enfermedades.
Inde Gallicorum. De los sepulcros Franceses.
Inducia. Treguas.
Habita. sup. *sunt.*
Famem obiicerent. Les daban frecuentemente en cara á los Romanos con el hambre.
Stationes. En el campo de los Franceses.
Delectum. Hacia sus reclutas.

quibus aut impar adoriatur hostes: interim Capitolinus exercitus stationibus vigiliisque fessus, superatis tamen humanis omnibus malis quum famem unam natura vinci non sineret: diem de die prospectans, ecquod auxilium ab dictatore appareret, postremo spe quoque iam, non solum cibo deficienti, & quum stationes procederent, prope obruenti bus infirmum corpus armis, vel dedi, vel redimi se, quacumque pactione possem iussit: iactantibus non obscure Gallis, haud magna mercede se adduci posse, ut obsidionem relinquant. Tum senatus habitus, tribunisque militum negotium datum, ut paciscerentur. Inde inter Q. Sulpicium tribunum militum, & Brennum regulum Gallorum colloquio transacta res est, & mille pondo auri pretium populi gentibus mox imperaturi factum. Rei fœdissimæ per se, adicta indignitas est: pondera ab gallis allata iniqua, & tribuno recusante, additus ab insolente Gallo ponderi gladius: auditaque intoleranda Romanis vox: Væ victis esse.

XLIX. Sed Diique, & homines prohibuere redemtos vivere Romanos; nam forte quadam, priusquam infanda merces perficeretur: per altercationem nondum omni auro appenso, dictator intervenit: auferrique aurum de medio, & Gallos submoveri iubet. Quum illi renitentes, pactos dicerent sese; negat eam pactionem ratam esse; quæ postquam ipse dictator creatus esset, iniusu suo ab inferioris iuris magistratu facta esset: denun-

Quibus. Con quienes pueda nada inferior acometer, &c.

Quam famem. Como solo el hambre no se pudiese vencer por no permitirlo la naturaleza humana.

De die. Esperando de dia en dia.

Prope obruentibus. Y cuasi abrumando va las armas los cuerpos debilitados.

Haud magna. Que por poca cantidad se les obligaria á dexar el cerco.

Transacta res. Se ajusto el asunto.

Et mille. Y se apreció el pueblo que despues habia de mandar á todo el mundo en mil libras de oro.

Per se. A este torpe contrato por su naturaleza, se añadió, &c.

Pondera. Pesas falsas.

Ponderi gladius. Añadió al peso su espada.

Væ victis esse. Que ya habia llegado la ultima infelicidad á los vencidos.

XLIX.

Redemtos. Se puede traducir, ó redimidos, ó comprados.

Nam forte. Por buena fortuna, ó cierta casualidad. *Fors.* es lo mismo que fortuna.

Perficeretur. Se acabase de pagar.

Ratam esse. Que no era válido el contrato.

nuntiatque Gallis, ut se ad prælium expediant. Suos in acervum conjicere sarcinas, & arma aptare, ferroque, non auro, recuperare patriam iubet; in conspectu habentes fana Deum, & coniuges, & liberos, & solum patriæ deforme belli malis, & omnia quæ defendi, repetique, & ulcisci fas sit.

Instruit deinde aciem, ut loci natura patiebatur, in semirutæ solo urbis, & natuta inæquali: & omnia, quæ arte belli secunda suis eligi, præpararive poterant, providit. Galli novâ re trepidi arma capiunt, irâque magis quam consilio in Romanos incurrunt. Iam verterat fortuna, iam Deorum opes, humanaque consilia rem Romanam adiuvabant; igitur primo concursu, haud maiore momento fussi Galli sunt, quam ad Alliam vicerant. Iustiore altero deinde prælio, ad octavum lapidem Gabinâ viâ, quo se ex fuga contulerant, eiusdem ductu; auspicioque Camilli vincuntur. Ibi cædes omnia obtinuit; castra capiuntur, & ne nuncius quidem cladis relictus. Dictator recuperatâ ex hostibus patriâ triumphans in urbem redit: interque locos militares, quos inconditos iaciunt, Romulus, ac parens patriæ, conditorque alter urbis, haud vanis laudibus, appellatur. Servatam deinde bello patriam, iterum in pace haud dubie servavit, quum prohibuit migrari Veios, & tribunis rem intentius agentibus post incensam urbem, & per se inclinatâ magis plebe ad id consilium: eaque causa fuit non abdicandæ post triumphum dictaturæ, senatu obsecrante, ne rempublicam in incerto relinqueret statu.

EX

In acervum. Echar en un monton las cargas ó mochilas.
Repetique. Recobrar.
Solo urbis. En el terreno de la medio asolada ciudad.
Inæquali. Montuoso por naturaleza porque Roma estaba sobre siete montes.
Secunda suis. Favorable á los habitadores de Roma.
Verterat. sup. *Se.* Ya se habia vuelto la fortuna.
Opes. El auxilio, el patrocinio de los Dioses.
Haud maiore. No con mas dificultad.
Iustiore altero. En otra batalla mas disputada.
Ductu auspicioque. Por conducta, y direccion.
Nuncius quidem. Ningun Frances que pudiese llevar la noticia.
Quos inconditos. Que hacen con truanerías. Usaban los soldados decir improperios á los que triunfaban, ó burlas.
Alter. Llamaban á Camilo otro Romulo, padre de la patria, y segundo fundador.
Servavit. sup. *Camillus.*
Migrari. Que pasasen á los Veyos.
Ad id consilium. De pasarse á los Veyos.
Abdicandæ. De no renunciar el cargo de Dictador.

EX LIBRO VIGESIMO PRIMO.

EX CAP. I. Bellum maxime memorabile omnium, quæ unquam gesta sint, scripturus sum; quod, Hannibale duce, Carthaginienses cum populo Romano gessere. Nam neque validiores operibus ullæ inter se civitates, gentesque contulerunt arma: neque his ipsis tantum unquam virium, aut roboris fuit, & haud ignotas belli artes inter se, sed expertas primo Punico conserebant bello, & adeo varia belli fortuna, ancepsque Mars fuit, ut propius periculo fuerint, qui vicerunt. Odiis etiam prope maioribus certarunt, quam viribus, Romanis indignantibus, quod victoribus victi ultro inferrent arma: Pœnis quod superbe, avareque crederent imperitatum victis esse. Fama etiam est, Hannibalem annorum ferme novem pueriliter blandientem patri Amilcari, ut duceretur in Hispaniam, quum perfecto Africo bello, exercitum eo traiecturus, sacrificaret, altaribus admotum, tactis sacris, iureiurando adactum, se, quum primum posset, hostem fore Populo Romano.

II. Mors Amilcaris peropportuna, & pueritia Hannibalis distulerunt bellum. Medius Asdrubal inter patrem, & filium ecto ferme annos imperium obtinuit. Barbarus eum quidam, ob iram interfecti ab eo domini, obtruncavit, comprehensusque ab circumstantibus, haud alio, quam si evasisset, vultu, tormentis quoque quum laceraretur, eo fuit habitu oris, ut, superante lætitiâ dolores, ridentis etiam speciem præbuerit. Cum hoc Asdrubale, quia miræ artis in sollicitandis gentibus, imperioque iungendis suo fuerat, fœdus renovaverat populus Romanus, ut finis utrusque imperii esset amnis Iberus, Saguntinisque mediis inter imperia duorum populu-

Cap. I.

His ipsis. Ni estas mismas, Roma, y Cartago.

Haud ignotas. Y practicaban las estratagemas de la guerra, no ignoradas, sino experimentadas ya en la primera guerra Púnica.

Mars fuit. Y dudosa la guerra.

Indignantibus. Llevando muy a mal.

Victi. Los Cartagineses vencidos en la primera guerra Púnica.

Imperitatum. Que se les habia mandado, tratado.

Blandientem. Halagando.

Eo traiecturus. Habiendo de pasar á España su Exercito Africano.

Altaribus admotum. Llevando ante el ara á Hannibal.

Adactum. Se le obligó á jurar.

II.

Domini. El dueño del bárbaro.

Haud aliud. No de otra suerte que si hubiera escapado libre.

Iungendis. Y hacerlas de su imperio.

Amnis Iberus. El Ebro.

Saguntinisque. A los de Sagunto, hoy Morviedro, á quatro leguas de Valencia.

pulorum libertas servaretur.

III. In Asdrubalis locum haud dubia res fuit, quin prærogativam militarem, quâ extemplo iuvenis Hannibal in prætorium delatus, imperatorque ingenii omnium clamore, atque assensu appellatus erat, favor etiam plebis sequeretur. Hunc vix dum puberem Asdrubal litteris ad se arcessierat.

IV. Missus Hannibal in Hispaniam, primo statim adventu omnem exercitum in se convertit. Amilcarem viventem redditum sibi veteres milites credere; eundem vigorem in vultu, vinque in oculis, habitum oris, lineamentaque intueri. Deinde brevi effecit, ut pater in se minimum momentum ad favorem conciliandum esset. Nunquam ingenium idem ad res diversissimas, parendum, atque imperandum, habilius fuit. Itaque haud facile discerneres, utrum imperatori, an exercitui carior esset. Neque Asdrubal alium quemquam præficere malle, ubi quid fortiter, ac strenue agendum esset: neque milites alio duce plus confidere, aut audere. Plurimum audaciæ ad pericula capessenda, plurimum consilii inter ipsa pericula erat. Nullo labore, aut corpus fatigari, aut animus vinci poterat. Caloris, ac frigoris potentia par: cibi, potionisque desiderio naturali, non voluptate, modus finitus; vigiliarum, somnique nec die, nec nocte, discriminata tempora; id quod gerendis rebus superesset, quieti datum. Eâ neque molli strato, neque silentio arcessita. Multi sæpe militari sagulo opertum, humi iacentem intra custodias, stationesque militum conspexeruut. Vestitus nihil inter æquales excellens;

III.

In Asdrubalis. Para suceder á Asdrubal. Se tenia por cierto que el favor de la plebe seguiria á la prerogativa militar: llamábase asi porque los soldados tenian preferencia en el voto.

Vix dum puberem. Apenas tenia bozo, quando por cartas le llamó Asdrubal.

IV

Amilcarem. Creyeron que les habian vuelto á dar á su padre Amilcar, por la semejanza.

Ut pater. Que sirviese poco el concepto que los soldados tenian de su Padre para conciliarse el favor, y estimacion.

Nunquam ingenium. Jamás se vió tal índole para cosas tan diversas como mandar y obedecer.

Plus confidere. Tenian ni mas confianza, ni audacia.

Plurimum consilii. Mucha prudencia en el riesgo.

Patientia par. Igual tolerancia.

Modus finitus. Muy moderada su comida y bebida.

Tempora. Para velar y dormir no habia tiempo señalado de dia y noche.

Molli strato. Ni en cama blanda.

Sagulo. Capoton.

lens arma, atque equi conspiciebantur. Equitum, peditumque inde longe primus erat. Princeps in prælium ibat: ultimus conserto prælio excedebat. Has tantas viri virtutes ingentia vitia æquabant; inhumana crudelitas, perfidia plus quam Punica, nihil veri, nihil sancti, nullus Deum metus, nullum iusiurandum, nulla religio. Cum hâc indole virtutum, atque vitiorum, triennio sub Asdrubale imperatore meruit: nulla re, quæ agenda, videndaque magno futuro duci esset, prætermissa.

V. Ceterum ex quo die dux est declaratus, velut Italia ei provincia decreta, bellumque Romanum mandatum esset, nihil prolatandum ratus; ne se quoque; ut patrem Amilcarem, deinde Asdrubalem, cunctantem casus aliquis opprimeret. Saguntinis inferre bellum statuit. Quibus oppugnandis, quia haud dubie Romana arma movebantur, in Olcadum fines prius (ultra Iberum ea gens, in parte magis, quam in ditione Cartaginiensium erat) induxit exercitum, ut non petiisse Saguntinos, sed rerum serie, finitimis domitis gentibus, jungendoque, tractus ad id bellum videri posset.

VI. Cum Saguntinis bellum nondum erat: ceterum iam belli causa certamina cum finitimis serebantur, maxime Turdetanis. Quibus quum adesset idem, qui litis erat sator, nec tamen ius, sed vim quæri appareret; legati à Saguntinis Romam missi, auxilium ad bellum iam haud dubie imminens orantes. Consules tunc Romæ erant P. Cornelius Scipio, & T. Sempronius Longus: qui,

Atque arma. Sus armas y caballos eran dignos de atencion.
Conserto. Trabada la batalla era el último que salia de ella.
Plus quam. Se reputaba por muy villana la fidelidad de los Africanos.
Nihil veri. Ni verdad, ni cosa sagrada habia para él.
Meruit. Militó.
Futuro duci. Llámale futuro, porque hasta que murió Asdrubal no fue Capitan ó General.

V.

Velut Italiæ. Como si se le hubiera dado á Italia para que él la mandase.
Prolatandum. Que nada se debia detener.
Cunctantem. Gastando dilaciones.
Quia haud. Porque esto era claramente hacer á los Romanos tomar las armas, ó declararles guerra.
In parte. Mas del partido, que bajo el dominio de Hanibal.
Petisse. No haber acometido.
Sed rerum Sino que llevado del orden de las cosas, y aumentando las conquistas.

VI.

Adesse idem. El mismo sembrador de la discordia.
Sed vim quæri. Y se viese que solo buscaba el usar de su fuerza, no de su derecho.

qui, quum, legatis in Senatum introductis, de republicâ retulissent, placuissetque mitti legatos in Hispaniam ad res sociorum inspiciendas, quibus si videretur digna causa, & Hannibali denunciarent, ut ab Saguntinis sociis populi Romani abstineret; & Carthaginem in Africam traiicerent, ac sociorum populi Romani querimonias deferrent; hac legatione decretâ, necdum missâ, omnium spe celerius Saguntum oppugnari allatum est. Tunc relata ex integro res ad senatum. Alii provincias consulibus Hispaniam atque Africam decernentes, terra, marique rem gerendam censebant: alii, totum in Hispaniam Hannibalemque intendebant bellum. Erant, qui non temere movendam rem tantam, expectandosque ex Hispaniâ legatos, censerent. Hæc sententia, quæ tutissima videbatur, vicit: legatique eo maturius missi P. Valerius Flaccus, & Q. Bæbius Tamphilus, Saguntum ad Hannibalem, atque inde Carthaginem, si non absisteretur bello: ad ducem ipsum, in pœnam fœderis rupti, deposcendum.

X. Iterum ab Româ legatus venisse nuntiatum est. Quibus obviam ad mare missi ab Hannibale, qui dicerent, nec tuto eos adituros inter tot tam effrænatarum gentium arma: Nec Hannibali, tanto discrimine rerum, operæ esse legationes audire. Apparebat, non admissos protinus Carthaginem ituros. Litteras igitur: nunciosque ad principes factionis Barcinæ præmittit, ut præpararent suorum animos, ne quid pars altera gratificari pro Roma-

De republica. Hubiesen dado parte del estado de su República.
Denuntiarent. Intimasen á Hanibal.
Abstineret. Que dexase de molestar, &c.
Traiicerent. Y que pasasen á Cartago los legados de Roma.
Celerius. Mas pronto que lo que todos pensaban.
Ex integro. Se dió parte de nuevo al Senado.
Intendebant. Echaban toda la guerra contra Hanibal en España.
Legatos. Los que habia de enviar el Senado.
Saguntum. Primero á Sagunto á verse con Hanibal.
Si non. Y si no queria Hanibal dexar de hacer guerra á los Saguntinos.
Pœnam fœderis. En castigo de haber roto la alianza: esto es, Hanibal.

X.

Missi. Envió Hanibal algunos que &c.
Effrenatarum. Desenfrenadas gentes.
Tanto discrimine. En tanto embarazo de cosas.
Apparebat. Se descubria, que no admitidos, &c.
Barcinæ. Del bando de Barcino, que favorecian en el Senado de Cartago las empresas de Hanibal.
Pars altera. El partido contrario de Hamilcar enemigo de Hanibal, y por lo mismo favorable á los Romanos.

manis posset. Itaque, prætérquam quod admissi, auditique sunt, ea quoque vana, atque irrita legatio fuit.

XI. Responsum inde legatis Romanis est, "Bellum »ortum ab Saguntinis, non ab Hannibale esse. Populum »Romanum iniuste facere, si Saguntinos vetustissimæ Car»thaginiensium societati præponat." Dum Romani tempus terunt, legationibus mittendis; Hannibal, quia fessum militem prælíis, operibusque habebat, paucorum iis dierum quietem dedit; stationibus ad custodiam vinearum, aliorumque operum dispositis. Interim animos eorum nunc irâ in hostes stimulando: nunc spe præmiorum accendit. Ut vero pro concione prædam captæ urbis edixit militum fore, adeo accensi omnes sunt, ut si extemplo signum datum esset, nulla vi resisti videretur posse. Utrimque summâ vi & muniunt, & pugnant: sed interiora tuendo, minorem in dies urbem Saguntini faciunt. Simul crescit inopiâ omnium longa obsidione & minuitur exspectatio externæ opis, quum tam procul Romani, unica spes, circa omnia hostium essent.

XII. Ad ipsam arcem extemplo ductus exercitus, atroxque prælium cum multorum utrinque cæde initum, & pars arcis capta est. Tentata deinde per duos est exigua pacis spes, Alconem Saguntinum, & Alorcum Hispanum. Alcon, insciis Saguntinis, precibus aliquid moturum ratus, quum ad Hannibalem noctu transisset; postquam nihil lacrymæ movebant, conditionesque tristes, ut ab irato victore ferebantur, transfuga ex oratore factus, apud hostem mansit, moriturum affirmans, qui sub conditionibus his de pace ageret. Postulabatur autem red-

XI.

Societati præponat. Si quería mas la amistad de los Saguntinos, que la alianza antigua de Cartago.

Tempus. Pierden el tiempo.

Stationibus. Dispuestos atrincheramientos para guardar las máquinas de guerra.

Pro concione. Perorando en la junta.

Edixit. Publicó que.

Ut si extemplo. Que si al punto se hubiera dado la señal de batalla.

Utrinque. Saguntinos, y Cartagineses.

Interiora. Pero los Saguntinos para defender lo interior de la ciudad la hacian menor, haciendo por dentro otros muros.

Exspectatio. La esperanza de ser socorridos de afuera: de Roma.

Circa omnia. Todos los contornos.

XII.

Movebant. A Hanibal.

Ab irato. Como de un vencedor iracundo.

Ex oratore. De Orador hecho desertor.

Qui sub. El que baxo de tales condiciones hiciese paz.

redderent res Turdetanis: traditoque omni auro, atque argento, egressi urbe cum singulis vestimentis ibi habitarent, ubi Pœnus iussisset. Has pacis leges, abnuente Alcone accepturos Saguntinos; Alorcus, vinci animos, ubi alia vincantur, affirmans, se pacis eius interpretem fore pollicetur. Erat autem tum miles Hannibalis: ceterum publice Saguntinis amicus, atque hospes. Tradito palam telo custodibus hostium, transgressus munimenta, ad prætorem Saguntinum (& ipse ita iubebat) est deductus. Quo cum extemplo concursus omnis generis hominum esset factus, summota cetera multitudine, senatus Alorco datus est.

XIV. Ad eum audiendum, cum circumfusa paulatim multitudine, permistum senatui esset populi concilium; repente primores, secessione factâ (priusquam responsum daretur) argentum, aurumque omne ex publico, privatoque in forum collatum, in ignem ad id raptim factum coniicientes, eodem plerique semetipsi præcipitaverunt. Quum ex eo pavor, ac trepidatio totam urbem pervasisset, alius insuper tumultus ex arce auditur. Turris diu quassata prociderat: perque ruinam eius cohors Pœnorum impetu facto, quum signum imperatori dedisset, hudatam stationibus, custodiisque solitis hostium esse urbem; non cunctandum in tali occasione ratus Hannibal, totis viribus agressus urbem: momento cepit, signo dato, ut omnes puberes interficerentur. Quod imperium crudele, ceterum prope necessarium cognitum ipso eventu est. Cui enim parci potuit ex

Redderent res. Que restituyesen los territorios quitados á los pueblos de los Algarves, y de Andalucia.
Cum singulis. Llevando un solo vestido.
Pœnus. Hanibal.
Alcone. Negando Alcon.
Interpretem. Medianero.
Custodibus. A las centinelas de los Saguntinos.
Munimenta. Trincheras.
Senatus. Se dió audiencia á Alorco en el Senado.

XIV.

Quum circumfusa. Habiendo concurrido poco á poco la plebe, y el congreso estuviese mezclado con el Senado.
Primores. Habiéndose retirado los principales de improviso.
Forum collatum. Amontonaron todos los bienes en la plaza, y los arrojaron en hogueras que se habian hecho para esto precipitadamente.
Raptim. Apresuradamente.
Turris. Cayó, combatida de mucho tiempo.
Perque ruinam. Por la brecha que abrió.
Puberes. Los que tenian bozo, mozos.

ex iis qui, aut inclusi cum coniugibus aut liberis domos super se ipsos concremaverunt, aut armati nullum ante finem pugnæ, quam morientes fecerunt?

XV. Captum oppidum est cum ingenti præda. Quamquam pleraque ab dominis de industria corrupta erant, & in cædibus vix ullum discrimen ætatis ira fecerat, & captivi militum præda fuerant; tamen & ex pretio rerum venditarum aliquantum pecuniæ redactum esse constat, & multam pretiosam supellectilem, vestemque missam Carthaginem.

XVI. Sub idem fere tempus: & legati, qui redierant à Carthagine, Romam retulerunt, omnia hostilia esse, & Saguntí excidium nuntiatum est: tantusque simul mœror Patres, misericordiaque sociorum perentorum indigne, & pudor non lati auxilii, & ira in Carthaginienses, metusque de summa rerum cepit, velut si iam ad portas hostis esset; ut tot uno tempore motibus animi turbati, trepidarent magis, quam consulerent. Latum inde ad populum, "vellent, iuberent, populo Carthaginiensi bellum »indici. Adorati dii, ut feliciter eveniret quod bellum »populus R. iussisset."

XVIII. His ita comparatis, ut omnia iusta ante bellum fierent, legatos maiores natu, Q. Fabium, M. Livium, L. Æmilium, C. Licinium, Q. Bæbium, in Africam mittunt ad percunctandos Carthaginienses, publicone consilio Hannibal Saguntum oppugnasset? & si, id quod facturi videbantur, fatérentur, ac defenderent publico consilio factum, ut indiceretur populo Carthaginiensi bellum. Romani postquam Carthaginem venerunt, quum

Inclusi. O encerrados con mugeres, y hijos.
Nullam ante. No dexaron de pelear hasta la muerte.

XV.

Ætatis ira. La ira del vencedor no hizo distincion de edades en la matanza.
Redactum. Que se juntó algun dinero.

XVI.

Romam retulerunt. Contaron en Roma
Misericordiaque. Compasion.
Et pudor. Y vergüenza de no haberlos socorrido.
De summa rerum. De perder el imperio.
Trepidarent. Mas se atropellaban que consultaban ó provideneiaban.
Latum inde. Se propuso despues al pueblo.
Vellent, iuberent. Que gustasen, y mandasen: fórmula que usaban para publicar alguna guerra.
Adorati. sup. *Sunt.* Sacrificóse, &c.

XVIII.

Ad percunctandos. A preguntar al Senado de Cartago.
Quod facturi Esto es: que dirian que Hanibal destruyó à Sagunto, por mandado del Senado de Cartago.

quum senatus datus esset: & Q. Fabius nihil ultra quam unum, quod mandatum erat, pernunciatus esset; tum sinu ex toga facto, "Hic, inquit, vobis bellum, & pacem portamus, utrum placet sumite." Sub hanc vocem haud minus ferociter, "daret utrum vellet" succlamatum est. Et quum is, iterum sinu effuso, bellum dare dixisset, accipere se omnes responderunt: "& quibus acciperent animis, iisdem se gesturos."

XXVI. Quæ responsio postquam est Romam perlata, P. Cornelius profectus ab urbe, pervenit Masiliam, & ad proximum ostium Rhodani (pluribus enim divisus amnis in mare decurrit) castra locat: vix dum satis credens Hannibalem supperasse Pyrenæos montes: quem ut de Rhodani quoque transitu agitare animadvertit, incertus, quonam ei loco occurreret, necdum satis refectis ab iactione maritima militibus; trecentos interim delectos equites, ducibus Massiliensibus, & auxiliaribus Gallis, ad exploranda omnia, visendosque ex tuto hostes præmittit Hannibal, ceteris metu, aut pretio pacatis, iam in Volscarum pervenerat agrum, gentis validæ. Colunt autem circa utramque ripam Rhodani; sed diffisi citeriore agro arceri Pœnum posse, ut flumen pro munimento haberent, omnibus ferme suis trans Rhodanum traiectis, ulteriorem ripam amnis armis obtinebant. Ceteros accolas fluminis Hannibal, & eorum ipsorum, qui sedes tenuerant, simul pellicit donis ad naves undique contrahendas, fabricandasque: simul & ipsi traiici exercitum, levarique quam primum regionem suam tan-

Quam unum. Sola una cosa de lo que se le babia mandado, esto es, si Hanibal hizo la guerra por decreto del Senado.
Tum. Habiendo recogido la toga, ó plegádola.
Utrum vellet. Lo que quisiese.
Succlamatum. Gritaron todos los Senadores de Cartago.

XXVI.

Ostium. Embocadura.
Pluribus enim. Porque dividido en muchos brazos desemboca, &c.
Vix dum. Apenas pudiendo persuadirse.
Animadvertit. Quando le vió ya, &c.
Ab iactatione. Del trastorno del mar.
Ex tuto. De parte segura.
Colunt. Habitan.
Diffisi citeriore. Desconfiado poderle echar del territorio de esta parte.
Ut flumen. Para tener el rio por defensa.
Ulteriorem ripam. La orilla de la otra parte ocupaba Hanibal, y su gente.
Qui sedes. Que no habian querido dexar sus casas, ni pasar el rio con los Romanos.
Pollicit donis. Atrae con dádivas.
Ipsi traiici. Los mismos, que no querian dexar sus casas, deseaban, &c.
Levarique. Y que se limpiase su provincia.

tanta urgente hominum turba cupiebant. Itaque ingens coacta vis navium est, lintriumque temere ad vicinalem usum paratarum; novasque alias primum Galli inchoantes cavabant ex singulis arboribus: deinde & ipsi milites simul copiâ materiæ, simul facilitate operis inducti, alveos informes (nihil, dummodo innare aquæ, & capere onera possent, curantes) quibus se, suaque transveherent raptim faciebant.

XXVII. Iamque omnibus satis comparatis ad traiiciendum, terrebant ex adverso hostes omnem ripam equites, virique obtinentes: quos ut averteret. Hannonem Bomilcaris filium, vigilia primâ noctis, cum parte copiarum, maxime Hispanis, adverso flumine ire iter unius diei iubet: & ubi primum posset, quam occultissime traiecto amni, circumducere agmen; ut quum opus facto sit, adoriatur ab tergo hostem. Ad id dati duces Galli educunt inde millia quinque & viginti, ferme supra parvæ insulæ circumfusum amnem latiorem ubi dividebatur, eoque minus alto alveo, transitum ostendere. Ibi raptim cæsa materia ratesque fabricatæ, in quibus equi, virique, & alia onera traiicerentur. Hispani, sine ulla molle in utres vestimentis coniectis, ipsi cetris suppositis incubantes, flumen tranavere. Et alius exercitus ratibus iunctis traiectus, castris prope flumen positis, nocturno itinere, atque operis labore fessus, quiete unius diei reficitur; intento duce ad consilium opportune exsequendum. Postero die profecti ex loco, prodito fumo significant se transisse, & haud procul abesse. Quod ubi accepit Annibal, ne tempori deesset, dat signum ad traiciendum. Iam paratas, aptasque habebat pe-

Temere. Precipitadamente para el uso de los vecinos.
Primum Galli. Empezando primero los Franceses.
Copiâ materiæ. Tanto por la abundancia de madera.
Inducti. Llevados.
Informes. Barquichuelos imperfectos.

XXVII.

Ex adverso. De la parte opuesta.
Obtinentes. Ocupando.
Adverso flumine. Contra la corriente del rio.
Ab tergo. Por las espaldas.
Millia. Veinte y cinco millas.
Parvæ insulæ. Esparcido al rededor de una pequeña isla.
Eoque minus. Y por tanto de menos profundo.
Ulla molle. Sin barcas, ni esquifes.
Suppositis. Recostados sobre sus escudos: es notable esta destreza de los españoles.
Ratibus iunctis. Con balsas, ó barcas unidas le pasaron.
Prodito fumo. Habiendo hecho hogueras.

pedes lintres: equites fere propter equos nantes, navium agmen ad excipiendum adversi impetum fluminis parte superiore transmittens, tranquillitatem infra traicientibus lintribus præbebat. Equorum pars magna nantes loris á puppibus trahebantur; præter eos, quos instructos, frenatosque, ut extemplo egresso in ripam equiti usui essent, imposuerant in naves.

XXVIII. Galli occursant in ripam cum variis ululatibus, cantuque moris sui; quatientes scuta super capita, vibrantesque dextrix tela: quamquam & ex adverso terrebat tanta vis navium cum ingenti sono fluminis & clamore vario nautarum, & militum qui nitebantur perrumpere impetum fluminis, & qui ex altera ripa traiicientes suos hortabatur. Iam satis paventes adverso tumultu, terribilior ab tergo adortus clamor, castris ab Hannone captis. Mox & ipse aderat, ancepsque terror circumstabat: & è navibus tanta vis armatorum in terram evadens, & ab tergo improvisa premebat acies. Galli, postquam vim facere conati, ultro pellebantur; qua patere visum maxime iter, perrumpunt trepidique in vicos passim suos diffugiunt. Hannibal ceteris copiis per otium traiectis, spernens iam Gallicos tumultus, castra locat. Elephantorum traiiciendorum varia consilia fuisse credo, certe variata memoria actæ eri. Quidam congregatis ad ripam elephantis, tradunt ferocissimum ex iis irritatum ab rectore suo: quum refugientem in aquam nantem sequeretur, traxisse gregem; ut quemque timentem altitudinem destituerat vadum, impetu ipso fluminis

Pedes. La infantería.
Propter equos. Junto á los caballos.
Adversi. Para detener ó cortar la corriente del rio.
Infra traiicientibus. A los esquifes que pasaban algo mas abajo que donde estaban las naves.
Puppibus. Desde las barcas llevaban las riendas.
Equiti usui. Pueden servir á la caballería.

XXVIII.

Et qui. Y de los que de la otra parte.
Adversos. Del estruendo que tenian por la frente.
Ab Hannone. Annon se apoderó de las trincheras.
Ancepsque. Duplicado.
Pellebantur. A poca costa eran rechazados.
Passim. Que habia muchos.
Varia consilia. Varios pareceres sobre cómo se habian de pasar, &c.
Certe variata. A la verdad este hecho se cuenta de va los modos.
Ab rectore. Habiéndole picado el que lo gobernaba.
Sequeretur. Al que le gobernaba.
Timentem altitudinem. El que temiendo su profundidad habia desamparado el vado, que iba abriendo el primerelefante, la corriente le pasó

minis in alteram ripam rapiente. Ceterum magis constat ratibus traiectos: id ut tutius consilium ante rem foret, ita actare, ad fidem promus est. Ratem unam ducentos longam pedes, quinquaginta latam, à terra in amnem porrexerunt: quam, ne secundâ aquâ deferretur, pluribus validis retinaculis parte superiore ripæ religatam, pontis in modum, humo iniecta constravérunt, ut belluæ audacter velut per solum ingrederentur. Altera ratis æque lata, longa pedes centum, ad traiiciendum flumen apta, huic copulata est, & quum elephanti per stabilem ratem, tamquam viam, prægredientibus feminis, acti, in minorem applicatam transgressi sunt; extemplo resolutis, quibus leviter annexa erat, vinculis, ab actuariis aliquot navibus ad alteram ripam pertrahitur: ita primis expositiis, allii deinde repetiti, ac traiecti sunt. Nihil sane trepidabant, donec continenti velut ponte agerentur. Primus erat pavor, quum soluta à ceteris rate, in altum raperentur. Ibi urgentes inter se, cedentibus extremis ab aqua, trepidationem aliquantum edebant; donec quietem ipse timor circumspicientibus aquam fecisset. Excidêre etiam sævientes quidam in flumen. Sed pondere stabiles, deiectis rectoribus, quærendis pedentim vadis, in terram evasere.

XXIX. Dum elephanti traiiciuntur, interim Hannibal Numidas equites quingentos ad castra Romana miserat speculatum, ubi & quantæ copiæ essent, & quid pararent. Huic alæ equitum missi, ut ante dictum est, ab ostio Rhodani trecenti Romanorum equites occurrunt. Prælium atrocius, quam pro numero pugnantium, editur. Nam præter multa vulnera, cædes etiam prope par-

Ratibus. Con balsas, que son barcas de maderos atravesados.
Ut tutius. Asi como este hubiera sido mejor parecer antes de hacer la cosa; asi despues de hecha es mas facil de creer que asi lo hicieron.
Retinaculis. Maromas.
Constraverunt. Allanaron cubriéndolas de tierra.
Huic. A la primera balsa cubierta de tierra.
Minorem. A la balsa menor que estaba junta.
Ab actuariis. Remeras.
Velut ponte. En un puente como de tierra firme.
Ab ceteris. De la otra balsa.
Urgentes. Apretándose.
Circumspicientibus. Sosegaba á los elefantes mirando el agua.
Excidere. Cayeron.
Sed pondere. Pero no pudiendo derribarlos el agua por su gran peso.
Pedetentim. Con sus pies.

XXIX.

Ab ostio. Desde la embocadura del Rodano.
Cædes etiam. La mortandad fue quasi igual en entrambas partes.

par utrinque fuit: fugaque, & pavor Numidarum Romanis iam admodum fessis, victoriam dedit. Victores ad centum sexaginta, nec omnes Romanis, sed pars Gallorum, victi amplius ducentis ceciderunt. Hoc principium, simulque omnem belli, ut summæ rerum prosperum eventum, ita haud sane incruentam, ancipitisque certaminis victoriam Romanis portendit. Re ita gesta, ad utrumque ducem sui redierunt. Nec Scipioni stare sententia poterat: nisi ut ex consiliis, cœptisque hostis & ipse conatus caperet: & Hannibalem incertum, utrum cœptum in Italiam intenderet iter, an cum eo, qui primus se obtulisset Romanus exercitus, manus consereret; avertit à præsenti certamine, Boiorum legatorum, regulique Magali adventus, qui se duces itinerum, socios periculi fore, affirmantes, integro bello, nusquam ante libratis viribus. Italiam aggrediendam censent. Multitudo timebat quidem hostem: nondum obliterata memoriâ superioris belli: sed magis iter immensum, Alpesque, rem famâ, utique inexpertis, horrendam metuebat.

XXXI. Itaque Hannibal, postquam ipsi sententia stetit pergere, ire, atque italiam petere, advocata concione, varie militum versat animos, castigando, adhortandoque. Et duces, & cunctos milites adhortationibus incitatos corpora curare, atque ad iter se parare iubet. Postero die profectus adversâ ripa Rhodani, mediterranea Galliæ petit: non quia rectior ad Alpes via esset, sed, quantum à mari recessisset, minus obviam fore Romanum credens: cum quo, priusquam in Italiam ventum foret, non erat in animo manus conserere. Quartis castris ad in-

Ceciderunt. Zeugma.
Omen. Presagio de lo que sería la guerra.
Ut summæ. Que al cabo.
Ancipitisque. Arriesgada, ó dudosa.
Nec Scipioni. Ni Scipion podia tomar determinacion fija, solo si dirigir sus intentos por las determinaciones, y empresas del enemigo.
Avertit. Apartó é Hannibal del intentó de dar por entonces la batalla.
Libratis viribus. Probadas, ó igualadas las fuerzas.
Nondum obliterata. No habiéndose aun borrado de la memoria la guerra Púnica primera.
Fama utique. Que solo la sabian por la fama, como que nunca lo habian experimentado.

XXXI.

Sententia. Se determinó.
Castigando. Reprendiendo, y amonestando.
Corpora curare. Armarse.
Mediterranea. La parte de Francia que está hácia el mediodia.
Quartis castris. Al cuarto dia.

insulam pervenit; ibi Arar, Rhodanusque amnes, diversi ex Alpibus decurrentes, agri aliquantulum amplexi confluunt in unum. Mediis campis insulæ nomen inditum. Incolunt prope Allobroges, gens iam inde nulla Gallica gente opibus, aut famâ inferior: tum discors erat. Regni certamine ambigebant fratres. Maior, & qui prius imperitarat, Brancus nomine, minore ab frate, & cetu iuniorum, qui iure minus, viplus poterat, pellebatur. Huius seditionis per opportuna disceptacio quum ad Hannibalem reiecta esset, arbiter regni factus, quod ea senatûs principumque sententia fuerat, imperium maiori restituit. Ob id meritum commeatu, copiâque rerum omnium & vestis est adiutus, quæ infames frigoribus Alpes præparare cogebant. Sedatis certaminibus Allobrogum quum iam Alpes peteret, non recta regione iter instituit; sed ad lævam in Tricastinos flexit: inde per extremam oram Vocontiorum agri tetendit in Tricarios: haud usquam impeditâ viâ, priusquam ad Druentiam flumen pervenit. Is & ipse Alpinus amnis, longe omnium Galliæ fluminum difficillimus transitu est. Nam quum aquæ vim vehat ingentem, non tamen navium patiens est, quia nullis coercitus ripis, pluribus simul, neque iisdem alveis fluens, nova semper vada, novosque gurgites faciens, (& ob eadem peditiquoque incerta via est) ad hæc saxa glareosa volvens, nihil stabile, nec tutum ingredienti præbet; & tum forte imbribus auctus, ingentem transgredientibus tumultum fecit, quum super cetera trepidatione ipsi suâ, atque incertis clamoribus turbarentur.

XXXII. P. Cornelius Consul triduo fere, postquam Hannibal ab ripa Rhodani movit, quadrato agmine ad ca-

Aliquantulum. Despues de haber corrido un poco de terreno.
Iam inde. Ya desde aquel tiempo.
Ambigebant. Estaban en guerra los hermanos.
Minore. Que era arrojado de su hermano menor, y de los demas jovenes.
Quod ea. Porque asi lo habia declarado el Senado, y los principales de los Alobroges.
Infames. Crueles Alpes.
Haud usquam. En ninguna parte se le impidió su marcha.
Is. El rio Druencia.
Quia nullis. Porque no estando ceñido de ningunas márgenes.
Pluribus simul. Con muchas corrientes, y no de igual profundidad.
Gurgites. Rebalsos y profundidades.
Ad hæc. sup. *Accedit.*
Glareosa. Llevando mucho guijarro; otros leen *glomerosa*, otros *globulosa.*

castra hostium venerat; nullam dimicandi moram facturus. Ceterum, ubi deserta munimenta, nec facile se tantum prægressos assecuturum videt, ad mare, ac naves rediit: tutius, faciliusque ita descendenti ab Alpibus Hannibali occursurus. Ne tamen nuda auxiliis Romanis Hispania esset, quam provinciam sortitus erat, Cn. Scipionem fratrem cum maxima parte copiarum adversus Asdrubalem misit: non ad tutandos tantummodo veteres socios, conciliandosque novos, sed etiam ad pellendum Hispaniâ Asdrubalem. Ipse cum admodum exiguis copiis Genuam repetit, eo, qui circa Padum erat, exercitu Italiam defensurus. Hannibal ab Druentia campestri maxime itinere cum bona pace ad Alpes incolentium ea loca Gallorum, pervenit. Tum quamquam famâ prius (quâ incerta in maius vero ferri solent) præcepta res erat; tamen ex propinquo visa montium altitudo, nivesque cælo prope immistæ tecta informia posita rupibus, pecora, iumentaque torrida frigore, homines intonsi, & inculti, animalia, inanimaque omnia regemia gelu, cetera visu, quam dictu fœdiora, terrorem renovarunt. Erigentibus in primos agmen clivos apparuerunt imminentes tumulos insidentes montani, qui si valles occultiores insedissent, coorti in pugnam repente, ingentem fugam, stragemque dedissent. Hannibal consistere signa iubet: Gallisque ad visenda loca præmissis, postquam comperit transitum ei non esse, castra inter confragosa omnia, præruptaque, quam extensissimâ potest valle, locat. Tum per eosdem Gallos, haud

XXXII.

Munimenta. Desamparadas las trincheras.

Prægressos. Yendo tan adelantados.

Provinciam. Cuyo gobierno le tocó á Escipion por suerte.

Genuam. Génova.

Padum. Al rededor del Pó, rio de Italia.

Exercitu Que habia traido el Pretor Atilo para socorrer á Manlio.

Gallorum. De los Franceses, que habitaban, &c.

Qua incerta. Laque suele aumentar las cosas inciertas mas de lo que son.

Res erat. Se habia sabido antes por la fama.

Torrida. Consumidas del frio.

Gelu. Yerto todo por el hielo.

Visu. Lo demas mas horrible á la vista, que para contarlo.

Erigentibus. Descubrieron los que conducian el exército á los primeros collados de los Montaraces que ocupaban.

Signa iubet. Mandó pasar las vanderas que iban delante.

Confragosa. Entre fragosidades, y escarpados.

haud sane multum lingua, moribusque abhorrentes, quum se immiscuissent colloquiis montanorum, edoctus interdiu tantum obsideri saltum, nocte in sua quemque dilabi tecta, luce prima subiit tumulos, ut ex aperto, atque interdiu viam per angustias facturus. Die deinde, simulando aliud, quam quod parabatur, consumto, quum eodem, quo constiterant loco, castra communisset, ubi primum degressos tumulis montanos, laxatasque sensit custodias pluribus ignibus, quam pro numero manentium, in speciem factis, impedimentisque cum equite relictis, & maxima parte peditum, ipse cum expeditis, acerrimo quoque viro, raptim angustias evadit: iisque ipsis tumulis, quod hostes tenuerant, consedit.

XXXIII. Primâ deinde luce castra mota, & agmen reliquum incedere cœpit. Iam montani, signo dato ex castellis, ad stationem solitam conveniebant: quum repente conspiciunt alios, arce occupatâ suâ, super caput imminentes, alios via transire hostes. Utraque simul obiecta res oculis, animique immobiles parumper eos defixit. Deinde ut trepidationem in angustiis, suoque ipsum tumultu misceri agmen videre, equis maxime consternatis, quidquid adiecissent ipsi terroris, satis ad perniciem fore rati, perversis rupibus, iuxta invia, ac devia assueti discurrunt. Tum vero simul ab hostibus, simul ab iniquitate locorum Poeni oppugnabantur, plusque inter ipsos, (sibi quoque tendente, ut periculo prius evaderet) quam cum hostibus certaminis erat. Equi maxime infestum agmen faciebant, qui & clamoribus dissonis, quos

Haud sane. No muy diferentes en trage, y lengua de los Montaraces.
Tantum. Que solo de dia guardaban el monte.
Subiit. Subió á los collados al amanecer.
Quum eodem. Habiendo puesto sus trincheras en el mismo lugar hasta donde habian llegado.
Laxatasque. Dormidas, ó rendidas.
Pro numero. Mas hogueras que lo que necesitaban los que quedaban.
Acerrimo. Y mas valerosos soldados.

XXXIII.

Super. Puestos sobre su cabeza.
Trepidationem. Atropellamiento del exército de Hanibal.
Adiecissent. Que cualquier miedo que añadiesen ellos.
Perversis rupibus. Trastornando peñascos, corren por descaminos, y fuera de camino, &c.
Sibi quoque. Procurando cada uno abrirse camino para, &c.
Infestum. Dañaban al exército los caballos.

quos nemora etiam, repercussæque valles augebant, territi trepidabant: & icti forte, aut vulnerati adeo consternabantur, ut stragem ingentem simul hominum, ac sarcinarum omnis generis facerent: multosque turba, quum præcipites, deruptæque utrinque angustiæ essent, in immensum altitudinis deiecit, quosdam & armatos. Inde ruinæ maximæ modo, iumenta cum oneribus devolvebantur. Quæ quanquam fœda visu erant, stetit parumper tamen Hannibal, ac suos continuit, ne tumultum, ac trepidationem augeret. Deinde postquam interrumpi agmen vidit, periculumque esse, ne exutum impedimentis exercitum nequicquam incolumem traduxisset, decurrit ex superiore loco: & quum impetu ipso fudisset hostem, suis quoque tumultum auxit. Sed is tumultus momento temporis, postquam liberata itinera fugâ montanorum erant, sedatur: nec per otium modo, sed prope silentio mox omnes traducti. Castellum inde, quod caput eius regionis erat, viculosque circumiectos capit, & captivorum pecoribus per triduum exercitum aluit. Et quia nec montanis primo perculsis, nec loco magnopere impediebantur, aliquantum eo triduo viæ confecit.

XXXIV. Perventum inde ad frequentem cultoribus alium, ut inter montana, populum. Ibi non bello aperto, sed suis artibus, fraude, deinde insidiis, est prope circumventus. Magno natu principes castellorum oratores ad Pœnum veniunt: "alienis malis, utili exemplo »doctos, memorantes, amicitiam malle, quam vim ex»periri Pœnorum. Itaque obedienter imperata facturos: »commeatum, itinerisque duces, & ad fidem promisso»rum obsides acciperet." Hannibal nec temere credendo,

Repercussæque. Que el eco de bosques, y valles aumentaba.
Multesque. El tropel de hombres, cargas, y caballos.
Iumenta. Caian dando vueltas con cargas las caballerías.
Impedimentis. Despojado del equipage.
Decurrit. Bajó corriendo.
Fuga. Con la huida de los Montaraces.
Per otium. No solo con sosiego, sino casi sin oirse una palabra.
Pecoribus. Con los ganados de los Montaraces vencidos.
Aliquantum. Camino un poco en aquellos tres dias.

XXXIV.

Frequentem. Poblado de habitadores.
Suis artibus. Con sus mismos ardides.
Et ad fidem. Y para la seguridad de sus promesas, le ofrecian rehenes.

do, nec asperando, ne repudiati aperte hostes fierent, benigne quum respondisset, obsidibus, quos dabant, acceptis, & commeatu, quem in viam ipsi detulerant, usus, nequaquam, ut inter pecatos, incomposito agmine duces eorum sequitur. Primum agmen elephanti, & equites erant: ipse post cum robore peditum circunspectans sollicitus omnia, incedebat. Ubi in angustiorem viam ex parte alterâ subiectam rupi insuper imminenti, ventum est; undique ex insidiis barbari à fronte & à tergo coorti, cominus eminus petunt: saxa ingentia in agmen devolvunt: maxima ab tergo vis hominum urgebat. In eos versa peditum acies, haud dubium fecit, quin nisi firmata extrema agminis fuissent, ingens in eo saltu accipienda clades fuerit. Tunc quoque ad extremum periculi ac prope perniciem ventum est. Nam, dum cunctatur Hannibal agmen dimittere in angustias, quia non ut ipse equitibus præsidio erat, ita peditibus quicquam ab tergo auxilii reliquerat; occursantes per obliqua montani, perrupto medio agmine, viam insedere: noxque una Hannibali sine equitibus, atque impedimentis acta est.

XXXV. Postero die iam segnius intercursantibus barbaris, iuncta copiæ, saltusque haud sine clade (maiore tamen iumentorum, quam hominum pernicie) superatus. Inde montani, paueiores iam, & latrocinii magis quam belli more concursabant, modo in primum, modo in novissimum agmen, utcumque aut locus opportunitatem daret, aut progressi, morative aliquam occasionem fecissent. Elephanti sicut præcipites per arctas vias

Nequaquam. Pero no como se suele hacer entre los que tienen paz, porque siempre Hanibal se recelaba.
Incomposito. Desordenado el exercito, o dividido.
Subiectam. Que iba por debajo de un collado, que despuntaba.
Dubium fuit. No dejó duda.
In eo saltu. Que en aquel monte hubiera padecido Hanibal gran matanza.
Cunctatur. Se detiene en enviar.
Per obliqua. Siguiendo los Montaraces por veredas ocultas.
Viam insidere. Ocuparon el camino.
Acta est. Pasó Hanibal una noche, &c.

XXXV.

Iam segnius. Con menos calor.
Superatus. Se venció el collado, no sin, &c.
Latrocinii magis. Mas como salteadores, &c.
Primum. En la vanguardia.
Novissimum. En la retaguardia.
Aut. Siempre segun, &c.
Progressi. O caminando, ó parando los de Hanibal, &c.

vias magnâ mora agebantur, ita tutum ab hostibus, quacumque inciderent, (quia insuetis adeundi propius metus erat) agmen præbebant. Nono die in iugum Alpium perventum est: per invia pleraque, & errores, quos aud ducentium fraus, aut ubi fides iis non esset, temere initæ valles à conjectantibus iter faciebant. Biduum in iugis stativa habita; fessis labore ac pugnando quies data militibus; iumentaque aliquot, quæ prolapsa in rupibus erant sequendo vestigia agminis, in castra pervenere. Fessis tædio tot malorum, nivis etiam casus, occidente iam sidere Vergiliarum, ingentem terrorem adiecit. Per omnia nive oppleta, quum signis prima luce motis, signiter agmen incederet, pigritiaque, & desperatio in omnium vultu emineret, prægressus signa Hannibal, in promontorio quodam, unde longe, ac late prospectus erat, consistere iussis militibus, Italiam ostentat, subiectosque Alpinis montibus Circumpadanos campos: mœniaque eos tum transcendere, non Italiæ modo, sed etiam urbis Romanæ. Cætera plana, procivia fore; uno, aut summum altero prælio, arcem, & caput Italiæ in manu, ac potestate habituros. Procedere inde agmen cœpit; iam nihil, ne hostibus quidem, præter parva furta, per occasionem, tentantibus. Ceterum iter multo, quam in ascensu fuerat (ut pleraque Alpium ab Italia sicut breviora, ita adrectiora sunt) difficilius fuit. Omnis enim ferme via præceps, angusta, lubrica erat: ut neque sustinere se à lapsu possent: nec, si qui paululum titubassent, hærere affixi vestigio suo; aliique super alios & iumenta, & homines occiderent.

Ven-

Quia insuetis. Porque los Montaraces no estaban acostumbrados á pelear de cerca, por tanto tenian miedo de los elefantes.
Agmen præbebant. Los elefantes llevaban seguro el exército.
In iugum. A la cumbre.
Iis non. O quando no dando crédito á las guias.
Temere initæ. Entrándose temerariamente, y por conjeturas en, &c.
Stativa. Quarteles de refresco.
Casus. El haber caido mucha nieve.
Prima luce. Al amanecer levantando el campo.
In omnium. En el semblante de todos se manifestaba.
Prægressus. Habiéndose puesto delante, &c.
Italiam. Les muestra á Italia.
Eos tum. Que entonces pasaban ellos ya no solo, &c.
Per occasionem. Segun se les proporcionaba la ocasion.
Ita adrectiora. Mas empinados.
Lubrica erat. Resvaladizo.
Si qui. Si un poco se resvalaban.
Affixi vestigio. Con dificultad se tenian sobre sus huellas.

XXXVI. Ventum deinde ad multo angustiorem rupem, atque ita rectis saxis, ut ægre expeditus miles tentabundus, manibusque retinens virgulta, ac stirpes circa eminentes, demittere sese posset. Naturâ locus iam ante præceps, recenti lapsu terræ, in pedum mille admodum altitudinem, abruptus erat. Ibi quum velut ad finem viæ equites constitissent, miranti Hannibali, quæ res moraretur agmen, nunciatur, rupem inviam esse: digressus deinde ipse ad locum visendum. Haud dubia res visâ, quin per invia circa, nec trita antea, quamvis longo ambitu, circumduceret agmen. Ea vero via insuperabilis fuit. Nam quum super veterem nivem intacta nova modicæ altitudini esset: molli, nec prælatæ nivi facili pedes ingredientium insistebant. Ut vero tot hominum; iumentorumque incessu dilapsa est, per nudam infra glaciem, fluentemque tabem liquescentis nivis ingrediebantur. Tetra ibi luctatio erat, ut á lubrica glacie non recipiente vestigium, & in prono citius pede se fallente, & seu manibus in assurgendo, seu genu se adiuvissent, ipsis adminiculis prolapsi, si iterum corruissent, nec stirpes circa, radicesve ad quas pede, aut manu quisquam eniti posset, erant. Itaque in levi tantum glacie, tabidaque nive volutabantur. Iumenta secabant interdum, etiam tum infimam ingredientia nivem, & prolapsa ictandis gravius in continendo ungulis, penitus perfringebant: ut pleraque velut pedica capta hærerent in duratâ & alte concretâ glacie.

Tan-

XXXVI.

Rectis saxis. Y tan cortados los peñascos.

Manibusque. Agarrándose de ramas y troncos.

Demittere. Se podia dexar caer.

Lapsu terræ. Por haberse hundido la tierra recientemente.

Abruptus. Estaba cortado á unos mil pies, &c.

Inviam. Intransitable.

Per invia por lo andado, ni trillado antes, de alrededor de la peña.

Ambitu. Rodeo.

Nova modicæ Hubiese poca reciente.

Nec prælatæ. Blanda y poca.

Dilapsa eso. Se deshizo la poca nieve reciente.

Nudam infra. Por el hielo puro que estaba debajo, que formaba lodo de la que se deshacia.

Tetra. Cruel, lamentable.

In prono citius. Y como en pendiente mas facil de resbalar.

Adminiculis. Volviana caer escapándoseles de las manos y rodillas las ramas ó piedras en que estrivaban. A las manos y rodillas llama *adminiculis.*

Tabidaque. Sucia.

Iumenta. Las caballerías rompian al cabo.

Prolapsa. Y cayendo por hacer fuerza con sus pies, &c.

Pedica capta. Como con trabas metidas en el hielo.

Alte. Y muy congelado.

XXXVII. Tandem nequicquam iumentis, atque hominibus fatigatis, castra in iugo posita, ægerrime ad idipsum loco purgato: tantum nivis fodiendum, atque egerendum fuit. Inde ad rupem muniendam, per quam unam via esse poterat, milites ducti, quum cedendum es et saxum, arboribus circa immanibus deiectis, detruncatisque, struem ingentem lignorum faciunt; eamque (quum vis venti apta faciendo igni coorta esset), succendunt, ardentiaque saxa, infuso aceto, putrefaciunt. Ita torridam incendo rupem ferro pandunt, molliuntque anfractibus modicis clivos, ut non iumenta solum, sed elephanti etiam deduci possent. Quatridum circa rupem consumtum, iumentis prope fame absumtis: nuda enim fere ea cumina sunt, & si quid est pabuli, obrunt nives. Inferiora vallis apricos quosdam colles habent, rivosque prope sylvas, etiam humano cultu digniora loca. Ibi iumenta in pabulum missa, & quies muniendo fessis hominibus data triduo. Inde ad planum descensum est, etiam locis mollioribus, & accolarum ingeniis.

XXXVIII. Hoc maxime modo in Italiam perventum est quinto mense à Carthagine Nova, (ut quidam auctores sunt) quintodecimo die Alpibus superatis.

XXXIX. Peropportune ad principia rerum Taurinis, proximæ genti adversus Insubres motum bellum erat. Sed armare exercitum Hannibal, ut parti alteri auxilio esset, (in reficiendo maxime sentientem contracta ante mala) non poterat. Otium etenim ex labore, copia ex inopia, cultus ex illuvie, tabeque squalida-

XXXVII.

Ægerrime. Habiendo limpiado con mucha dificultad, &c.

Tantum nivis. Epiphonema.

Circa. Arrojados grandes árboles que cortaron al rededor del peñasco.

Infuso aceto. La calcinaron echándola vinagre.

Pandunt. La abren con instrumentos de hierro.

Clivos. Suavizan los collados con aberturas medianas.

Quid est. Y si hay algun pasto lo sepultan, &c.

Apricos. Calientes.

Muniendo. Restablecer los soldados cansados.

Accolarum. Y de mas blando natural los moradores.

XXXVIII.

A Carthagine. Desde Cartagena de España.

XXXIX.

Taurinis. Los Piamonteses de Turin.

Maxime. Restableciendo el exército, conocia mas bien los males pasados.

Cultus. La limpieza despues de la porqueria y roña.

da, & prope efferata corpora varie movebant. Ea P. Cornelio consuli causa fuit, quum Pisas navibus venisset, exercitu à Manlio, Atilioque accepto tirone, & in novis ignominiis trepido, ad Padum festinandi, ut cum hoste nondum refecto manum consereret. Sed cum Placentiam Consul venit, iam ex stativis moverat Hannibal: Taurinorumque unam urbem, caput gentis eius, quia volentes in amicitiam non veniebant, vi expugnarat: iunxissetque sibi non metu solum, sed etiam voluntate Gallos accólas Padi; ni eos circumspectantes definitionis tempus subito adventus Consulis oppressisset. Et Hannibal movit ex Taurinis, incertus, quæ pars sequenda esset, Gallos præsentem se secuturos ratus. Iam prope in conspectu erant exercitus, conveneruntque duces, sicut uterque inter se nondum satis noti, ita iam imbutus uterque quadam admiratione alterius. Nam Hannibalis & apud Romanos, iam ante Sagunti excidium, celeberrimum nomen erat: & Scipionem Hannibal eo ipso, quod adversus se dux potissimum lectus esset, præstantem virum credebat. Et auxerant inter se opinionem: Scipio, quod relictus in Gallia, obvius fuerat in Italiam transgresso Hannibali; Hannibal, conatu tam audaci traiiciendarum Alpium, & effectu. Occupaviti tamen Scipio Padum traiicere, & ad Ticinum amnem motis castris, priusquam educeret in aciem, adhortandorum militum causâ orationem exorsus est.

XLII. Sed Hannibal rebus, priusquam verbis, adhortandos milites ratus, circumdato ad spectaculum exercitu, captivos, montanos vinctos in medio statuit, armisque Gallicis ante eorum pedes proiectis, interrogare interpretem iussit, ecquis, si vinculis levaretur, ar-

Squalida. Hacian varios efectos en aquellos cuerpos flacos, y quasi reducidos á naturaleza de fieras.
Tirone. Exercitos de visoños.
Trepido. Y aturdido para nuevas empresas.
Ex stativis. sup. *Castris.*
Unum. Unica, hoy dia se llama Turin.
Subitus adventus. La repentina llegada, &c.
Italiam. Asi los dos se llenaron de admiracion recíproca uno de otro.
Scipio. Scipion aumentó su opinion, porque habiendo sido dejado en Francia, salió al encuentro á Hanibal despues que pasó.
Effectu. Y haberlo logrado.
Ticinum. Rio junto á Pavia, Tesin.
Priusquam. Antes de ordenarlos en batalla. XLII.
Ad spectaculum. Por revista.
Ecquis. Que quien se atreveria á pelear, si le quitaban las prisiones, y le daban armas, y caballos.

armaque, & equum victor acciperet, decertare ferro vellet? Quum ad unum omnes ferrunt pugnamque poscerent, & deiecta in id sors esset, se quisque eum optabat, quem fortuna in id certamen legeret. Ut cuiusque sors exciderat, alacer, inter gratulantes gaudio exultans, cum sui moris tripudiis arma raptim capiebat: ubi vero diiunicarent is habitus animorum non inter eiusdem modo conditionis homines erat, sed etiam inter spectantes vulgo, ut non vincentium magis, quam bene morientium fortuna laudaretur.

XLV. Cum sic aliquot spectatis paribus affectos dimisisset, & adhortationibus quum utrinque ad certamen accensi militum animi essent: certa præmia pronuntiat, in quorum spem pugnarent. Eaque, ut rata scirent fore, agnum lævâ manu, dexterâ silicem retinens, si falleret, Iovem ceterosque precatus Deos, ita se mactarent, quem admodum ipse agnum mactasset; secundum precationem caput pecudis saxo elisit. Tum vero omnes, velut Diis auctoribus, iam in spem suam quisque acceptis, id moræ, quod nondum pugnarent, ad potienda sperata rati, prælium uno animo, & voce unâ poscunt.

XLVI. Apud Romanos, haudquaquam tanta alacritas erat, super cetera recentibus etiam territos prodigiis. Nam & lupus intraverat castra, laniatisque obviis, ipse intactus evaserat, & examen apum in arbore prætorio inminente consederat. Quibus procuratis, Scipio, cum equitatu, iaculatoribusque expeditis profectus ad castra hostium, exque propinquo copias, quantæ, & cuius generis essent, speculandas, obvius fit Hannibali,

&

Ad unum. Todos sin faltar ninguno.
Gaudio exultans. Saltando de placer entre los que le daban el parabien por haberle tocado la suerte de pelear.
Tripudiis. Saltos, cabriolas á su modo.
Is habitus. El animo de estos.
Sed etiam. Sino como regularmente sucede á los que miran la batalla, que estan serenos como se ven libres del riesgo.

XLV.

Spectatis paribus. Con iguales miras.
Ut rata. Para que supiesen que serian seguras las promesas.
Silicem. Un pedernal.
Suam quisque. Habiéndolos tomado cada uno por su única esperanza; esto es á los Dioses.
Rati. El orden es, *rati id moræ datum ad potienda, &c.*
Laniatisque. Mordidos los primeros que encontró.
Imminente. Puestos sobre la tienda del Pretor.
Exque propinquo. Para poder desde cerca registrar, &c.

& ipsi cum equitibus ad exploranda circa loca progresso. Neutri alteros primo cernebant: densior deinde, incessu, tot hominum, equorumque, oriens pulvis signum propinquatium hostium fuit. Constitit utrumque agmen, & prælio sese expediebant. Scipio iaculatores, & Gallos equites in fronte locat: Romanos sociorumque quod roboris fuit, in subsidiis. Hannibal frenatos equites in medium accipit, cornua Numidis firmat.

Vix dum clamore sublato, iaculatores fugerunt inter subsidia ad secundam aciem: inde equitum certamen erat aliquandiu anceps: dein, quia turbabant equos pedites intermisti, multis labentibus ex equis, aut desilientibus, ubi suos premi circumventos, vidissent, iam magna ex parte ad pedes pugna ierat; donec Numidæ, qui in cornibus erant, circumvecti paululum, ab tergo se ostenderunt. Is pavor perculit Romanos, auxitque pavorem consulis vulnus, periculumque intercursu tum primum pubescentis filii propulsatum. Hic erit iuvenis penes quem perfecti huiusce belli latus est; Africanus ob egregiam victoriam de Hannibale Pœnisque appellatus. Fuga tamen effusa iaculatorum maxime fuit, quos primos Numidæ invaserunt. Alius confertus equitatus consulem, in medium acceptum, non armis modo sed etiam corporibus suis protegens, in castra, nusquam trepide, neque effuse cedendo, reduxit. Servati consulis decus Cœnius ad servum natione Ligurem delegat. Malim equidem de filio verum esse, quod & plures tradidere auctores, & fama obtinuit.

XLIX. Hoc primum cum Hannibale prælium fuit. Quum ad Trebiam terrestre constitisset bellum, interim

Et ipsi. Y tambien Escipion se habia adelantado.
Neutri. Ni Hanibal, ni Escipion.
Incessu tot. Por la marcha.
In subsidiis. Para que estuviese de reserva.
Cornua. Los lados.
Inter subsidia. Entre los de reserva á esconderse en la segunda fila.
Anceps. Dudosa.
Premi. Que los oprimian rodeados.
Ad pedes. Peleaban á pie.
Circumvecti. Tomando un poco de vuelta.
Vulnus. El estar herido el Consul.
Intercursu. Le libró del peligro el haber concurrido el hijo, &c.
Perfecti. La conclusion ó fin de esta guerra; Escipion el Africano hijo de P. Cornelio Escipion.
Alius. Otro trozo de caballería.
Effuse. Ni desordenados
Delegat. Atribuye el honor de haber librado, &c.

XLIX.

Terrestre. Por tierra.

fim circa Siciliam, insulasque Italiæ imminentes, & à Sempronio Consule, & ante adventum eius terrâ marique res gestæ. Ipse, compositis Siciliæ rebus, decem navibus oram Italiæ legens, Ariminum pervenit: inde cum exercitu suo profectus ad Trebiam flumen collegæ coniungitur. Iam ambo consules, & quidquid Romanorum virium erat, Hannibali oppositum.

LIV. Erat in medio ribus, prærltis utrinque clausus ripis, & circa obsitus palustribus herbis, &, quibus inculta ferme vestiuntur, virgultis, vepribusque. Quem ubi ab equites quoque tegendos satis latebrosum locum, circumvectus ipse oculis perlustravit: "Hic erit locus, »Magoni frati ait, quem teneas. Dilige centenos viros »ex omni pedite, atque equite, cum quibus ad me vigi»liâ primâ venias. Nunc corpora curare tempus est." Ita prætorium missum. Mox cum delectis Mago aderat. "Ro»bora virorum cerno, inquit Hannibal. Sed ut & nume»ro etiam, non animis modo valeatis, singulis vobis no»venos ex turmis manipulisque vestri similes eligite: Ma»go locum monstravit, quem insideatis: hostem cæcum »ad has belli artes habebitis." Ita mille equitibus Magoni, mille peditibus dimissis, Hannibal primâ luce Numidas equites transgresos Trebiam flumen, obequitare iubet hostium portis, iaculandoque in stationes elicere ad pugnam hostem: inicto deinde certamine, cedendo sensim citra flumen pertrahere. Hæc mandata Numidis. Ceteris ducibus peditum, equitumque præceptum, ut prandere omnes iuberent; armatos deinde, instratisque equis, signum

Imminentes. Puestas sobre la Italia.
Ariminum. Llegó á Rimini ciudad puesta en la playa del mar Adriático.
Trebiam. Rio de la Galia Togada.

LIV.

Prælatis. De madre muy profunda, y los bordes altos.
Palustribus. Junqueras y espadañas.
Quibus inculta. De que estan cubiertos los lugares inciltos, matorrales, y espinos.
Latebrosum. De bastantes guaridas, escondrijos.
Centenos viros. Ciento de cada clase.
Curare. Armar.
Ita prætorium. Los que habian concurrido á la tienda del General los despidieron á las suyas.
Ex turmis. De los ranchos, y esquadras.
Hostium. Que vayan con los caballos hasta, &c.
Elicere. Provocarlos.
Cedendo sensim. Retirándose poco á poco, insensiblemente atrayesen á los Romanos de esta parte del rio.
Instratisque. Ensillados ó aparejados.

gium exspectare. Sempronius, ad tumultum Numidarum primum omnem equitatum, ferox ea parte virium, deinde sex milia peditum, postremo omnes copias ad destinatum locum iam ante consilio, avidus certaminis, eduxit. Erat forte brumæ tempus, & nivales dies in locis Alpibus, Appenninoque interietis, propinquitate etiam fluminum, ac pauludum prægelidis. Ad hoc raptim eductis hominibus, atque equis; non capto ante cibo, non ope ulla ad arcendum frigus adhibita, nihil caloris inerat: & quicquid auræ fluminis appropinquabant, afflabat acrior frigoris vis. Ut vero refugientes Numidas insequentes, aquam ingressi sunt (& erat pectoribus tenus, aucta nocturno imbri), tum utique egressis rigere omnibus corpora, ut vix armorum tenendorum potentia essent: simul ieiuni, procedente iam die, fame etiam deficere.

LV. Hannibalis interim milites ignibus ante tentoria factis, oleoque per manipulos, ut mollirent artus, misso, & cibo per otium capto, ubi transgressos flumen hostes nunciatum est; alacer animis, corporibusque arma capit, atque in aciem procedit. Baleares locat ante signa, levem armaturam, octo ferme millia hominum; dein graviorem armis peditem, quod virium, quod roboris erat. In cornibus circumfudit decem millia equitum, & ab cornibus in utramque partem divisos elephantos statuit. Consul effusos sequentes equites, quum ab resistentibus subito Numidis incauti exciperentur, signo receptui dato, revocatos circumdedit peditibus. Duodevigin-

Ferox. Soberbio por tener mucha caballería.
Brumæ. Invierno.
Interiectis. Á los lugares puestos entre &c.
Nihil caloris No llevaba Sempronio ninguna prevencion de fuego contra el frio
Quidquid. Y cuanto mas se acercaban al viento del rio, mas frio se encontraba.
Insequentes. Los Romanos que los perseguian.
Et erat. Les llegaba el agua á los pechos.
Rigere. Empezaron á temblarles los cuerpos del frio.
Deficere. Por el ambre empezaron á desfallecer.

LV.

Oleoque per. Se ungian con aceite para cobrar mas vigor, y resistir el frio.
Otium. Con sosiego.
Animis. Con cuerpo, y alma; esto es, con gusto.
Baleares. Los Honderos Mallorquines.
Levem armaturam. De armados á la ligera quasi mil.
Quod virium. Todos los mas fuertes, y valerosos.
Circumfudit. Dividió entre los lados.
Effusus. Su caballería, que seguia á los Numidas viéndola derramada.

ginti milia Romani erant, socium, nominisque Latini viginti; auxilia præterea Cenomanorum: ea sola in fide manserat Gallica gens. His copiis concursum est. Prælium á Balearibus ortum est, quibus quum maiore robore legiones obsisterent, deductæ propere in cornua leves armaturæ sunt. Quæ res effecit, ut equitatus Romanus extemplo urgeretur. Nam quum vix iam per se resisterent decem millibus equitum quatuor millia, & fessi, plerisque integris, obruti sunt insuper velut nube iaculorum á Balearibus coniectâ. Ad hoc elephanti eminentes ab extremis cornibus (equis maxime non visu modo, sed odore insolito territis) fugam late faciebant. Pedestris pugna par animis magnis, quam viribus erat, quas recentes Pœnus paulo ante, curatis corporibus, in prælium attulerat; contra ieiuna, fessaque corpora Romanis, & rigentia gelu torpebant. Restitissent tamen animis, si cum pedite solum foret pugnatum. Sed & Baleares, pulso equite, iaculabantur in latera, & elephanti iam in mediam peditum aciem sese tulerant: & Mago Numidæque, simul latebras eorum improvida præterlata acies est, exorti ab tergo, ingentem tumultum, ac terrorem fecere.

LVI. Tamen in tot circumstantibus malis, mansit aliquandiu inmota acies; maxime præter spem omnium adversus elephantos. Eos velites, ad id ipsum locati, verutis coniectis, & avertere, & insecuti aversos, sub caudis, quâ maxime molli cuti vulnera accipiunt, fodiebant. Trepidantesque prope iam in suos consternatos, mediâ acie in extremam, ad sinistrum cornu, adversus Gallos auxiliares agi iussit Hannibal. Extemplo haud

Socium. Veinte mil aliados. Genitivo de plural.
Ea sola. Los Cenomanos.
Leves armaturæ. Prontamente se ordenaron en filas los armados á la ligera. Metonymia.
Milia. Esto es, cuatro mil contra diez mil.
Plerisque. Cansados sin estar heridos.
Velut nube. Con una nube de flechas arrojadas de los Mallorquines.
Eminentes. Que iban sobre los lados.
Insolito. Asustados los caballos, no solo de ver los elefantes, sino tambien de su olor, á que no estaban acostumbrados.
Par animis. Igual mas por el animo, que por las fuerzas.
Curatis corporibus. Porque comieron y se ungieron.
Peditum aciem. De la Infanteria Romana.
Præterlata. Pasó el exército Romano mas allá de las emboscadas de Magon. LVI.
Velites. Los soldados armados á la ligera.
Verutis coniectis. Arrojando dardos á los elefantes.
Trepidantesque. Atropellando los elefantes.
Media acie. Desde el medio del exército los mandó llevar Hanibal, &c.
Haud quidquam. No se detuvieron en huir los Franceses á vista de los elefantes.

haud dubiam facere fugam. Additus quoque novus terror Romanis, ut fusa auxilia sua viderunt. Itaque quum iam in orbem pugnarent, decem milia ferme hominum, quum aliâ evadere nequissent, media Afrorum acie, quæ Gallicis auxiliis firmata erat, cum ingenti cæde hostium perrupêre: & quum neque in castra reditus esset, flumine interclusis, neque præ imbri satis decernere possent, quâ suis opem ferrent, Placentiam recto itinere perrexêre. Plures deinde in omnes partes eruptiones factæ: & qui flumen petiêre, aut gurgitibus absumti sunt, aut inter cunctationem ingrediendi ab hostibus oppressi. Qui passim per agros fugâ sparsi erant, vestigia cedentis sequentes agminis, Placentiam contendere: aliis timor hostium audaciam ingrediendi flumen fecit: transgressique in castra pervenerunt. Imber nive mistus, & intoleranda vis frigoris & homines multos, & iumenta, & elephantos prope omnes absumsit. Finis insequendi hostis Pœnis flumen Trebia fuit; & ita torpentes gelu, in castra rediere, ut vix lætitiam victoriæ sentirent. Itaque nocte insequente, quum præsidium Romanorum castrorum, & quod reliquum ex magna parte militum erat, ratibus Trebiam traiicerent; aut nihil sensêre Pœni obstrepente pluviâ, aut quia iam moveri præ lassitudine nequibant, ac vulneribus, sentire sese dissimularunt: quietisque Pœnis, tacito agmine, ab Scipione consule exercitus Placentiam est perductus; inde Pado traiectus Cremonam, ne duorum exercituum hybernis una colonia premeretur.

LVII. Romam tantus terror ex hâc clade perlatus est, ut iam ad urbem crederent infestis signis hostem venturum; nec quicquam spei, aut auxilii esse, quo portis

Auxilia sua. Los Franceses sus auxiliares.
In orbem. Cercados.
Media. sup. *Ex.*
Gallicis. De los Franceses auxiliares de Hannibal.
Flumine. Embarazándolo el rio.
Qua. Por donde habian de socorrer, &c.
Aut inter. O mientras dudaban si se arrojarian al rio, ó no.
Vestigia. Las huellas del exército que huia.
Gelu. Yertos de frio.
Quod reliquum. Y los que habian quedado, &c.
Pluvia. Por el ruido de la lluvia.
Pado. Pasando por el rio Pó.
Una colonia. Para que Plasencia no llevase sola toda la carga de los cuarteles de invierno.

LVII.

Infestis. Combatiendo á Roma.
Quo portis. Con que defender las puertas, y muros de la fuerza del enemigo.

tis mœnibusque vim arcerent. "Uno consule ad Ticinum »victo, altero ex Sicilia revocato, duobus consulibus, »duobus consularibus exercitibus victis, quos alios du»ces, quas alias legiones esse, quæ arcessantur? "Ita territis Sempronius consul advenit, ingenti periculo per affusos passim ad prædandum hostium equites (audacia magis, quam consilio, aut spe fallendi, resistendive, si non falleret) transgressus. Id quod unum maxime in præsentia desiderabatur, comitiis consularibus habitis, in hyberna rediit. Creati consules Cn. Servilius, & C. Flaminius. Ceterum ne hyberna quidem Romanis quieta erant; vagantibus passim Numidis equitibus, & quâ his impeditiora erant, Celtiberis, Lusitanisque. Omnes igitur clausi undique commeatus erant; nisi quos Pado naves subveherent. Emporium prope Placentiam fuit, & opere magno munitum, & valido firmatum præsidio. Eius castelli oppugnandi spe cum equitibus, ac levi armaturâ profectus Hannibal, quum plurimum in celando incepto ad effectum spei habuisset, nocte adortus, non fefellit vigiles. Tantus repente clamor est sublatus, ut Placentiæ quoque audiretur. Itaque sub lucem cum equitatu consul aderat: iussis quadrato agmine legionibus sequi. Equestre prælium interim commissum: in quo, quia sancius Hannibal pugnâ excessit: pavore hostibus iniecto, defensum egregiæ præsidium est. Paucorum inde dierum quiete sumtâ, & vixdum satis percurato vulnere, ad Victumbias ire pergit oppugnandas. Id emporium à Romanis Gallico bello fuerat munitum. Inde locum frequentaverant accolæ misti undique ex finitimis populis; & tum terror populationum eo plerosque ex agris com-

Ad Ticinum. Junto al rio Tesin.
Quæ arcessantur. Qué otras Legiones les quedaban que buscar? Esto se hablaba en Roma.
Si non. Si no podia engañar al enemigo, ó resistir, si.
Transgressus. Pasó por medio de la Caballeria enemiga, que á cada paso se encontraba esparcida para el saqueo.
In hyberna. Sup. *castra.* Quarteles de invierno.
Quæ his. Y por donde los Numidas no podian, lo hacian los Celtíberos.
Emporium. Un mercado, ó lugar de comercio.
Incepto. En ocultar su empresa.
Non fefellit. No pudo coger descuidadas las centinelas.
Pugna excessit. Salió herido Hanibal de la batalla.
Ire pergit. Va.

compulerat. Huius generis multitudo, famâ impigre defensi ad Placentiam præsidii accensa, armis arreptis, obviam Hannibali procedit. Magis agmine, quam acie in via concurrerunt; & quum ex altera parte nihil, præter inconditam turbam, esse; in altera & dux militi, & duci fidens miles: ad triginta quinque millia hominum à paucis fusa. Postero die deditione facta, præsidium intra mœnia accepere: iussique arma tradere, quum dicto paruissent, signum repente victoribus datur, ut tamquam vi captam urbem diriperent. Neque ulla, quæ in tali re memorabilis scribentibus videri solet, prætermissa clades est: adeo omnis libidinis, crudelitatisque, & inhumanæ superbiæ editum in miseros est exemplum. Hæ fuere hybernæ expeditiones Hannibalis.

LVIII. Haud longis inde temporibus, dum intolerabilia frigora erant, quies militi data est: & ad prima, ac dubia signa veris profectus ex hybernis in Etruriam ducit: eam quoque gentem, sicut Gallos, Liguresque, aut vi aut voluntate adiuncturus. Transeuntem Appenninum adeo atrox odorta tempestas est, ut Alpium fœditatem prope superaverit. Vento mistus imber, quum ferretur in ipsa ora, primo, quia aut arma omittenda erant, aut contra enitentes vortice intorti affligebantur, constitere: dein, quum iam spiritum intercluderet, nec reciprocare animam sineret, aversi à vento parumper considêre. Tum vero ingenti sono cœlum strepere, & inter horrendos fragores micare ignes. Capti auribus, & oculis, metu omnes torpere. Tandem effuso imbre, quum eo magis accensa vis venti esset; ipso illo, quo deprehen-

Compulerat. El miedo del saqueo obligó á los Aldeanos á recogerse á Vitumbias.

Accensa. Encendida con la fama de que la Guarnicion se habia defendido valerosamente en Plasencia.

Magis. Pelearon mas como tropel de gente, que como exército.

Turbam esse. Un tropel descompuesto

Duci fidens. El capitan fiel para el soldado, y este para el Capitan.

Præsidium. Recibieron la guarnicion de Hanibal.

In tali. Que en semejantes saqueos parece á los escritores digna de cuenta se.

Adeo omnis. Tan grande exemplar de liviandad se executó, &c. Epiphonema.

LVIII.

Vere. De la Primavera.

Adiuncturus. Con intencion de atraerse, &c.

Transeuntem. sup. *Hannibalem.*

Ferretur. Dándoles el agua de cara.

Intorti. Trastornándoles los torbellinos.

Intercluderet. Tapando ya la *respiracion.*

Aversi. De espaldas al viento.

Fragores. Truenos.

Capti. Aturdidos de los truenos, y relámpagos.

Torpere. Empezaron á aturdirse.

hensi erant loco, castra ponere necessarium visum est. Id vero laboris velut de integro initum fuit. Nam nec explicare quicquam, nec statuere poterant: nec, quod statutum esset, manebat; omnia perscindente vento, & rapiente: & mox aqua levata vento, quum super gelida montium iuga consecrata esset, tantum nivosæ grandinis deiecit, ut, omnibus omissis, procumberent homines, tegminibus suis magis obruti, quam tecti. Tantaque vis frigoris insecuta est, ut ex illa miserabili hominum iumentorumque strage, quum se quisque attollere, ac levare vellet, diu nequiret; quia torpentibus rigore nervis, vix flectere artus poterant. Deinde ut tandem agitando sese movere, ac recepere animos, & rariis locis ignis fieri est cæptus; ad alienam opem quisque inops tendere. Biduum eo loco, velut obsessi, mansere. Multi homines, multa iumenta, elephanti quoque ex his, qui prælio ad Trebiam facto superfuerant, septem absunti.

LIX. Degressus Appennino retro ad Placentiam castra movit, & ad decem millia progressus consedit. Postero die duodecim millia peditum, quinque equitum adversus hostem duxit. Nec Sempronius consul (iam enim redierat ab Roma) decretavit certamen: atque eo die tria milia passuum inter bina castra fuere. Postero die ingentibus animis, vario eventu pugnatum est.

EX LIBRO VIGESIMO SECUNDO.

CAP. II. Flaminium consulem Arretium pervenisse, fama erat. Hannibal, quum aliud longius, ceterum commodius, ostenderetur iter, propiorem viam per pa-

Initium. Fue como empezar de nuevo.
Necexplicare. Desenvolver las tiendas y plantarlas.
Levata vento. Levantada del viento.
Grandinis. Granizo mezclado con nieve.
Tegminibus. De sus vestidos, y armas mojadas.
Diu nequiret. No podian por mucho tiempo.
Rigere. Entorpecidos los nervios por el frio.
Raris. En muy pocas partes.
Tendere. Los miserables se aplican al socorro de otros.
Velut obsessi. Como encerrados.

LIX.

Ad decem. Y habiendo andado diez millas.
Detrectavit. Rehusó.
Tria millia. Tres millas distaban los campos enemigos.

II.

Arretium. Arezo, ciudad de la Toscana.
Ceterum. Mas largo, pero mas comodo.

paludem petit, quâ fluvius Arnus per eos dies solito magis inundaverat. Hispanos, & Afros, (id omnes veterani erat robur exercitus) admistis ipsorum impedimentis, necubi consistere coactis, necessaria ad usus deessent, primos ire iussit, sequi Gallos, ut id agminis medium esset: novissimos ire equites. Magonem inde cum expeditis Numidis cogere agmen, maxime Gallos, si tædio laboris, longæque viæ (ut est mollis ad talia gens) dilaberentur, aut subsisterent, cohibentem. Primi, quâ modo præirent duces: per præaltas fluvii, ac profundas voragines hausti pene limo immergentesque se, tamen signa sequebantur. Galli, qui neque sustinere se prolapsi, neque assurgere ex voraginibus poterant: aut corpora animis, aut animos spe sustinebant: alii fessa ægra trahentes membra; alii, ubi semel victis tædio animis procubuissent, inter iumenta & ipsa iacentia passim morientes. Maximeque omnium vigiliæ conficiebant, per quatriduum iam & tres noctes toleratæ. Quum omnia obtinentibus aquis, nihil, ubi in sicco fessa sternerent corpora, inveniri posset, cumulatis in aqua sarcinis insuper incumbebant. Iumentorum itinere toto prostratorum passim acervi, tantum, quod exstaret aquâ, quærentibus ad quietem; parvi temporis necessarium cubile dabant. Ipse Hannibal, æger oculis, ex vernâ primum intemperie variante calores frigoraque, elephanto, qui unus super fuerat, quo altius ab aquâ exstaret, vectus; vigiliis tandem, & nocturno humore, palustrique cælo gravante caput; & quia medendi nec locus nec tempus erat, altero oculo capitur.

mul-

Inundaverat. Habia crecido.
Necubi. No fuese que obligados á detenerse en alguna parte, &c.
Id agminis. Este batallon.
Ut est. Segun es floja para esto la gente Francesa.
Modo. Por donde iban los conductores.
Profundas. Metidos en profundas hoyas, &c.
Se prolapsi. Una vez caidos, ni podian levantarse, ni salir de los atolladeros; esto es, los Franceses.
Inter Iumenta. Entre las caballerias caidas, se quedaban muertos.
Maximeque. Sobre todo los consumia el no haber dormido, en &c.
Obtinentibus. Estando todo cubierto de agua.
Cumulatis. Amontonadas las cargas en el agua.
Exstaret. Los montones de animales sobrepujaban al agua.
Verna. Porque la estacion de verano habia sido varia, &c.
Quo altius. Para ir mas alto que el agua.
Nocturno. Con la humedad de las noches, y el temperamento cenagoso.
Altero oculo. Perdió un ojo.

III. Multis hominibus iumentisque fœde amissis, quum tandem de paludibus emersisset; ubi primum in sicco potuit, castra locat: certumque per præmissos exploratores habuit, exercitum Romanum circa Arretii mœnia esse. Consules deinde consilia, atque animum & situm regionum, itineraque, & copias ad commeatus excipiendos, & cetera, quæ cognosse in rem erat, summa omnia cum cura inquirendo, exsequebatur. Regio erat in primis Italiæ fertilis, Etrusci campi, qui Fæsulas inter Arretiumque iacent: frumenti ac pecoris, & omnium copiâ rerum opulenti. Consul ferox ab consulatu priore, & non modo legum, ac Patrum maiestatis, sed ne Deorum quidem satis metuens erat. Hanc insitam ingenio eius temeritatem fortuna prospero civilibus, bellicis rebus successu, aluerat. Itaque satis apparebat, nec Deos, nec homines consulentem, ferociter omnia, ac præpropere acturum. Quoque prônior esset in vitia sua, agitare eum, atque irritare Pœnus parat, & levâ relicto hoste, Fæsulas petens, medio Etruriæ agro prædatum profectus, quantam maximam vastitatem potest cædibus, incendiisque consuli procul ostendit. Flaminius, qui ne quieto quidem hoste, ipse quieturus erat, tum vero posteâquam res sociorum, ante oculos prope suos, ferri, agique vidit, suum id dedectus ratus, per mediam iam Italiam vagari Pœnum, atque, obsistente nullo, ad ipsa Romana mœnia ire oppugnanda, ceteris omnibus in consilio salutaria magis, quam speciosa suadentibus, collegam exspectandum; ut coniunctis exercitibus, communi animo consilioque rem gererent: interim equitatu, auxiliisque le-

III.

Arretii. Al rededor de los muros de Arezzo.

Consulis. De Flaminio.

In primis. Sobre todas las de Italia.

Satis metuens. Porque no habia salido á la guerra con auspicios.

Fortuna. La fortuna habia fomentado esta su natural temeridad con, &c.

Præpopere. Al revés, perturbadamente.

Pœnus. Hanibal se dispone.

Lævo relicto. A la izquierda, dexado el enemigo.

Agro. Al territorio puesto en medio de Etruria.

Ferri. Vió que se destrozaban, y llevaban á mal traer los campos de sus aliados.

Ceteris. Aconsejándole los demas en la junta.

Collegam. A saber, que esperase á el otro Consul su compañero.

levium armorum ab effusa prædandi licentiâ hostem cohibendum: iratus se ex consilio proripuit, signumque simul itineris, pugnæque proposuit. "Quinimo Arretii an»te mœnia sedeamus, inquit, hic enim patria, & pena»tes sunt. Hannibal emissus è manibus perpopuletur Ita»liam, vastandoque, & urendo omnia, ad Romana mœ»nia perveniat; nec ante nos hinc moverimus, quam, si»cut olim Camillum ab Veiis, C. Flaminium ab Arretio »Patres acciverint." Hæc simul increpans, quum ocius signa convelli iuberet, & ipse in equum insiluisset; equus repente corruit, consulemque lapsum super caput effudit. Territis omnibus, qui circa erant, velut fœdo omine incipiendæ rei, insuper nuntiatur, signum omni vi moliente signifero convelli nequire. Conversus ad nuncium: "Num litteras quoque, inquit, ab senatu affers, »quæ me rem gerere vetent? Abi, nuncia, signum effo»diant, si ad convellendum manus præ metu obtorpue»rint." Incedere inde agmen cœpit; primoribus, super quam quod dissenserant à consilio, territis etiam duplici prodigio; milite in vulgus læto ferociâ ducis, quum spem magis ipsam, quam causam spei intueretur.

IV. Hannibal, quod agri est inter Cortonam urbem, Trasimenumque lacum, omni clade belli pervastat: quo magis iram hosti ad vindicandas sociorum iniurias acuat. Et iam pervenerant ad loca insidiis nata, ubi maxime montes Cortonenses Trasimenus subit. Via tantum interest perangusta, velut ad id ipsum de industria relicto spatio: deinde paulò latior patescit campus, in-

Ab effusa. De la escesiva licencia de saquear.
Proripuit. Se fue enfadado de la junta.
Quinimo. Habla con ironía.
Perpopuletur. Arruine, asuele toda la Italia.
C. Flaminium. Llame el Senado á Cayo Flaminio como llamó á Camilo. *Vide supra.*
Ocius. Precipitadamente.
Effudit. Le echó por encima de la cabeza.
Vi molliente. Forcejeando el Alferez.
Convelli nequire. Que no podia arrancar la bandera.
Super quam. Ademas de haber sido de contrario parecer.
Duplici. El haber caido el Consul del caballo, y el no poder arrancar las banderas.
In vulgus. Para el vulgo alegres los soldados por la ferocidad de su Capitan. IV.
Omni clade. Con toda especie de daño.
Acuat. Estimule, aguce.
Insidiis nata. Propios para emboscadas.
Subit. Está muy debaxo el lago Trasimeno.
Ad id ipsum. Para emboscadas.

inde colles assurgunt. Ibi castra in aperto locat, ubi ipse cum Afris modo, Hispanisque consideret. Baleares, ceteramque levem armaturam, post montes circumducit: equites ad ipsas fauces saltus, tumulis apte tegentibus, locat, ut, ubi intrassent Romani, obiecto equitatu, clausa omnia lacu, ac montibus essent. Flaminius cum pridie solis occasu ad lacum pervenisset, inexplorato; postero die, vix dum satis certâ luce angustiis superatis, postquam in patentiorem campum pandi agmen cœpit; id tantum hostium, quod ea adverso erat, aspexit: ab tergo, ac super caput decepêre insidiæ. Pœnus ubi, id quod petierat, clausum lacu ac montibus, & circumfusum suis copiis habuit hostem, signum omnibus dat simul invadendi. Qui ubi, quâ cuique proximum fuit, decurrêre, eo magis Romanis subita, atque improvisa res fuit, quod orta ex lacu nebula, campo, quam montibus densior sederat, agminaque hostium ex pluribus vallibus ipsa inter se satis conspecta, eoque magis pariter decurrerunt Romanus, clamore prius undique orto, quam satis cerneret se circumventum esse, sensit; & ante in frontem, lateraque pugnari cœptum est, quam satis instrueretur acies, aut expediri arma; stringique gladii possent.

V. Consul, perculsis omnibus, ipse satis, ut in trepida re, impavidus turbatos ordines, vertente se quoque ad dissonos clamores, instruit, ut tempus, locusque patitur, & quacumque adire, audirique potest, adhortatur, ac stare, & pugnare iubet. "Nec enim inde votis »aut imploratione Deum, sed vi, ac virtute evadendum »esse. Per medias acies ferro viam fieri: & quo timoris

Ipsas fauces. A la misma entrada del monte.
Apte. Cubriéndolos bien unos montecillos.
Equitatu. Oponiéndoles la caballeria.
Omnia. Quedaba cerrado todo el exército Romano con el lago, &c.
Cum pridie. Un dia antes de ponerse el sol.
Inexplorato, sup. loco. Sin haber registrado el terreno.
Pandi agmen. Empezó á estenderse el exercito.
Quod ex. Quanto habia solo enfrente.
Decepere. Se le escaparon las celadas.
Id quod. Que era lo que buscaba.
Desurrere. Luego que baxaron por donde cada uno estaba mas cerca.
Densior sederat. Que estaba mas densa, ó espesa en el campo que en los montes.
Sensit. Se vió cercado antes que hubiesen empezado todos el grito para acometer.
Expediri. Enristrar las armas, ó sacar las espadas.

V.

Impavidus. Animoso.
Votis. Ni con promesas ó ruegos á los Dioses.

„minus sit, eo minus ferme periculi esse." Ceterum præ strepitu, ac tumultu, nec consilium, nec imperium accipi poterat. Tantumque aberat, ut sua signa, atque ordinem & locum nosceret miles, ut vix ad arma capienda, aptandaque pugnæ competeret animus; opprimerenturque quidam, onerati magis his, quam tecti: & erat in tantâ caligine maior usus aurium, quam oculorum. Ad gemitus vulnerum, ictusque corporum, aut armorum, & mistos strepentium, paventiumque clamores, circumferebant ora, oculosque. Alii fugientes pugnantium globo illati hærebant; alios redeuntes in pugnam, evertebat fugientium agmen. Deinde ubi in omnes partes nequicquam impetus facti, & ab lateribus montes ac lacus, à fronte & ab tergo hostium acies claudebat, apparuitque nullam, nisi in dextra, ferroque salutis spem esse, tum sibi quisque dux adhortatorque captus ad rem gerendam, & nova de integro pugna exorta est: non illa ordinata per principes, hastatosque, ac triarios: nec ut pro signis antesignanus, post signa alia pugnaret acies; nec ut in sua legione miles, aut cohorte, aut manipulo esset. Fors conglobat, & animus suus cuique ante, & post pugnandi ordinem dabat: tantusque fuit ardor armorum, adeo intentus pugnæ animus, ut eum motum terræ (qui multarum urbium Italiæ magnas partes prostravit, averitque cursu rapido amnes, mare fluminibus invexit, montes lapsu ingenti proruit) nemo pugnantium senserit.

Tres

Nec consilium. Ni sus determinaciones, ni mandatos se oian.

Competeret. Que apenas habia ánimo para, &c.

His. sup. *Armis.*

Strepentium. De los que gritaban, y se asustában.

Globo illati. Yendo á parar al monton de los que peleaban, se quedaban atascados.

Avertebat. Los hacian volver atras los que huian.

Nequicquam. Hechas muchas tentativas para huir, todas en vano.

In dextrâ. Sino en el valor, y la espada.

Captus. Hecho cada uno Capitan, y Consejero para sí.

Non illa No ordenada en primera, segunda y tercera fila.

Hastati. Era la Infantería armada con lanzas, que iba en la primera fila.

Principes eran los soldados mas robustos, y de mas pesada armadura, que iban en la segunda fila, en los que consistia la mayor fuerza del Exército. *Triarii* eran los que iban en la tercera fila armados con picas y eran el último recurso en la batalla, de donde provino el proverbio: *res ad triarios redit*, quando la cosa se hallaba en el último apuro.

Pro signis. No iba delante de las banderas el Antesignano.

Manipulo. Esquadra.

Fors conglobat. Se amontonaban por casualidad.

Eum motum. Que aquel terremoto, &c.

Averitque. Hizo volver atras los rios de crecidas corrientes.

Prorait. Derribó.

VI. Tres ferme horas pugnatum est, & ubique atrociter. Circa consulem tamen acrior, infestiorque pugna est. Eum, & robora virorum sequebantur, & ipse quacumque in parte premi, ac laborare sentiebat suos, impigre ferebant opem: insignemque armis, & hostes summâ vi petebant, & tuebantur cives: donec Insuber eques (Ducario nomen erat) facie quoque noscitans: "Consul, en, inquit, hic est, popularibus suis; qui legiones nostras cæcidit, agrosque, & urbem est depopulatus. Iam ego hanc victimam manibus peremtorum fœde civium dabo:" subditisque calcaribus equo, per confertissimam hostium turbam impetum facit: obtruncatoque prius armigero, qui se infesto venienti obviam obiecerat, consulem lanceâ transfixit. Spoliare cupientem, triarii obiectis scutis arcuere. Magnæ partis fuga inde primum cæpit; & iam nec lacus, nec montes obstabant pavori; per omnia arcta, præruptaque veluti cœci evadunt: armaque, & viri super alium alii præcipitantur. Pars magna ubi locus fugæ deest, per prima vada paludis in aquam progressi, quoad capitibus, humerisque exstare possent, sese immergunt. Fuere, quos inconsultus pavor nando etiam capessere fugam impulerit. Quæ ubi immensa, ac sine spe erat, aut deficientibus animis hauriebantur gurgitibus, aut ne quicquam fessi vada retro ægerrime repetebant, atque ibi ab ingressis aquam hostium equitibus passim trucidabantur. Sex millia ferme primi agminis per adversos hostes, eruptione impigre factâ, ignari omnium, quæ post se agerentur, ex saltu evasere. Et quum in tumulto quodam constitissent, clamorem modo, ac sonum armorum audientes: quæ fortuna pugnæ esset, nec scire, nec perspicere præ caligine poterant. Inclinatâ denique re, quum incalescente sole dispulsa nebula aperuisset diem, tum liquidâ iam lu-

VI.

Et hostes. Como el Consul sobresalia por la hermosura de las armas, los enemigos le acometian ferozmente.

Facie quoque. Que conocia al Consul.

Manibus. Enviaré á acompañar las almas de los Ciudadanos que mató ignominiosamente.

Obtruncatoque. Muerto antes el escudero.

Arcuere. Le rechazaron.

Progressi. Metidos.

Inconsultus. El desconsiderado.

Gurgitibus. Se ahogaban en las aguas.

Fessi. O cansándose en vano, con trabajo volvian atras.

Per adversos. Por delante de los enemigos.

Inclinata. Acabándose ya la batalla.

Tum liquida. Habiéndose aclarado el dia.

luce montes, campique perditas res, stratamque ostendere fœde Romanam aciem. Itaque ne in conspectos procul immitteretur eques, sublatis raptim signis, quam citatissimo poterant agmine, sese abripuerunt. Postero die, quum super cetera, extrema fames etiam instaret; fidem dante Maharbale, qui cum omnibus equestribus copiis nocte consecutus erat, si arma tradidissent, abire cum singulis vestimentis passurum, sese dediderunt. Quæ Punicâ religione servata fides ab Hannibale est, atque in vincula omnes coniecit.

VII. Hæc est nobilis ad Trasimenum pugna, atque inter paucas memorata populi Romani clades. Quindecim millia Romanorum in acie cæsa sunt: decem millia sparsa fugâ per omnem Etruriam, diversis itineribus urbem petiere. Mille & quingenti hostium in acie, multi postea utrinque ex vulneribus periêre. Multiplex cædes utrinque facta traditur ab aliis. Ego præterquam quod nihil haustum ex vano velim, quo nimis inclinant ferme scribentium animi, Fabium æqualem temporibus huiusce belli potissimum auctorem habui. Hannibal captivorum, qui Latini nominis essent, sine pretio dimissis, Romanis in vincula datis, segregata ex hostium coacervatorum cumulis corpora suorum, quum sepeliri iussisset, Flaminii quoque corpus, funeris causâ, magnâ cum curâ inquisitum, non invenit. Romæ ad primum nuncium cladis eius, cum ingenti terrore, ac tumultu concursus in forum populi est factus. Matronæ vagæ per vias, quæ repens clades allata, quæve fortuna exercitus esset, obvios percunctatur. Et cum frequentis concionis modo turba in comitium, & curiam versa magistra-

Ostendere. Los montes, y campos, llenos de muertos lo mostraron, &c.
Citatissimo. Con la mayor ligereza que pudiefou.
Nocte. Les habia alcanzado por la noche.
Púnica. Con la falsedad Africana. Adagio.

VII.

Memorata. Nombrada entre pocas semejantes.
Quod nihil. Que no quiera contar nada sin fundamento.
Animi. Las pasiones de los escritores.
Auctorem. Tuve por fiador á Fabio, que vivió en los tiempos de esta guerra.
Suorum. Apartados los cuerpos de los suyos de los montones, &c.
Repens. Por la noticia que se habia traido ocultamente de la matanza, &c.
Obvios. Preguntaban á todos los que encontraban.
Frequentis. Y como muchas veces la turba de la numerosa junta popular, convirtiéndose hacia la junta Centuriada, ó a los Curiales.

stratus vocaret; tandem haud multò ante solis occasum M. Pomponius Prætor: "Pugnâ, inquit, magnâ victi sumus:" & quamquam nihil certius ex eo auditum est; tamen alius ab alio impleti rumoribus domos referunt: "Consulem cum magnâ parte copiarum cæsum: superesse paucos, aut fuga passim per Etruriam sparsos, aut captos ab hoste." Quot casus exercitus victi fuerant, tot in curas dispertiti eorum animi erant, quorum propinqui suo C. Flaminio consule meruerant, ignorantium, quæ cuiusque suorum fortuna esset. Nec quisquam satis certum habet, quid aut speret, aut timeat. Postero, ac deinceps aliquot diebus ad portas maior prope mulierum, quam virorum multitudo stetit, aut suorum aliquem, aut nuncios de his opperiens; circumfundebanturque obviis sciscitantes, neque avelli, utique ab notis, priusquam ordine omnia inquisissent, poterant. Inde varios vultus digredientium ab nunciis cernetes, ut cuique aut læta, aut tristia nunciabantur, gratulantesque, aut consolantes, redeuntibus domos circumfusos. Feminarum præcipue & gaudia insignia erant, & luctus. Unam in ipsâ portâ sospiti filio repente oblatam in conspectu eius exspirasse ferunt; alteram, cui mors filii falso nunciata erat, mœstam sedentem domi, ad primum conspectum redeuntis filii gaudio nimio exanimatam. Senatum prætores per dies aliquot, ab orto usque ad occidentem solem in curia retinent; consultantes, quonam duce, aut quibus copiis, resisti victoribus Pœnis posset.

VIII. Ad remedium iamdiu, neque desideratum, nec adhibitum, dictatorem dicendum civitas confugit; & quia & Consul aberat; à quo uno dici posse videbatur; nec per occupatam armis Punicis Italiam facile erat, aut nuncium, aut litteras mitti; nec dictatorem populus crea-

Alius ab alio. Unos detras de otros llenos de noticias vagas, llenan de ellas las casas.
Quot. Quantos eran los modos con que el exército se decia vencido, en tantos cuidados, &c.
Quorum. Cuyos parientes.
Meruerant. Habian militado.
Postero sup. *Die.*
Opperiens. Esperando.
Circumfundebanturque. Rodeaban á los que venian.
Ut cuique. Segun que á cada uno se le contaban, &c.
Circumfusos. Amontonados alrededor de los que volvian á casa. Acusativo regido de *cerneres.*
Sospiti filio. De ver salvo á su hijo.
VIII.
Dici posse. Se podia nombrar.

creare poterat, quod nunquam ante eam diem factum erat: Prodictatorem populus creavit Q. Fadium Maximum, & magistrum equitum M. Minucium Rufum. Hisque negotium ab Senatu datum, ut muros, turresque urbis firmarent, & præsidia disponerent, quibus locis videretur, pontesque rescinderent fluminum: ad penates pro urbe dimicandum esse, quando Italiam tueri nequissent.

IX. Hannibal recto itinere per Umbriam usque ad Spoletum venit. Inde quum, perpopulato agro, urbem oppugnare adortus esset, cum magna cæde suorum repulsus, coniectans ex unius coloniæ haud nimis prospere tentatæ viribus, quanta moles Romanæ urbis esset, in agrum Picenum avertit iter, non copiâ solum omnis generis frugum abundantem, sed refertum præda, quam effuse avidi, atque agentes rapiebant. Ibi per dies aliquot stativa habita: refectusque miles hybernis itineribus, ac palustri via, prælioque magis ad eventum secundo, quam levi aut facili, affectus. Ubi satis quieti datum, prædâ ac populationibus magis, quam otio, aut requie gaudentibus, profectus, Prætutianum, Hadrianumque agrum, Marsos inde, Marrucinosque, & Pelignos devastat; circaque Arpos, & Luceriam proximam Apuliæ regionem. Cn. Servilius consul, levibus præliis cum Gallis actis, & uno oppido ignobili expugnato, postquam de collegæ exercitusque cæde audivit: iam mœnibus patriæ metuens, ne abesset in discrimine extremo, ad urbem iter intendit. Q. Fabius Maximus dictator iterum, quo die magistratum iniit, vocato senatu, Deos consulendos (censuit,)

Dein-

Prodictatorem. En lugar del Dictador. Vice Dictador.
Et magistrum. Coronel de la caballeria.
Ab senatu. Se les encargó.
Ad penates. En sus mismas casas, hasta perder la vida.

IX.

Perpopulato. Saqueada, ó destrozada toda la campiña.
Coniectas. Conjeturando la grandeza de Roma, por el poderio de una colonia suya, probada con las armas, no con mucha felicidad de Hanibal.
Quanta moles. Quanta seria la potencia de Roma.
Effuse avidi. Derramados los soldados codiciosos de Hanibal, &c.
Ac palustri. Y del pantanoso camino.
Ad eventum. Mas por haber salido victorioso, que porque hubiera sido de poco daño suyo la batalla.
Levibus præliis. Escaramuzas.
In discrimine. En el último riesgo no queria faltar a Roma.

XII. Deinde exercitu consulis accepto à Fulvio Flacco legato, per agrum Sabinum Tiburi, quo die ad conveniendum edixerat novis militibus, venit; inde Præneste, ac transversis limitibus in viam Latinam est regressus, unde itineribus summa cum cura exploratis, ad hostem ducit; nullo loco, nisi quantum necessitas cogeret, fortunæ se commissurus. Quo primum die haud procul Arpis in conspectu hostium posuit castra, nullâ morâ factâ, quin Pœnus educeret in aciem, copiamque pugnandi faceret: sed ubi quieta omnia apud hostes, nec castra ullo tumultu mota videt; increpans quidem victos tandem Martios animos Romanorum, debellatumque, & concessum eis propalam de virtute, ac gloria esse, in castra rediit. Ceterum tacita curâ animum incensus, quod cum duce, haudquaquam Flaminio, Semproniocque simili, futura sibi res esset, ac tum demum edocti malis Romani parem Hannibali ducem quæsissent. Et prudentiam quidem, non vim dictatores extemplo timuit. Constantiam haud dum expertus, agitare ac tentare animum movendo crebro castra, populandoque in oculis eius agros sociorum, cœpit. Et modo citato agmine è conspectu abibat, modo repente in aliquo flexu viæ, sic excipere digressum in æquum posset, occultus subsistebat. Fabius per loca alta agmen ducebat, modico ab hoste intervallo, ut neque omitteret eum, neque congrederetur. Castris, nisi quantum usus necessario cogeret, tenebatur miles. Pabulum, & ligna nec pauci petebant, nec passim. Equitum, le-

XII.

Tibur. Tripoli Ciudad.

Præneste. Palestina Ciudad.

Transversis. Cruzando sendas.

Ad hostem. Llevó contra Hanibal su gente.

Arpis. No lejos de Argos ciudad de la Pulla edificada por Diomedes.

Pœnus. Hanibal puso en batalla su gente.

Increpans. Dandoles en cara Hanibal, que al cabo los ánimos marciales de los Romanos estaban ya vencidos; decia esto, porque no quisieron salir de las trincheras.

Et concessum. Que claramente habian abandonado su virtud y gloria.

Ceterum. Pero allá en su interior, se le immutó el ánimo.

Futuræ sibi. Le habia caido que hacer, ó debia tratar con, &c.

Extemplo. El prontamente, al instante.

Crebro castra. Mudando á cada instante el campo.

Excipere. Si podia ocultar caballo, y caballero.

Citato. Corriendo con su gente.

Modico. A corta distancia.

Neque omittere. Para no perder de vista.

Nec pauci. Salian muchos juntos, y pocas veces.

levisque armaturæ statio composita, instructaque in subitos tumultus, & suo militi tuta omnia & infesta effusis hostium populatoribus præbebat. Neque universo periculo summa rerum committebatur, & parva momenta levium certaminum ex tuto cœptorum, finitimo receptum, assuefaciebant territum pristinis cladibus militem, minus iam tandem aut virtutis, aut fortunæ pœnitere suæ. Sed non Hannibalem magis infestum tam sanis consiliis habebat, quam magistrum equitum qui nihil aliud, quam quod parebat in imperio, moræ ad rempublicam præcipitandam habebat. Ferox rapidusque in consiliis, ac lingua immodicus: primo inter paucos, deinde propalam in vulgus, pro cunctatore segnem, pro cauto timidum, affingens vicina virtutibus vitia, compellabat, premendorumque superiorum arte (quæ pessima ars nimis prosperis multorum successibus crevit) sese extollebat.

XIII. Hannibal ex Hirpiniis in Samnium transit: Beneventanum depopulatur agrum. Telesiam urbem capit: irritat etiam de industria ducem, si forte accensum tot indignitatibus, cladibusque sociorum, trahere ad æquum certamen possit. Inter multitudinem sociorum Italici generis, qui ad Trasimenum capti ab Hannibale, dimissique fuerant, tres Campani equites erant, multis iam tum illecti donis promissisque Hannibalis, ad conciliandos popularium animos. Hi nunciantes, si in Campaniam exercitum admovisset, Capuæ potiendæ copiam fore, quum res maior, quam auctores esset, dubium Hannibalem, alternisque fidentem, ac diffidentem, tamen ut Campanos ex Samnio peteret, moverunt: moni-

Subitus tumultus. Prevenidos para las repentinas alarmas.
Et infesta. No dexaba ya saquear á los de Hanibal.
Et parva. Y algunas pequeñas ventajas sacadas en las escaramuzas.
Receptu. Teniendo la acogida cercana.
Infestum. Tan contrario como lo era su Coronel de caballeria Minucio.
Quod parebat. Que el que estaba baxo la conducta de otro.
Cunctatore. Por lento, ó sosegado llámale viejo perezoso á Fabio.
Affingens. Aplicándole los vicios que tenian semejanza con las virtudes.
Premendorumque. De abatir á los superiores.

XIII.

Indignantibus. Con tantas provocaciones.
Ad æquum. A batalla campal.
Italici. De los Italianos.
Capuæ. Podia apoderarse de Capua.
Quam. Que los que se lo anunciaban.
Alternisque. Confiando, y desconfiando de uno y otro.

nitosque, ut etiam atque etiam promissa rebus affirmarent, iussosque cum pluribus, & aliquibus principum redire ad se, dimisit. Ipse imperat duci, ut se in agrum Casinatem ducat; edoctus à peritis regionum, si eum saltum occupasset, exitum Romano ad opem ferendam sociis interclusurum. Sed Punicum abhorrens os ab Latinorum nominum prolatione, pro Casino Casilinum dux ut acciperet, fecit; aversusque ab suo itinere, per Allifanum, Calatinumque, & Calenum agrum, in campum Stellatem descendit, ubi quum montibus, fluminibusque clausam regionem circumspexisset, vocatum ducem percunctatur, ubi terrarum esset? Quum is Casilino eo die mansurum eum dixisset, tum demum cognitus est error, & Casinum longe inde aliâ regione esse: virgisque cæso duce, & ad reliquorum terrorem in crucem sublato, castris communitis, Maharbalem cum equitibus in agrum Falernum prædatum dimisit. Usque ad aquas Sinuessanas populatio ea pervenit. Ingentem cladem, fugam tamen, terroremque latius Numidæ fecerunt. Nec tamen is terror, quum omnia bello flagrarent, fide socios dimovit, videlicet, quia iusto, & moderato regebantur imperio: nec abnuebant, quod unum vinculum fidei est, melioribus parere.

XIV. Ut vero ad Vulturnum flumen castra sunt posita, exurebaturque amœnissimus Italiæ ager, villæque passim incendiis fumabant; per iuga Massici montis Fabio ducente; tum prope de integro seditio accensa. Quieverant enim per paucos dies: quia quum celerius solito ductum agmen fuisset, festinari ad prohibendam populationibus Campaniam crediderant. Ut vero in extre-

Rebus. En la obra, en la execucion dando socorro.
Edoctus. Habiendo sabido de los prácticos en el terreno.
Interclusurum Cortaria á los Romanos la salida, para socorrer, &c.
Sed Punicum Pero como la lengua Africana está muy lejos de pronunciar bien el latin.
Dux ut. El conductor de Hanibal, que era Italiano, y no entendió bien á Hanibal.
Duce. El que servía de guia.
Terroremque. Pero el mayor estrago lo hicieron los Numidas, que iban en el exército de Hanibal.
Fide socios. Apartó á los aliados de la fidelidad á los Romanos.
Nec abnuebant. Ni repugnaban obedecer á los mejores, que es el único vinculo de sumision, ó fidelidad.

XIV.

Castra. El exército de Hanibal.
Ducente. sup. *Exercitum.*
De integro. De nuevo volvió á querellarse Minucio.
Quieverant. Habian estado en paz Fabio, y Minucio.

trema iuga Massici montis ventum est, hostesque sub oculis erant, Falerni agri, colonorumque Sinuessæ tecta urentes, nec ulla erat mentio pugnæ. "Spectatumne huc, in»quid Minucius, ut rem fruendam oculis, sociorum cæ»des, & incendia venimus? Nos hic pecorum modo per»æstivos saltus, deviasque calles exercitum ducimus, con»diti nubibus, silvisque. Stultitia est, sedendo, aut votis »debellari credere posse. Armari copias oportet, dedu»cendas in æquum, ut vir cum viro congrediaris. Auden»do, atque agendo res Romana crevit, non his segnibus »consiliis, quæ timidi cauta vocant." Hæc velut concionanti Minucio, circumfundebatur tribunorum, equitumque Romanorum multitudo & ad aures quoque militum dicta ferocia volvebantur: ac, si militaris suffragii res esset, haud dubie ferebant, Minucium Fabio duci prælaturos.

XV. Fabius pariter in suos, haud minus quam in hostes intentus, prius ab illis invictum animum præstans, quanquam probe scit, non in castris modo suis, sed iam etiam Romæ infamem suam cunctationem esse, obstinatus tamen, eodem consiliorum tenore æstatis reliquum extraxit, ut Hannibal destitutus ab spe summopere petiti certaminis, iam hybernis locum circumspectaret: quia ea regio præsentis erat copiæ, non perpetuæ; arbusta, vineæque, & consita omnia magis amœnis, quam necessariis fructibus. Hæc per exploratores relata Fabio. Quum satis sciret per easdem angustias, quibus intraverat Falernum agrum, rediturum Calliculam montem, & Casilinum occupat modicis præsidiis: quæ

Urentes. Quemaban los enemigos á la vista de los Romanos:
Spectatumne. Hemos venido aqui á ver como por recreo de los ojos &c.
Pecorum modo. A manera de cabras.
Calles. Descaminos.
Conditi. Metidos entre nubes y selvas.
Votis. Con solo el deseo.
In æquum. A tierra llana.
Congrediaris. Impersonal. Sepelea &c.
Circumfundebatur. Cercaba á Minucio la muchedumbre &c. quando decia esto.
Volvebantur. Llegaban tambien.
Prælaturos. Antepondrian á Minucio al Capitan, &c.

XV.

Infamem. Se habia vituperado su detencion.
Reliquum. Pasó lo restante del verano llevando adelante su determinacion de no dar batalla.
Hybernis. Pensaba ya en quarteles de invierno.
Præsentis. Solo tenia frutos para el tiempo presente.
Rediturum. Que debia volver atras Hanibal por las mismas estrecheçes, &c.

quæ urbs Vulturno flumine diremta, Falernum, & Campanum agros dividit; ipse iugis iisdem exercitum reducit: misso exploratum cum quadrigentis equitibus sociorum L. Hostilio Mancino: qui ex turba iuvenum audientium sæpe ferociter concionantem magistrum equitum; progressus primo exploratoris modo, ut ex tuto specularetur hostem, ubi vagos passim pervicos Numidas vidit, per occasionem etiam paucos occidit. Extemplo occupatus certamine est animus, excideruntque præcepta dictatoris: qui quantum tuto posset, progressum prius recipere sese iusserat, quam in conspectum hostium veniret. Numidæ alii atque alii occursantes, refugientesque, ad castra prope ipsum cum fatigatione equorum, atque hominum pertraxere. Inde Cartalo, penes quem summa equestris imperii erat, concitatis equis invectus, quum priusquam ad coniectum teli veniret, avertisset hostem, quinque millia ferme continenti cursu secutus est fugientes. Mancinus, postquam nec hostem desistere sequi, nec spem vidit effugiendi esse, cohortatus suos in prælium rediit, omni parte visium impar. Itaque ipse, & delecti equitum, circumventi occiduntur. Ceteri effuso rursus cursu, Cales primum, inde prope inviis callibus, ad dictatorem perfugerunt. Eo forte die Minucius se coniunxerat Fabio, missus ad firmandum præsidio saltum, qui; super Terracinam in arctas coactus fauces, imminet mari: ne, immunito Appiæ limite, Pœnus pervenire in agrum Romanum posset. Coniunctis exercitibus, dictator ac magister equitum castra in viam deferunt, quâ Hannibal ducturus erat.

Duo

Diremta. Separada.
Iugis iisdem. Por las mismas cumbres que habian traido su exército.
Sociorum. De los aliados.
Magistrum. Que oian continuamente hablar con ferocidad á Minucio Coronel de la caballeria contra la lentitud de Fabio.
Progressus. Habian salido solo como exploradores.
Occasionem. Por casualidad.
Certamine. De dar la batalla.
Excideruntque. Se olvidó.
Quantum tuto. Que le habia mandado, que adelantándose lo posible con seguridad.
Refugientesque. Haciendo acometidas y retiradas.
Ipsum. A Lucio Hostilio.
Coniectum. A tiro de flecha.
Quinque millia. Cinco millas á carrera tendida.
Omni parte. De todos modos desigual en fuerzas.
Circumventi, Rodeados.
Effuso. Tomando otra vez carrera.
Inviis callibus. Caminos intransitables.
In arctas. Estrechas embocaduras.
Mari. Domina sobre el mar.

montibus, & ad concursandum inter saxa, rupesque aptior ac levior, cum velocitate corpôrum, tum armorum habitu, campestrem hostem, gravem armis statariumque, pugnæ genere facile elusit. Ita haudquaquam pari certamine digressi, Hispani fere omnes incolumes, Romani aliquot suis amissis, in castra contenderunt. Fabius quoque movit castra: transgressusque saltum super Allifas, loco alto ac munito consedit. Tum per Samnium Romam se petere simulans Hannibal, usque in Pelignos populabundus rediit. Fabius mediis inter hostium agmen, urbemque Romam iugis ducebat, nec absistens, nec congrediens. Ex Pelignis Pœnus flexit iter, retroque Apuliam repetens, Gerionem pervenit, urbem metu, quia collapsa ruinis pars mœnium erat; ab suis desertam. Dictator in Larinate agro castra communit. Inde sacrorum causâ Romam revocatus, non imperio modo, sed consilio etiam, ac prope precibus agens cum magistro equitum, "ut plus »consilio quam fortunæ confidat; & se potius ducem, »quam Sempronium, Flaminiumque imitetur: ne nihil »actum conseret, exacta prope æstate per ludificationem »hostis. Medicos quoque plus interdum quiete, quam »movendo atque agendò proficere. Haud parvam rem »esse, ac toties victore hoste vinci desiisse & ab con»tinuis cladibus respirasse." Hæc nequicquam prætmontio magistro equitum, Romam est profectus.

XXIII. Paululum intervalli cladibus Romanis solers cunctatio Fabii fecerat, quæ, ut Hannibalem non medio-

Concursandum. Para andar entre peñas, y peñascos mas aptos, y ligeros.

Tum armorum. La disposicion de sus armas.

Campestrem. A poca costa dejó burlado al enemigo Romano, que solo sabia pelear en campo abierto, y á pie quedo, y cargado de armas.

Populabundus. Saqueando.

Iugis. Por cuestas.

Sacrorum. Por causa de los sacrificios.

Se. Y que en el mandarle imitase mas bien á él, que, &c.

Ne nihil. Y que no juzgase haberse hecho nada con haber burlado al enemigo con divisiones, &c.

Vinci desiisse. El haber dejado de ser vencidos.

Hæc quicquam. Despues de haber Fabio exortado en vano estas cosas al Coronel Minucio, se partió á Roma. Esta partida de Fabio fué toda la gloria de Hanibal, y desgracia de los Romanos.

XXIII.

Paululum. Habia dilatado un poco á los Romanos sus desgracias.

diocri sollicitum cura habebat, tandem eum militiæ magistrum delegisse Romanos cernentem, qui bellum ratione, non fortuna gereret; ita contemta erat inter cives, armatos pariter, togatosque; utique postquam absente eo temeritate magistri equitum, læto, verius dixerim, quam prospero eventu pugnatum fuerat. Accesserant duæ res ad augendam invidiam dictatoris: una fraude ac dolo Hannibalis, quod quum à perfugis ei monstratus ager dictatoris esset, omnibus circa solo æquatis, ab uno eo ferrum, ignemque & vim omnem hostium abstineri iussit, ut occulti alicuius pacti ea merces videri posset: altera ipsius facto, (primo forsitan dubio) quia non exspectata in eo senatus auctoritas est: ad extremum, haud ambigue in maximam laudem verso, in permutandis captivis; quod sicut primo Punico bello factum erat, convenerat inter duces Romanos Pœnumque, ut quæ pars plus reciperet, quam daret, argenti pondo bina, & selibras in militem præstaret. Ducentos quadraginta septem quum plures Romanus quam Pœnus recepisset: argentumque pro eis debitum, sæpe iactata in senatu re, quoniam non consuluisset Patres, tardius rogaretur; inviolatum ab hoste agrum, misso Romam Quinto filio, vendidit; fidemque publicam impendio privato exsolvit. Hannibal pro Geronii mœnibus, cuius urbis captæ atque incensæ ab se, in usum horreorum pauca reliquerat tecta, in stativis erat. Inde frumentatum duas exercitus partes mittebat: tum tertia ipse expedita in statione erat, simul castris præsidio, & circumspectans necunde impetus in frumentatores fieret.

Ro-

Cernentem. Que veia que los Romanos elegiap por Gobernador del exército.
Contemta. Ratio belli.
Invidiam. El odio de Fabio.
Æquatis. A todos los que tenia alrededor asoló.
Uno eo. En solo el campo del Dictador.
Pacti ea. Premio de alguna trama oculta con el Dictador.
Altera ipsius. La segunda causa del odio contra el Dictador, fue su mismo hecho, aunque por último se convirtió en alabanza, que fue el cange de los cautivos.
Primo. En el primer hecho podia haber alguna duda.
Plus reciperet. Que recibiese mas cautivos.
Bina. Dos libras y media de plata por cada soldado.
Iactata. Esto se habia propuesto muchas veces al Senado.
Tardius rogaretur. Tardaban en darle el dinero.
Ab hoste. Vendió el Dictador el campo no quemado, &c.
Exolvit. Cumplió con la fe pública de pagar los cautivos á costa propia el Dictador.
Pro. En las cercanias.
Frumentatum. A forragear.

XXIV. Romanus tunc exercitus in agro Larinati erat. Præerat Minucius magister equitum, profecto, sicut ante dictum est, ad urbem dictatore. Cetera castra, quæ in monte alto, ac tuto loco posita fuerant, iam in planum deferuntur: agitabanturque pro ingenio ducis consilia calidiora, ut impetus aut in frumentatores palatos, aut in castra relicta cum levi præsidio fieret. Nec Hannibalem fefellit, eum duce mutatam esse belli rationem; & ferocius, quam consultius, rem hostes gesturos. Ipse autem (quod minime quis crederet) quum hostis propius esset, tertiam partem militum frumentatum, duabus in castris retentis, dimisit: deinde castra ipsa propius hostem movit, duo ferme à Geronio millia, in tumulum hosti conspectum: ut intentum sciret esse ad frumentatores, si qua vis fieret, tutandos. Propior inde ei, atque ipsis imminens Romanorum castris tumulus apparuit: ad quem capiendum si luce palam iretur, quia haud dubie hostis breviore via perventurus erat, nocte clam missi Numidæ ceperunt. Quos tenentes locum, contenta paucitate, Romani postero die quum elecissent, ipsi eo transferunt castra. Tum itaque ut exiguum spatii vallum á vallo aberat, & id ipsum totum prope compleverat Romana acies, simul & per aversa castra á castris Hannibalis equitatus cum levi armatura emissus in frumentatores late cædem, fugamque hostium palatorum fecit. Nec acie certare Hannibal ausus; quia tantâ paucitate vix castra, si oppugnarentur, tutari poterat. Iamque artibus Fabii pars exercitus aberat; iamque ferme sedendo, & cunctando bellum gerebat, receperatque suos in priora ca-

XXIV.

Castra. El campo de los Romanos.
Ingenio. Segun la índole de Minucio, que hacia las veces del Dictador.
Palatos. Esparcidos.
Nec Hannibalem. No se le ocultó á Hanibal.
Et ferocius. Con mas ferocidad que prudencia.
Duo. Quasi á dos millas de Geronio.
In tumulum. A un altillo á vista del enemigo.
Ut intentum. Para que supiese Minucio que él estaba atento, &c.
Imminens. Que dominaba.
Præventurus. Se adelantaria por camino mas corto.
Ceperunt. Se apoderaron del montecillo.
Ipsi. Los Romanos que les habian quitado el montecillo.
Aversa castra. Por detras del campo de Hanibal.
Artibus. Acostumbrado Hanibal al modo de pelear de Fabio, habia dejado ir al forrage parte del exército.

castra, quæ pro Geronii mœnibus erant. Iusta quoque acie A collatis signis dimicatum, quidam auctores sunt. Primo concursu Pœnum usque ad castra fusum, inde eruptione factâ, repente versum terrorem in Romanos: Numerii Decimi Samnitis deinde interventu prælium restitutum. Hunc principem, genere, ac divitiis, non Boviani modo, unde erat, sed toto Samnio, iussu dictatoris octo millia peditum & equites ad quingentos ducentem in castra, ab tergo quum apparuisset Hannibali, speciem parti utrique præbuisse novi præsidii cum Fabio ab Roma venientis. Hannibalem insidiarum quoque aliquid timentem recepisse suos: Romanum insecutum, adiuvante Samnite, duo castella eo die expugnasse: sex millia hostium cæsa, quinque admodum Romanorum. Tamen in tam pari prope clade famam egregiæ victoriæ, cum vanioribus litteris magistri equitum, Romam perlatam.

XXV. De his rebus persæpe in senatu, & in concione actum est. Quum læta civitate dictator unus nihil nec famæ, nec litteris crederet, ut vera omnia essent, secunda se magis, quam adversa timere diceret, tum M. Metilius tribunus plebis adversus Fabium clamare. Dictator concionibus sé abstinuit, in actione minime popularis: ne in senatu quidem satis æquis auribus audiebatur, tunc quum hostem verbis extolleret, bienniique clades per temeritatem, atque inscientiam ducum acceptas referret. "Magistroque equitum, quod »contra dictum suum pugnasset, rationem diceret reddendam esse. Si penes se summa imperii, consiliique sit, pro»pediem effecturum, ut sciant homines, bono imperatori »haud

Iusta quoque. En la batalla campal, &c.

Interventu. Con la llegada de Numerio, &c.

Parti utrique. Que pareció á entrambos partidos venia nuevo socorro de Roma con Fabio.

Romanum. Todos estos infinitivos se rigen del determinante *Quidam auctores sunt.* Hay algunos que dicen, &c.

Vanioribus. En una carta fanfarrona del, &c.

XXV.

Dictator unus. Solo el Dictador no creia ni las cartas, ni los dichos.

Secunda. Que las cosas favorables le daban mas mala espina que las infaustas.

Clamare. sup. *cœpit.*

Minime. Nada gustaba al Pueblo por su modo de pelear.

Redendam. Que debia dar cuenta el Coronel Minucio.

Propediem. Pronto haria ver á los hombres, &c.

»haud magni fortunam momenti esse, mentem, rationem »que dominari. Se in tempore, & sine ignominia servasse »exercitum, quam multa millia hostium occidisse, duce»re maiorem gloriam esse."

XXVI. Huius generis orationibus frustra habitis, & consule creato M. Atilio Regulo, ne præsens de iure imperii dimicaret, pridiæ quam rogationis ferendæ dies adesset, nocte ad exercitum abiit Luce ortâ, quum plebis concilium esset, magis tacita invidia dictatoris, favorque magistri equitum animos versabat, quam satis audebant homines ad suadendum, quod vulgo placebat, prodire: & favore superante, auctoritas tamen rogationi deerat. Unus inventus est suasor legis C. Terentius Varro, qui priore anno prætor fuerat; loco non humili solum, sed etiam sordido ortus. Patrem lanium fuisse ferunt, ipsum institorem mercis, filioque hoc ipso in servilia eius arti ministeria usum. Is iuvenis, ubi ex eo genere quæstus, pecuniâ à patre reliotâ, animos ad spem liberalioris fortunæ fecit, togaque, & forum placuere, proclamando pro sordidis hominibus, causisque adversus rem & famam bonorum, primum in notitiam populi, deinde ad honores pervenit. Quæsturâ quoque, & duabus ædilitatibus, plebeiâ & curuli, postremo & Prætura perfunctus, iam ad consulatus spem quum attolleret animos, haud parum callide auram favoris popularis ex dictatoria invidia petiit; sicque plebis unus gratiam tulit. Omnes eam rogationem, quique Romæ, quique

Haud magni. Que la fortuna era cosa poca para un buen General.
Servasse. Haber conservado el exercito sin ignominia.
Maiorem Que el tenia por mayor gloria, &c.

XXVI.

Iure imperii. Sobre el derecho de mandar el exercito.
Ferendæ. De publicar la peticion de hacer á Minucio Dictador igual á Fabio.
Invidia. El odio oculto, &c.
Quod vulgo. Lo que generalmente sentian.
Rogationi. Faltaba quien propusiese esta súplica de crear nuevo Dictador.
Sordido. Asqueroso.
Lanium. Carnicero.
Institorem. Factor de mercaderes.
Usum. Que el padre se habia servido del mismo Varron su hijo en cortar carne.
Is iuvenis. Este siendo joven.
Quæstus. Ganancia.
Bonorum. De los buenos.
In notitiam. A ser conocido.
Attolleret. Levantando ya sus pensamientos al logro del consulado.
Ex dictatoria. Por medio del odio que tenia el Pueblo al Dictador.
Sicque. El solo se llevó la gracia de la voluntad del pueblo.
Rogationem. Metello Tribuno de la plebe presentó la peticion de crear segundo Dictador, y solo Varron persuadió al Pueblo su execucion.

que in exercitu erat, æqui atque iniqui, præter ipsum dictatorem, in contumeliam eius latam acceperunt. Ipse quâ gravitate animi criminantes se ad multitudinem inimicos tulerat, eadem, & populi in se sævientis iniuriam tulit: acceptisque in ipso itinere litteris senatus consulti de æquato imperio, satis fidens, haudquaquam cum imperii iure artem imperandi æquatam, cumque invicto á civibus, hostibusque animo ad exercitum rediit.

XXVII. Minucius vero quum iam ante vix tolerabilis fuisset, secundis rebus ac favore vulgi, tum utique immodice immodesteque, non Hannibale magis victo ab se, quam Q. Fabio, gloriari. "Illum in rebus asperis unicum »ducem, ac parem quæsitum Hannibali, maiorem minori, dictatorem magistro equitum, quod nulla memoria »habebat annalium, iussu populi æquatum in eadem civitate, in qua magistri equitum virgas, ac secures dictatoris tremere, atque horrere soliti sint: in tantum suam »felicitatem virtutemque enituisse. Ergo secutum se fortunam suam; si dictator in cunctatione ac segnitie, Deorum hominumque iudicio damnata, perstaret." Itaque quo die primum congressus est cum Q. Fabio "statuendum omnium primum, ait, esse quemadmodum imperio æquato utantur. Se optimum ducere, aut diebus alternis, aut si maiora intervalla placerent, partitis temporibus alterius summum ius imperiumque esset: ut par »hosti non solum consilio, sed viribus etiam esset, si quam »ocassionem rei gerendæ habuisset." Q. Fabio haudquaquam id placere: "Omnia enim fortunam habituram »quæcumque temeritas collegæ habuisset. Sibi communicatum cum illo, non ademtum imperium esse. Itaque se »mun-

Eius. Del Dictador Fabio.
Tulerat. Con la misma grandeza de ánimo, con que llevó sus muchos enemigos, &c.
De æquato. De que Minucio llevaba facultades iguales á las suyas. XXVII.
Quæsitum. Y que habia sido buscado para contrarrestar á Hanibal.
Maiorem. Y que el mayor se habia igualado al menor, el Dictador al Coronel de Caballeria por decreto del Pueblo.
Quod Que no se encontrará en todas las Historias.
Enituisse. Que tanto habia sobresalido su felicidad y valor.
Imperio. Como dividirian el gobierno.
Temporibus. Dividido el tiempo tuviese cada uno de por sí solo el supremo dominio.
Quæcumque. Todo lo que fuese temeridad del compañero Minucio, se atribuiria á la fortuna, ó desgracia.

»nunquam volentem parte, quâ posset, rerum consilio »gerendarum cessurum: nec se tempora, aut dies imperii »cum eo, sed exercitus divisurum, suisque consiliis, quo»niam omnia non liceret, quæ posset, servaturum." Ita obtinuit, uti legiones, sicut consulibus mos esset, inter se dividerent. Prima & quarta Minucio, secunda & tertia Fabio evenerunt. Item equites pari numero, sociumque, & Latini nominis auxilia, diviserunt; castris se quoque separari magister equitum voluit.

XXVIII. Duplex inde Hannibali gaudium fuit: neque enim quicquam eorum, quæ apud hostes agerentur, eum fallebat, & perfugis multa indicantibus, & per suos explorantem. Nam & liberam Minucii temeritatem se suo modo captaturum, & solertiæ Fabii dimidium virium decessisse. Tumulus erat inter castra Minucii, Pœnorumque. Eum qui occupasset, haud dubie iniquiorem erat hosti locum facturus. Eum non tam capere sine certamine volebat Hannibal (quanquam id operæ prætium erat), quam causam certaminis cum Minucio, quem semper occursurum ad obsistendum satis sciebat, contrahere. Ager omnis medius erat primâ specie inutilis insidiatori, quia non modo sylvestre quicquam, sed ne vepribus quidem vestitum habebat: re ipsa natus tegendis insidiis, eo magis quod in nuda valle nuda talis fraus timeri poterat, & erant in anfractibus cavæ rupes; ut quædam earum ducenos armatos possent capere. In has latebras, quot quemque locum apte insidere poterat, quinque millia condun-

tur

Communicatum. Que el dominio era comun á los dos.
Cessurum. Que nunca cederia su derecho en quanto pudiese en dar su parecer para las empresas.
Omnia. Puesto que no le era permitido el conservarlo todo.
Sociumque. Dividieron la gente de estrangeros, aliados, &c.

XXVIII.

Eum fallebat. Se le escapaba.
Capturum. El se ganaria la temeridad, &c.
Decessisse. Que á la sagacidad de Fabio se le habia quitado la mitad, &c.
Facturus. Sin duda dexaba al enemigo en peor lugar.
Pretium. Era mucho de estimar.
Occursurum. Que siempre le saldria á oponérsele.
Satis sciebat. Porque conocia la temeridad de Minucio.
Ager. Todo el terreno que habia entre los dos exércitos, á primera vista, &c.
Re ipsa. Pero en realidad parecia nacido para emboscadas.
In anfractibus. Entre unos caminos ásperos y torcidos.
Insidere. Quantos podian caber en cada concavidad.

tur peditum, equitumque. Necubi tamen aut motus alicuius temere egressi, aut fulgor armorum fraudem in valle tam aperta detegeret; missis paucis primâ luce ad capiendum, quem ante diximus, tumulum, avertit oculos hostium. Primo statim conspectu contemtâ paucitas, ac *sibi* quisque deposcere pellendos inde hostes. Ad locum capiendum dux ipse inter solidissimos, ferocissimosque ad arma vocat, & vanis animis, & minis increpat hostem. Principio levem armaturam dimittit, deinde conferto agmine mitti equites; postremo, quum hostibus quoque subsidia mitti videret, instructis legionibus procedit. Et Hannibal laborantibus suis, alia atque alia, crescente certamine, mittens auxilia peditum equitumque, iam iustam expleverat aciem, ac totis utrinque viribus certabatur. Prima levis armatura Romanorum præoccupatum inferiore loco succedens tumulum; pulsa, detrusaque terrorem in succedentem intulit equitem, & ad signa legionum refugit. Peditum acies inter perculsos impavida sola erat; videbaturque, si iusta aut si recta pugna esset, haudquaquam impar futura: tantum animorum fecerat prospere ante paucos dies res gesta. Sed exorti repente insidiatores, eum tumultum, terroremque in latera utrinque ab tergoque incursantes, fecerunt; ut neque animus ad pugnam, neque ad fugam spes cuiquam superesset.

XXIX. Tunc Fabius primo clamore paventium audito, dein conspecta procul turbatâ acie: "Ita est, in»quit, non celerius quam timui, deprehendit fortuna »temeritatem. Fabio æquatus imperio, Hannibalem & »virtute, & fortunâ superiorem videt. Sed aliud iurgan-

»di,

Necubi. Pero de suerte que en ninguna parte se descubriese, &c.
Avertit. Llevó la atencion del enemigo Minucio.
Deposcere. sup. *cœpit.*
Vanis animis. Con vanas jactancias, y amenazas.
Conferto. Amontonados.
Expleverat. Habia ya compuesto Exercito igual al Romano.
Prima. La vanguardia de armados á la ligera, &c.
Succedens. Subiendo á un montecillo ya ocupado por la parte inferior.
Detrusaque. Combatidos, y rechazodos los armados á la ligera, infundieron el miedo, &c.
Tantum. Tanto valor habia infundido á los Romanos el haber tenido algunas ventajas los dias antes.
Tumultum. Tal desorden y espanto.

XXIX.

Æquatus. Minucio igualado en el mando á Fabio, ve ya á Hanibal superior en fuerzas, &c.

»di, succendidque tempus erit. Nunc signa extra vallum »proferte. Victoriam hosti extorqueamus, confessionem »erroris civibus." Iam magna ex parte cæsis aliis circumspectantibus fugam, Fabiana se acies repente, velut cælo demissa, ad auxilium ostendit. Itaque priusquam ad coniectum teli veniret, aut manum consereret, & suos à fuga effusa, & ab nimis feroci pugna hostes continuit. Qui solitis ordinibus vage dissipati erant, undique confugerunt ad integram aciem: qui plures simul terga dederant, conversi in hostem, volventesque orbem, nunc sensim referre pedem, nunc conglobati restare. Ac iam prope una acies facta erat victi, atque integri exercitus, inferebantque signa in hostem; quum Pœnus receptui cecinit, palam ferente Hannibale, ab se Minucium, se à Fabio victum. Ita per variam fortunam diei maiore parte exacta, quum in castra reditum esset; Minucius convocatis militibus: "Sæ»pe ego, inquit, audivi, Milites, eum primum esse vi»rum, qui ipse consulat quid id in rem sit; secun»dum eum, qui bene monenti obediat: qui nec ipse »consulere, nec alteri parere sciat, eum extremi inge»nii esse. Nobis quoniam prima animi, ingeniique nega»ta sors est, secundam ac mediam teneamus: &, dum »imperare discimus, parere prudenti in animum indu»camus. Castra cum Fabio iungamus: ad prætorium »eius signa quum tulerimus, ubi ego eum Parentem »appellavero, quod beneficio eius erga nos, ac maiestate »eius dignum est; vos, Milites, eos, quorum vos mo»do arma, dexteræque texerunt, Patronos salutabitis: »&

Proferte. Con indignacion, y compasion manda Fabio á los suyos saquen las vanderas para ir al socorro de Minucio.

Civibus. Y á los Ciudadanos la confesion de su yerro.

Manum. O entrase en pelea.

Nimis ferocis. De pelear con demasiada ferocidad.

Confugerunt. Concurrieron de todas partes a juntarse con el exército de Fabio, que venia de refresco.

Orbem. Y resolviéndose.

Acies. Un batallon.

Integri. De los soldados sanos.

In rem. Que aconseja lo que el caso pide.

Extremi ingenii. Que es el mas inferior: gran milagro haber reconocido Minucio su temeridad; solo por esto merece tanta alabanza como Fabio.

Negata. Se nos ha negado el saber aconsejar, tomar buenas determinaciones.

Eius dignum. Porque lo merece su magestad, y el beneficio que nos hizo.

Patronos. Llamadlos protectores.

»&, si nihil aliud, gratorum certe nobis animorum glo»riam dies hæc dederit."

XXX. Signo dato, conclamatur inde, ut colligantur vasa: profecti, & agmine incedentes ac dictatoris castra, in admirationem & ipsum, & omnes, qui circa erant, converterunt. Ut constituta sunt ante tribunal signa, progressus ante alios magister equitum, quum patrem Fabium appellasset, circumfusosque militum eius totum agmen patronos consalutasset. "Parentibus, inquit, meis, »dictator (quibus te modo nomine, quo fando possum, »æquavi) vitam tantum debeo, tibi, quum meam salu»tem, tum omnium horum. Itaque plebiscitum, quo o»neratus magis, quam honoratus sum, primus antiquo, »abrogoque: &, quod tibi, mihique, quod exercitibus»que his tuis servato, ac conservatori sit felix, sub im»perium, auspiciumque tuum redeo, & signa hæc le»gionesque restituo. Tu, quæso, placatus me magiste»rium equitum, hos ordines suos quemque tenere iu»beas." Tum dextræ interiunctæ, militesque, concione dimissâ, à notis ignotisque benigne atque hospitaliter invitati: lætusque dies ex admodum tristi paulo ante ac prope exsecrabili, factus. Romæ, ut est perlata fama rei gestæ, dein litteris non magis ipsorum imperatorum, quam vulgo militum ex utroque exercitu affirmata, pro se quisque Maximum laudibus ad cœlum ferre. Par gloria apud Hannibalem, hostesque Pœnos erat: ac tum demum sentire, cum Romanis, atque in Italia bellum esse. Nam biennio ante adeo, & duces Romanos, & milites spreverant, ut vix cum eadem gente bellum esse crederent, cuius terribilem eam famam à patribus accepissent. Hannibalem quoque ex acie redeuntem dixisse ferunt, "Tan»dem

XXX.

Vasa. Los aparatos de guerra.
Et agmine. En orden de batalla.
Signa. Las banderas.
Fando. Que puedo explicar.
Æquavi. Te igualé con mis padres.
Plebiscitum. Anuló y abrogó el decreto del Pueblo.
Auspiciumque. Conducta.
Placatus. Tomando la satisfaccion que gustes de nuestra culpa, porque un atentado público con el Dictador, era justo segun la disciplina Romana, que se expiase públicamente.
Dextræ. Entonces dadas las manos.
Vulgo. Que generalmente.
Maximum. A Fabio.
Ac tum. Entonces en fin conocieron los Africanos.
Ex acie. Cuando volvia á sus trincheras despues de esta batalla.

»dem eam nubem, quæ sedere in iugis montium solita »sit, cum procella imbrem dedisse."

XXXII. Consules, M. Attilius Fabiano, Geminus Servilius Minuciano exercitu accepto, hybernaculis mature communitis (tum enim autumni erat tempus) Fabii artibus cum summa inter se concordia bellum gesserunt. Frumentatum exeunti Hannibali, diversis locis opportuni aderant carpentes agmen, palatosque excipientes: in casum universæ dimicationis, quam omnibus artibus petebat hostis, non veniebant. Adeoque inopiâ est coactus Hannibal, ut, nisi tum fugæ speciem abeundo timuisset, Galliam repetiturus fuerit: nulla relicta spe alendi exercitus in eis locis, si insequentes consules eisdem artibus bellum gererent. Quum ad Geronium iam hyeme impendente constitis et bellum, Neapolitani legati Romam venere. Ab iis quadraginta pateræ aureæ magni ponderis in curiam illatæ, atque ita verba facta, ut dicerent: "Scire »sese Romani populi ærarium bello exhauriri: &, quum »iuxta pro urbibus, agrisque sociorum, ac pro capite, at»que arce Italiæ urbe Romana, atque imperio geratur, »æquum censuisse Neapolitanos, quod auri sibi, quum »ad templorum ornatum, tum ad subsidium fortunæ à »maioribus relictum foret, eo iuvare populum Roma»num. Si quam opem in sese crederent, eodem studio »fuisse oblaturos. Gratum sibi Patres Romanos, popu»lumque facturum, si omnes res Neapolitanorum suas »duxissent: dignosque iudicaverint, ab quibus donum, »animo ac voluntate eorum, qui libentes darent quam re, »maius ampliusque acciperent." Legatis gratiæ actæ pro munificentiâ, curâque. Patera, quæ ponderis minimi fuit accepta.

Per

Nubem. Habla del exército de Fabio, que iba por las cumbres de los montes.

XXXII.

M. Atilius. Atilio tomó el exército de Fabio, Servilio el de Minucio.

Fabii. Siguiendo las máximas de Fabio reduxeron á Hanibal á la ultima miseria.

Carpentes. Infestando, dañando el Exército de Anibal.

Repetiturus. Se hubiera vuelto.

Constitisset. Se hubiese detenido.

Pateræ. Quarenta copas de oro de gran peso.

Quum iuxta. Como se hiciese la guerra tanto por las ciudades, y territorios de los aliados.

Subsidium. Para el socorro de sus necesidades.

Duxissent. Las tuviesen por suyas.

Maius. Mayor por la intencion y voluntad, &c.

Patera. Solo reciben una copa, y esa la mas pequeña.

XXXIII. Per eosdem dies speculator Carthaginiensis, qui per biennium fefellerat, Romæ deprehensus, præcisisque manibus dimissus. (Dissidium de consulum creatione ortum: Paulus & Varro creati.) Sed conciones, priusquam ab urbe signa moverentur, consulis Varronis multæ, ac feroces fuêre: denunciantes bellum arcessitum in Italiam ab nobilibus; mansurumque in visceribus reipublicæ, si plures Fabios imperatores haberet; se, quo die hostem vidisset, perfecturum. Collegæ eius Paulli una, pridie quam ex urbe proficiscerentur, concio fuit verior, quam gratior populo, quâ nihil inclementer in Varronem dictum, nisi id modo: "Mirari se quomodo quis dux, »priusquam aut suum, aut hostium exercitum, locorum »situm, naturam regionis nosset, iam nunc locatus in ur»be sciret, quæ sibi agenda armato forent; & diem quo»que prædicere posset, quâ cum hoste signis collatis es»set dimicaturus. Se, quæ consilia magis res dent homi»nibus, quam homines rebus, ea ante tempus immatura »non præcepturum. Optare, ut quæ caute, atque con»sulte gesta essent, satis prospere evenirent. Temerita»tem, præterquam quod stulta sit, infelicem etiam ad »id locorum fuisse." Profecti tandem uterque ad exercitum. Hannibal quamquam parte dimidiâ auctas hostium copias cernebat: tamen adventu consulum mire gaudere. Non solum enim nihil ex raptis in diem commeatibus superabat: sed ne unde raperet quidem quicquam reliqui erat, omni undique frumento posteaquam ager parum tutus erat, in urbes munitas convecto; ut vix decem dierum (quod compertum postea est) frumentum superesset, Hispanorumque ob inopiam transitio pa-

XXXIII.

Speculator. Una espía de Hanibal.

Dessidium. Originóse disension sobre la creacion, &c.

Conciones. Las harengas del Consul Varron.

Denunciantes. Dando á entender.

Perfecturum. La concluiria: se entiende la guerra.

Una. Solo echó una harenga.

Qua nihil. En la que nada dixo de duro contra Varron.

Armato. Lo que habia de hacer cuando estuviese en campaña.

Immaturæ. Que él no daria fuera de sazon aquellos consejos, que prometen mas las cosas á los hombres, que estos á las cosas; porque el hombre se ha de acomodar á la situacion de ellas.

Ad id locorum. En esta ocasion.

Raptis. De lo que pillaban para el dia.

Erat. Habia quedado.

parata fuerit, si maturitas temporum exspectata foret.

XLI. Ceterùm temeritati consulis, ac præpropero ingenio materiam etiam fortuna dedit: quod in prohibendis prædatoribus, tumultuario prælio, ac procursu magis militum, quam ex præparato, aut iussu imperatorum orto, haudquaquam par Pœnis dimicatio fuit. Ad mille & septingentos cœsi; non plus centum Romanorum, sociorumque occisis. Ceterum victoribus effuse sequentibus, metu insidiarum obstitit Paullus consul; cuius eo die (nam alternis imperitabant) imperium erat: Varrone indignante ac vociferante, emissum hostem è manibus, debellarique, ni cessatum foret, potuisse. Hannibal id damnum haud ægerrime pati: quin potius credere, velut ineseatam temeritatem ferocioris consulis, ac novorum maxime militum esse: & omnia ei hostium, haud secus quam sua, nota erant: dissimiles discordesque imperitare; duas prope partes tironum militum in exercitu esse. Itaque locum, & tempus insidiis aptum se habere ratus, nocte proxima nihil præter arma ferentes secum milites ducens, castra plena omnis fortunæ publicæ privatæque relinquit, transque proximos montes lævâ pedites instructos condit, dextrâ equites, impedimenta per cornua in medium agmen traducit: ut diripiendis velut desertis fugâ dominorum castris, occupatum, impeditumque hostem opprimeret. Crebri relicti in castris ignes, ut fides fieret, dum ipse longius spatium fuga præciperet, falsâ imagine castrorum (sicut Fabium priore anno frustratus esset) tenere in locis consules voluisse.

Ubi

Si maturitas. Si se hubiera esperado que el tiempo lo madurase.

XLI.

Præpropero. Y conducta trastornada.

Procursu. Y mas que acometimiento de los soldados.

Haudquaquam. Con pérdida de los Africanos.

Effuse. El Consul Paulo detuvo á los Romanos vencedores, que daban alcance muy separados á los Africanos.

Alternis. Un dia uno, otro, otro.

Debellarique. Se podia haber derrotado.

Damnum. La discordia de los Consules.

Velut inescatam. Como cebada.

Dissimiles. Los Consules.

Castra. Dexó su campo lleno de bienes publicos y privados.

Condit. Escondió.

Impedimenta. Los bagages.

Ut diripiendis. Para oprimir á los Romanos ocupados en saquear el campo, como desamparado de su dueño.

Crebri ignes. Muchas hogueras.

Ut fides fieret. Para dar á entender que no queria que los Consules saliesen de las trincheras.

XLII. Ubi illuxit, subductæ primo stationes, deinde propius adeuntibus, insolitum silentium admirationem fecit. Iam satis compertâ solitudine in castris, concursus fit ad prætoria Consulum, nunciantium fugam hostium adeo trepidam, ut tabernaculis stantibus, castra reliquerint: quoque fuga obscurior esset, crebros etiam relictos ignes. Clamor inde ortus, ut signa proferri iuberent, ducerentque ad persequendos hostes, ac protinus castra diripienda. Et Consul alter velut unus turbæ militaris erat. Paullus etiam atque etiam dicere, providendum, præcavendumque esse. Postremo quum aliter neque seditionem, neque ducem seditionis sustinere posset, Marium Statilium præfectum cum turma Lucana exploratum mittit, qui ubi adequitavit portis, subsistere extra munimenta ceteris iussis, ipse cum duobus equitibus vallum intravit; speculatusque omnia cum cura, renunciat, insidias profecto esse: ignes in parte castrorum, quæ vergat in hostem, relictos; tabernacula aperta, & omnia cara in promtu relicta: argentum quibusdam locis temere per vias, velut obiectum ad prædam vidisse. Quæ ad deterrendos à cupiditate animos nunciata erant, ea accenderunt; & clamore orto à militibus, ni signum detur, sine ducibus ituros; haudquaquam dux defuit. Nam extemplo Varro signum dedit proficiscendi. Paullus, cum ei sua sponte cunctanti, pulli quoque auspicio non addixissent, obnunciari iam efferenti portâ signa collegæ iussit: quod quanquam Varro ægre est passus, Flaminii tamen recens casus,

XLII.

Ubi illuxit. Luego que amaneció.

Adeuntibus. A los Romanos que se acercaban al campo de Hanibal.

Concursus: Corren á la tienda de los Consules.

Stantibus. Que estando las tiendas puestas.

Ducem. A Varron que era el principal en querer ir á saquear el campo de Hanibal.

Adequitavit. Fue á caballo hasta la entrada de las trincheras.

Vergat. Por la parte que miraba hácia los Romanos.

Omnia cara. Y todo lo mas precioso estaba dexado mas á la mano.

Accenderunt. Eso les encendió mas la codicia.

Pulli quoque. Tampoco los pollos venian en esta expedicion, porque no quisieron comer el grano que les echaron: segun comian los pollos, y segun saltaban las legumbres de trigo, cebada, &c. así anunciaban los Aruspices Polleros el que se diese ó no la batalla.

Iam. Estorvar al colega que entraba ya las banderas por la puerta de las trincheras.

Flaminii. Que despreciaba á los Dioses, y fue derrotado en Trasimeno.

sus, Claudiique Consulis primo Punico bello memorata navalis clades, religionem animo incussit.

Dii prope ipsi eo die magis distulere, quam prohibuere imminentem pestem Romanis. Nam forte ita evenit, ut quum referri signa in castra iubenti Consuli milites non parerent, servi duo, Formiani unus, alter Sidicini equitis, qui Servilio atque Atilio Cousulibus inter pabulatores excepti à Numidis fuerant, profugerent eo die ad dominos; qui deducti ad Consules denuntiant, omnem exercitum Hannibalis trans proximos montes sedere in insidiis. Horum opportunus adventus, Consules imperii potentes fecit, quum ambitio alterius suam primum apud eos parvâ indulgentiâ maiestatem solvisset.

XLIII. Hannibal posteaquam motos magis inconsulte Romanos, quam ad ultimum temere evectos vidit; nequicquam, detecta fraude, in castra rediit. Ibi plures dies propter inopiam frumenti manere nequibat, novaque consilia in dies, non apud milites solum, mistos ex colluvie omnium gentium, sed etiam apud ipsum ducem oriebantur. Nam quum initio fremitus, deinde aperta vociferatio fuisset, exposcentium stipendium debitum, querentiumque annonam primo, postremo famen, & mercenarios milites, maxime Hispani generis, de transitione cepisse consilium fama esset, ipse etiam interdum Hannibal de fugâ in Galliam dicitur agitasse: ita ut, relicto peditatu omni, cum equitibus se prorriperet. Quum hæc consilia, atque hic habitus animorum esset in castris, movere inde statuit, in calidiora atque eo maturiora messibus Apuliæ loca; simul ut quo longius ab hoste recessisset, transfugia impeditiora levibus ingeniis essent. Profectus est nocte, ignibus simi-

Claudiique. Este porque no querian comer los pollos, los arrojó al mar diciendo: si no comen, que beban.

Incussit. Se atemorizó Varron con este agüero.

Potentes. Mas valerosos en el mandar, y ser obedecidos.

XLIII.

Magis. Que el movimiento de los Romanos mas hab'a sido una inconsideracion, que una temeridad llevada al extremo; y habiendo sido vana su estratagema, por haberse descubierto, se volvió al campo.

Querentiumque. Quejándose primero de la carestía, despues del hambre.

Transitione. De pasarse al partido Romano.

Peditatu. Que dexaba toda la Infantería.

Habitus. Disposicion.

Transfugia. Fuesen las deserciones mas difíciles á los de mala cabeza.

militer factis, tabernaculisque paucis in speciem relictis, ut insidiarum par priori metus contineret Romanos. Sed per eundem Lucanum Statilium, omnibus intra castra transque montes exploratis, quum relatum esset, visum procul hostium agmen: tum de insequendo eo consilia agitari cœpta. Quum utriusque consulis eadem, quæ semper ante, fuisset sententia; ceterum Varroni fere omnes, Paullo nemo, præter Servilium prioris anni consulem, assentiretur; maioris partis sententiâ, ad nobilitandas clade Romana Cannas, urgente fato profecti sunt. Prope eum vicum Hannibal castra posuerat aversa à Vulturno vento qui campis torridis siccitate nubes pulveris vehit. Id cum ipsis crstris percommodum fuit, tum salutare præcipue futurum erat, quum aciem dirigerent, ipsi aversi, terga tantum afflante vento, in obcæcatum pulvere effuso hostem pugnaturi.

XLIV. Consules satis exploratis itineribus, sequentes Pœnum, ut ventum ad Cannas est, ubi in conspectu Pœnum habebant, bina castra communiunt eodem ferme intervallo, quo ad Geronium, sicut ante, copiis divisis. Anfidus amnis utrisque castris affluens, aditum aquatoribus ex suâ cuiusque opportunitate haud sine certamine dabat. Ex minoribus tamen castris, quæ posita trans Aufidum erant, liberius aquabantur Romani, quia ripa ulterior nullum habebat hostium præsidium. Hannibal spem nactus locis natis ad equestrem pugnam, qua parte virium invictus erat, facturos copiam pugnandi consules, dirigat aciem, lacessitque Numidarum procursatione hostes. Inde rursus sollicitari seditione milita-

Speciem. Algunas tiendas apartadas.
Metus. Igual miedo de celadas al que tuvieron poco antes.
Sententia. Ya se dixo arriba que iban discordes.
Cannas. Para hacer famosa á Canas con la matanza de Romanos.
A Vulturno. De espaldas al viento, que corria de la parte de Vulturno.
Qui campis. Que arrastra nubes de polvo de los campos secos del calor.
Aversi. Los Africanos de espaldas al viento.

XLIV.

Bina castra. Formaron dos campos de batalla: cada Consul tenia el suyo.
Affluens. Corriendo por los dos campos de Cartagineses, y Romanos.
Hostium præsidium. Porque la ribera de la otra parte no estaba guarnecida de enemigos.
Qua parte. Porque era mucho mejor su caballeria que la Romana.
Facturos. Le darian ocasion de pelear.
Procursatione. Con acometidas.
Sollicitari. sup. *cœperunt.*

tari ac discordiâ consulum Romana castra: quum Paullus Semproniique & Flaminii temeritatem Varroni, Varro speciosum timidis, ac segnibus ducibus exemplum Fabii obiiceret: testareturque Deos hominesque hic, nullam penes se culpam esse, quod Hannibal iam velut usu cepisset Italiam; se constrictum à collega teneri; ferrum, atque arma iratis, & pugnare cupientibus adimi militibus: ille, si quid proiectis, ac proditis ad inconsultam atque improvidam pugnam legionibus accideret, se omnis culpæ exsortem, omnis eventus participem fore diceret. Videret, ut, quibus lingua tam promta ac temeraria, æque in pugna vigerent manus.

XLV. Dum altercationibus magis quam consiliis tempus teritur, Hannibal ex acie, quam ad multum diei tenuerat instructam, quum in castra ceteras reciperet copias, Numidas ad invadendos ex minoribus castris Romanorum aquatores trans flumen mittit. Quam inconditam turbam, quum vix dum in ripam egressi, clamore ac tumultu fugassent, in stationem quoque pro vallo locatam, atque ipsas prope portas evecti sunt. Id vero indignum visum, ac tumultuario auxilio iam etiam castra Romana terreri: ut ea modo una causa, ne extemplo transirent flumen; dirigerentque aciem, tenuerit Romanos, quod summa imperii eo diei penes Paullum fuerit. Itaque Varro, postero die, cui sors eius diei imperii erat, nihil consulto collegâ, signum pugnæ proposuit, instructasque copias flumen traduxit, sequente Paullo: quia magis non probare, quam non adiuvare consilium poterat. (Clamore sublato pugna commissa est.) Paul-

Speciosum. Plausible solo para los cobardes, &c.

Velut usu. Porque en estando mucho tiempo en alguna parte se adquiere derecho por las leyes.

Ille. El Consul Paulo.

Se omnis. Que él estaba libre de toda culpa, pero seria participante de qualquier suceso.

XLV.

Multum. Hasta muy entrado el dia.

Egressi. Apenas habian acabado de pasar los Numidas.

Fugassent. Hiciesen huir á los que iban á hacer agua.

Vallo. Delante de la trinchera.

Indignum. Esta indignacion era de Varron, y los que eran de su dictamen.

Auxilio. De los Auxiliares Numidas que iban de tumulto.

Ea modo. Que el único motivo, que los detuvo, para &c.

Signum. Era un manto de púrpura, que se ponia sobre la tienda del General, que denotaba haber aquel dia batalla.

XLIX. Paullus, quamquam primo statim prælio fundâ graviter ictus fuerat, tamen & occurrit sæpe cum confertis Hannibali, & aliquot locis prælium restituit, protegentibus eum equitibus Romanis, omissis postremo equis, quia consulem ad regendum equum vires deficiebant. Tum denuncianti cuidam, iussisse consulem ad pedes descendere equites, dixisse Hannibalem ferunt: Quam mallem vinctos mihi traderet! Equitum pedestre prælium, quale iam haud dubiâ hostium victoriâ fuit, quum victi mori in vestigio mallent, quam fugere; victores morantibus victoriam irati, trucidarent, quos pellere non poterant. Pepulerunt tamen iam paucos superantes, & labore, ac vulneribus fessos. Inde dissipati omnes sunt: equosque ad fugam qui poterant, repetebant. Cn. Lentulus tribunus militum, quum prætervehens equo, sedentem in saxo cruore oppletum consulem vidisset. „L. Æmili, inquit, „quem unum insontem culpæ cladis hodiernæ Dii respice„re debent; cape hunc equum, dum & tibi virium aliquid „superest. Comes ego te tollere possum, ac protegere, ne „funestam hanc pugnam morte consulis feceris. Etiam sine „hoc lacrymarum satis luctusque est. Ad ea consul: Tu „quidem, Cn. Corneli, macte virtute esto. Sed cave „frustra miserando, exiguum tempus è manibus ho„stium evadendi absumas. Abi, nuncia publice Patribus, „urbem Romam muniant, ac priusquam hostis victor „adveniat, præsidiis firment: privatimque Q. Fabio, „L. Æmilium præceptorem eius memorem & vixisse, „& adhuc mori. Tu me in hac strage militum meorum „patere exspirare, ne aut reus iterum è consulatu sim, aut „accusator collegæ existam, ut alieno crimine inno„cen-

XLIX.

Confertis Con los mas ordenados.

Mallem. Quanto mas quisiera, ó me alegrara que me los entregase atados.

Pedestre. La caballería peleaba á pie.

Morantibus. Contra los que les detenian la victoria, que eran los de á caballo, que peleaban á pie.

Repetebant. Los que podian, volvian á tomar los caballos para huir.

Prætervehens. Pasando á caballo.

Funestam. La muerte del Consul aumentaria mucho la gloria de Hanibal y descredito de Roma.

Memorem. Que L. Emilio ha tenido presentes sus consejos, no solo mientras ha vivido, sino tambien en su muerte.

Expirare. Permiteme que muera.

„entiam meam protegam." Hæc exigentes, prius turba fugientium civium, deinde hostes, oppressere: consulem, ignorantes quis esset, obruere telis; Lentulum inter tumultum abripuit equus. Tum inde effuse fugiunt. Septem millia hominum in minora castra, decem in maiora, duo ferme in vicum ipsum Cannas perfugerunt: qui extemplo à Carthalone, atque equitibus, nullo munimento tegente vicum, circumventi sunt. Consul alter seu forte, seu consilio, nulli fugientium infestus agmini, cum septuaginta fere equitibus Venusiam profugit. Quadraginta millia peditum, duo millia septingenti equites, & tanta prope civium sociorumque pars cæsi dicuntur; in his alter consulum; questores L. Attilius, & L. Furius Bibaculus: unus & viginti tribuni militum; consulares quidam, prætoriique, & ædilitii; inter eos Cn. Servilium, & M. Minucium numerant, qui magister equitum priore anno, Consul aliquot amnis ante fuerat; octoginta præterea aut senatores, aut qui eos magistratus gessissent, unde in senatum legi deberent; quum suâ voluntate millites in legionibus facta essent. Capta eo prælio tria millia peditum & equites trecenti, dicuntur.

L. Hæc est pugna Cannensis, Alliensi cladi nobilitate par: ceterum, ut illis, quæ post pugnam accidere, levior, quia ab hoste cessatum est; sic strage exercitus gravior, fœdiorque. Fuga namque ad Alliam sicut urbem prodidit, ita exercitum servavit: ad Cannas fugientem consulem vix septuaginta secuti sunt: alterius morientis, prope totus exercitus fuit. Binis in castris quum multitudo semiermis sine ducibus esset; nuncium, qui in maioribus erant,

Protegam. Varron acusó á Livio Salinator, y á Emilio ante el Pueblo. Emilio probó que la culpa era toda de Salinator su cólega; por esto crearon Consul á Varron, y hace alusion á esto.

Carthalone. Capitan Africano.

Tegente. Que no daba defensa alguna á los Romanos que habian huido.

Alter. Varron.

Infestum. No habiendo encontrado á ninguno de los que huian.

Tanta. Tantos Romanos como Auxiliares.

Quæstores. Tesoreros.

Deberent. O que habian tenido aquellos empleos, de los que debian ser promovidos á Senadores.

L.

Nobilitate. Igual en la fama ó nombre que dexaron.

Gravior. Mas dañosa, y horrible por la matanza.

Alterius. Del muerto Consul Emilio, quasi todo su exército murió.

Semiermis. Quasi desarmados.

Maioribus. sup. *castris.*

Prælio. Por haber ganado la victoria, y haber comido los Africanos.

erant, mittunt; dum prælio, deinde ex lætitiæ epulis fatigatos quies nocturna hostes premeret, ut ad se transirent: uno agmine Canusium habituros esse. Eam sententiam alii totam aspernari. "Cur enim illos, qui se arces»sant, ipsos non venire, quum æque coniungi possent? »quia videlicet plena hostium omnia in medio essent: & »aliorum, quam sua corpora tanto periculo mallent ob»iicere." Aliis non tam sententia displicere, quam animus »deesse. P. Sempronius Tuditanus tribunus militum: "Ca»pi ergo mavultis, inquit, ab avarissimo, & crudelissi»mo hoste, æstimarique capita vestra, & exquiri pretia »ab interrogantibus, Romanus civis sis, an Latinus socius, »ut ex tua contumelia, & miseria alteri honos quæratur? »Non tu: siquidem L. Æmilii Consulis, qui se bene mo»ri, quam turpiter vivere maluit, & tot fortissimorum vi»rorum, qui circa eum cumulati iacent, cives estis. Sed »antequam opprimit lux, maioraque hostium agmina ob»sepiunt iter, per hos, qui inordinati, atque incompositi »obstrepunt portis, erumpamus. Ferro atque audacia via fit, »quamvis per confertos hostes. Cuneo quidem hoc laxum, »atque solutum agmen, ut si nihil obstet, transibimus. Itaque »ite mecum, qui & vosmetipsos, & rempublicam salvam »vultis." Hæc ubi dicta dedit, stringit gladium, cuneoque facto per medios vadit hostes. Et quum in latus dextrum, quod patebat, Numidæ iacularentur, translatis in dextrum scutis, in maiora castra ad sexcentos evaserunt: atque inde protinus, alio magno agmine adiuncto, Canusium incolumes perveniunt. Hæc apud victos magis impetu animorum, quem ingenium suum cuique aut fors dabat,

Agmine. Que juntos, &c.
Se arcessant. Porque los que los llamaban á ellos.
Obiiceret. Y querian mas oponer al enemigo los cuerpos de otros que los suyos.
Æstimarique. Que se vendan.
Ab interrogantibus. Con esta perífrasis llama bárbaros á los Africanos.
Non tu. Tu no querras esto.
Cives estis. Si sois conciudadanos de L. Emilio Consul, &c.
Opprimit. Antes que se acabe el dia.
Portis. Nos aturden delante de las trincheras.
Cuneo. Como cuña, ó en ángulo.
Patebat. Y disparando los Numidas al costado derecho, que estaba descubierto, ó sin defensa.
Castra. Al otro campo mayor de los Romanos.
Ingenium. Que á cada uno daba ó su índole, ó la suerte.

bat, quam ex consilio ipsorum, aut imperio cuiusquam agebantur.

LI. Hannibali victori quum ceteri circumfusi gratularentur, suaderentque ut tanto prefunctus bello, diei quod reliquum esset, noctisque insequentis, quietem & ipse sibi sumeret, & fessis daret militibus; Maharbal, præfectus equitum minime cessandum ratus: "Imo, ut quid »hac pugnâ sit actum scias: die quinto (inquit) victor »in capitolio epulaberis: sequere. Cum equite, ut prius »venisse, quam venturum sciant, præcedant." Hannibali nimis læta res est visa, maiorque, quam ut eam statim capere animo posset. "Itaque voluntatem se laudare »Maharbalis (ait), ad consilium pensandum, temporis »opus esse. Tum Maharbal: Non omnia nimirum eidem »Dii dedere: vincere scis, Hannibal, victoriâ uti nes»cis." Mora eius diei satis creditur saluti fuisse urbi, atque imperio. Postero die ubi primum illuxit, ad spolia legenda, fœdamque etiam hostibus, spectandam stragem insistunt. Iacebant tot Romanorum millia; pedites passim, equitesque; ut quem cuique fors aut pugnâ iunxerat, aut fugâ. Assurgentes quidam ex strage media cruenti, quos stricta matutino frigore excitaverant vulnera, ab hoste oppressi sunt. Quosdam & iacentes vivos succisis feminibus, poplitibusque invenerunt: nudantes cervicem iugulumque, & reliquum sanguinem iubentes haurire. Inventi sunt quidam mersis in effossam terram capitibus, quas sibi ipsos fecisse foveas obruentesque ora superiectâ humo interclusisse spiritum ap-

LI.

Quo reliquum. Lo que quedaba de dia y de la noche siguiente lo diese al descanso, &c.

Sequere. Exortaba á Hanibal que no se detuviese en proseguir el alcance, si queria apoderarse de Roma. Hanibal no lo hizo, y esto ha dado que disputar á los Políticos, si obró bien ó mal Hanibal.

Prius venisse. De suerte que haya yo llegado antes que sepan, &c.

Dii. A uno mismo no han concedido los Dioses el saberlo todo.

Fœdamque. Espantosa aun á los enemigos la matanza.

Quem. Segun que huyendo, ó peleando se habian juntado casualmente.

Cruenti. Ensangrentados.

Stricta. Que habian hecho revivir el dolor de las heridas comprimidas con el frio de la mañana.

Feminibus. Los muslos y rodillas.

Nudantes. Estendiendo cuello, y garganta.

Superiecta. Tapadas las bocas con tierra.

apparebat. Præcipue convertit omnes substrâtus Numidâ mortuo super incubanti Romano vivus, naso auribusque laceratis; quum manibus ad capiendum telum inutilibus in rabiem irâ versus, laniando dentibus hostem expirasset.

LIII. Romanis consultantibus inter paucos de summa rerum, nunciat P. Furius Philus, consularis viri filius »Nequicquam eos perditam spem fovere: desperatam, com»ploratamque rem esse publicam. Nobiles iuvenes quos»dam, quorum principem L. Cæcilium Metellum, mare »ac naves spectare, ut, desertâ Italiâ, ad regum aliquem »transfugiant." Quod malum præterquam atrox, super tot clades etiam novum, cum stupore, ac miraculo torpidos defixisset, & qui aderant, concilium advocandum de eo censerent, negat consilii rem esse Scipio, iuvenis fatalis dux huiusce belli. "Audendum atque agendum, non consultandum ait, in tanto malo esse. Irent secum extemplo armati, qui rempublicam salvam vellent. Nusquam verius, quam ubi ea cogitentur, hostium castra esse." Pergit ire, sequentibus paucis, in hospitium Metelli. Et quum concilium ibi iuvenum, de quibus allatum erat, invenisset: stricto super capita consultantium gladio: "Ea »mei animi sententia, inquit, ut ego rempublicam populi »Romani non deseram, neque alium civem Romanum »deserere patiar. Si sciens fallo, tum me Iupiter Opt. »Max. domum, familiam, remque meam pessimo leto »afficias. In hæc verba, L. Cæcili, iures postulo, ceteriique »qui adestis: qui non iuraverit, in se hunc gladium strinctum esse sciat." Haud secus pavidi, quam si victorem Hannibalem cernerent; iurant omnes, custodendosque semetipsos Scipioni tradunt.

Tunc

Romano. Sacado de debajo de un Romano muerto puesto sobre él.
Versus. La ira haciéndole caer en rábia.

LIII.

Summa rerum. Que fin tendria el Imperio.
Fovere. Alimentaban en vano.
Spectare. Tenian ya puestas sus miras en el mar, y marchar en algunas naves.
Defixisset. Los dexó pasmados.
Negat consilii. Escipion joven destinado por los Hados, para Capitan que terminase esta guerra, dice que tal asunto no necesita consejo.
Irent. Que le siguiesen al instante armados los que &c.
Cogitentur. Que en donde ventilen, ó traten tales consejos. *Ea cogitentur* vale *ea consilia agitentur.*
Allatum. De los que se habia hecho la delacion, ó aviso.
Sciens. Se engañó sabiéndolo.
Verba. De defender la patria hasta perder la vida.

LVII. Tunc à senatu decemviri libros adire iussi sunt. Et Q. Fabius Pictor Delphos ad oraculum missus est, sciscitatum, quibus precibus, suppliciisque Deos possent placare, & quænam futura finis tantis cladibus foret. Interim ex fatalibus libris sacrificia aliquod extraordinaria facta, inter quæ Gallus & Galla, Græcus & Græca in foro boario sub terra vivi dimissi sunt in locum saxo conceptum, iam ante hostis humanis, minime Romano sacro, imbutum. Placatis satis, ut rebantur Deis, M. Claudius Marcellus, ab Ostia mille & quingentos milites, quos in classem scriptos habebat, Romam, at urbi præsidio esset, mittit.

LVIII. Hannibal, secundum tam prosperam ad Cannas pugnam victoris magis, quam bellum gerentis intentus curis, quum, captivis productis, segregatisque sociis, eos, sicut ante ad Trebiam Trasimenumque lacum, benigne alloquatus, sine pretio dimisisset; Romanos quoque vocatos (quod nunquam alias antea) satis miti sermone alloquitur: non internecinum sibi esse cum Romanis bellum: de dignitate atque imperio certare. Et patres virtuti Romanæ cessisse: & se id adniti, ut suæ invicem simul felicitati, ne minuti cedatur. Itaque redimendi se captivis copiam facere. Pretium fore in capite, equiti quingenos quadrigatos nummos, trecenos pediti, servo centum." Quanquam aliquantum adiiciebatur equitibus ad id pretium, quod pepigerant dedentes se; læti tamen quamcumque conditionem paciscendi acceperunt. Placuit suffragio ipsorum decem de-

LVII.

Libros. Consultar, ó leer los libros Sibilinos.

Precibus. Rogativas y sacrificios.

Ex fatalibus Sibilinos.

Terra vivi. Fueron enterrados vivos: aqui tienes sacrificios humanos en Roma.

Saxo conceptum. Cercado de piedra.

Minime Romano. Pero esto de ningun modo era conforme á los ritos Romanos; pero Plutarco, Orosio, y Zonaras, dicen se hicieron tambien en el principio de la guerra Galica, que queda contada.

Ab Ostia. Desde el puerto de Hostia.

Scriptos. Alistados para la armada naval.

LVIII.

Segregatisque. Separados los cautivos de los aliados de Roma.

Internecinum. Que no hacia guerra mortal con los Romanos.

Et patres. Los Senadores Africanos.

Copiam facere. Que daban facultad á los cautivos de rescate.

Nummos. Quinientas monedas con el sello de la carroza de cuatro caballos.

Quod pepigerant. Que habian pactado al entregarse.

Suffragio. Por voto de los mismos.

deligi, qui Romam ad senatum irent. Nec pignus aliud fidei, quam ut iurarent se redituros, acceptum. Missus cum his Carthalo nobilis Carthaginiensis: qui, si forte ad pacem inclinarent animos, conditiones ferret. Quum egressi castris essent, unus ex iis minime Romani ingenii homo, velut aliquid oblitus, iurisiurandi solvendi causâ quum in castra redisset, ante noctem comites assequitur. Ubi eos Romam venire nuntiatum est; Carthaloni obviam lictor missus, qui dictatoris verbis nuntiaret, ut ante noctem excederet finibus Romanis.

LIX. Legatis captivorum senatus ab dictatore datus est, quorum princeps M. Iunius omnium verbis concionatus est de præsenti rerum statu. Itaque ubi is finem dicendi fecit, extemplo ab ea turba, quæ in comitio erat, clamor flebilis est sublatus, manusque ad curiam tendebant orantes, ut sibi liberos, fratres, cognatos redderent. Feminas quoque metus, ac necessitas, in foro, turbæ huic virorum immiscuerat: Senatus, summotis arbitris, consuli cœptus. Ibi quum sententiis variaretur, & alii, redimendos de publico, alii nullam publice impensam faciendam, nec prohibendos ex privato redimi, si quibus argentum in præsentiâ deesset, dandam ex ærario pecuniam mutuam, prædibusque ac prædiis cavendum populo, censerent.

LXI. Quamquam Patrum quoque plerosque captivi cognatione attingebant, præter exemplum civitatis minime in captivos iam inde antiquitus indulgentis, pecuniæ quoque summa homines movit: quia nec ærarium exhaurire, magnâ iam summâ erogatâ in servos ad militiam emendos, armandosque, nec Hannibalem maxime huiusce rei, ut fama erat, egentem locupletari volebant.

Quum

Conditiones ferret. Propusiese las condiciones.
Romani ingenii. Que nada tenia de Romano.
Solvendi. Para deshacer, ó no quedar obligado al juramento.

LIX.

Senatus. Les dió audiencia el Dictador en el Senado.
Necessitas. Y el parentesco.
Consuli. Se empezó á deliberar.
Publico. sup. *Nummo.* El dinero publico.
Privato. Que los particulares los rescatasen.
Mutuam. Que se prestase del erario publico.
Prædibusque. De las fianzas é hipotecas que cuidase el Pueblo.

LIX.

Minime. Que ya habia muchos siglos que era poco piadosa con los cautivos.
Summa. Habiendo ya gastado mucho en comprar &c.

Quum triste responsum, non redimi captivos redditum esset, novusque super veterem luctus tot iactura civium adiectus esset, cum magnis fletibus, questibusque legatos ad portam prosecuti sunt. Unus ex iis domum abiit, quod fallaci reditu in castra iureiurando se exolvisset. Quod ubi innotuit, relatum ad senatum est. Omnes censuerunt comprehendendum, & custodibus publice datis deducendum ad Hannibalem esse.

EX LIBRO VIGESIMO TERTIO.

CAP. VII. Hannibal, præmiso nuncio ad Marium Blosium prætorem Campanum, postero die se Capuæ futurum, proficiscitur è castris cum modico præsidio. Marius concione advocatâ, edicit, ut frequentes cum coniugibus ac liberis obviam irent Hannibali. Ab universis, id non obedienter modo, sed enixe, favore etiam vulgi, & studio visendi tot iam victoriis clarum imperatorem, factum est. Decius Magius nec obviam egressus est, nec, quo timorem aliquem ex conscientiâ significare posset, privatim se tenuit: in foro cum filio clientibusque paucis otiose inambulavit, trepidante totâ civitate ad excipiendum Pœnum, visendumque. Hannibal ingressus urbem, senatum extemplo postulat, præcantibusque inde primoribus Campanorum, ne quid eo die seriæ rei gereret, diemque ut ipse adventu suo festum, lætus ac libens celebraret. Quanquam præceps ingenio in iram erat: tamen, ne quid in principio negaret, visendâ urbe magnam diei partem consumsit.

VIII. Diversatus est apud Minios Celeres Stenium, Pacuviumque, inclitos nobilitate ac divitiis. Eo Pacuvius

Iacturæ. Con la pérdida de tantos Ciudadanos.

Reditu. Que con maliciosa vuelta al campo, &c. se habia dado por libre del juramento.

Esse. Y con efecto le llevaron atado á Hanibal.

Cap. VII.

Frequentes. Que todos.

Enixe favore. Sino ansiosamente, y favoreciendo tambien el vulgo.

Quo timorem. Ni para dar muestras de que tenia algun miedo de la inobediencia.

Clientibusque. Ahijados, ó dependientes.

Trepidante. Atropellándose toda Capua, &c.

Ne quid. Que no tratase en aquel dia ninguna cosa grave.

Ingenio. Inclinado á ira por naturaleza.

Visendæ urbe. En ver á Capua.

VIII.

Diversatus est. Se hospedó.

vius Calavius filium iuvenem adduxit, abstractum abs Decii Magii latere, cum quo ferocissime pro Romanâ societate adversus Punicum fœdus steterat: nec eum aut inclinata in partem alteram civitas, aut patria maiestas sententiâ depulerat. Huic tum pater iuveni Hannibalem deprecando magis quam purgando placavit, victusque patris precibus lacrimisque, etiam ad cœnam tum cum patre vocari iussit: cui convivio neminem Campanum, præterquam hospites, Iubeliumque Tauream insignem bello virum, adhibiturus erat.

Cœperunt epulari de die: & convivium non ex more Punico, aut militari disciplinâ esse, sed ut in civitate, atque etiam domo luxuriosâ omnibus voluptatum illecebris instructum. Unus nec dominorum invitatione, nec ipsius interdum Hannibalis, Calavii filius Perolla vinci potuit: ipse valetudinem excusans, patri animi quoque eius haud mirabilem interturbationem caussante. Solis ferme occasu patrem Calavium ex convivio egressum secutus filius, ubi in secretum (hortus erat posticis ædium partibus) pervenerunt: "Consilium, inquit, affero; pater »quo non veniam solum peccati, quo defecimus ad Han»nibalem, impetraturi ab Romanis, sed in multo maiore »dignitate & gratia simus Campani, quam unquam fui»mus." Quum mirabundus pater, quidnam id esset consilii, quæreret; togâ reiecta ab humero, latus succintum gladio nudat: "Iam ego, inquit, sanguine Hannibalis »sanciam Romanum fœdus. Te id prius scire volui, si »forte abesse, dum facinus patratur, malles."

IX. Quæ ubi vidit audivitque senex: velut si iam agen-

Abstractum. Habiéndole sacado del lado, &c.

Cum quo. De cuya parte habia estado fuerte en favor de la amistad Romana.

Sententia depulerat. Le habia podido apartar de su parecer á favor de Roma.

Placavit. Mitigó á Hanibal á favor de este joven, que era su enemigo.

De die. Empezóse el convite de dia contra lo comun.

Luxuriosa. Abundantísima.

Nec ipsius. Ni aun con muchas súplicas de Hanibal.

Caussante. El padre le escusaba diciendo que estaba muy turbado.

Consilium. Una determinacion.

Quo defecimus. Por habernos hecho del partido de Hanibal

Sanciam. Fortaleceré, ratificaré la alianza de Capua con los Romanos.

agendis, quæ audiebat interesset, amens metu: "Per, ego, »te, inquit, fili, quæcumque iura liberos iungunt parenti»bus, precor, quæsoque, ne ante oculos patris facere & pa»ti omnia infanda velis. Paucæ horæ sunt intra quas iuran»tes per quidquid Deorum est, dextræ dextras iungentes, »fidem obstrinximus, ut sacratas fide manus digressi ab »colloquio extemplo in eum armaremus? Surgis ab hospi»tali mensâ, ad quam tertius Campanorum adhibitus ab »Hannibale es, ut eam ipsam mensam cruentares hospitis »sanguine? Hannibalem pater filio meo potui placare, fi»lium Hannibali non posum? Sed si nihil sancti, non fi»des, non religio, non pietas; audeantur infanda, si non »perniciem nobis cum scelere afferunt. Unus aggresurus es »Hannibalem? quid illa turba tot liberorum, servorum»que: quid in unum intenti omnium oculi? quid tot dex»træ? torpescentne in amentia illa? Vultum ipsius Hanni»balis, quem armati exercitus sustinere nequeunt, quem »horret Populus Romanus, tu sustinebis? & alia auxilia de»sint, me ipsum ferire, corpus meum opponentem pro cor»pore Hannibalis, sustinebis? Atqui per meum pectus pe»tendus ille tibi, transfigendusque est. Deterreri hic sine »te, potius quam illic vinci. Valeant preces apud te meæ, »sicut pro te hodie valuerunt."

Lacrymantem inter ea iuvenem cernens; medium complectitur, atque osculo hærens, non ante precibus abstitit, quam pervicit, ut gladium poneret, fidemque daret: nihil facturum tale. Tum iuvenis: "Ego quidem, »inquit, quam patriæ debeo pietatem, exolvam patri. »Tuam

IX.

Amens metu. Fuera de juicio con el miedo.
Infanda. Un hecho tan abominable, indecible.
Obstrinximus. Obligamos nuestra palabra.
Ab hospitali. De un huesped. Eran muy respetadas las leyes de hospedage.
Cruentares. Para ensangrentar.
Non possum. Pude mitigar á Hanibal para mi hijo, y no podré mitigar á mi hijo para Hanibal?
Infanda. Cométanse sacrilegios.
Unus. Tú solo has de acometer á Hanibal.
Amentia illa. Esto es al tiempo que tú locamente le quieras matar.
Alia auxilia. Y demos que no tenga auxilio alguno.
Atqui per. Atravesando mi pecho le has de acometer á él, &c.
Sine te. Déjate disuadir aqui.
Hodie. Las que habia hecho á Hanibal en su favor.
Exsolvam patri. La emplearé en mi padre.

»Tuam doleo vicem, cui ter proditæ patriæ sustinendum »est crimen: semel, quum defectionis ab Romanis, ite»rum, quum pacis cum Hannibale fuisti auctor; tertio ho»die quum restituendæ Romanis Capuæ, mora atque im»pedimentum es. Tu, patria, ferrum, quo pro te armatus, »hanc arcem defendere volebam, hosti minime parcens, »quando parens extorquet, recipe." Hæc cum dixisset, gladium in publicum trans maceriam hosti abiecit: & quo minus res suspecta esset, se ipse convivio reddidit.

X. Postero die senatus frequens datus Hannibali. Ubi prima eius oratio perblanda ac benigna fuit, quâ gratias egit Campanis, quod amicitiam suam Romanæ societati præposuissent, inter cetera magnifica promissa pollicitus, brevi caput Italiæ omni Capuam fore: iuraque inde cum ceteris populis Romanum etiam petiturum. Unum esse exsortem Punicæ amicitiæ fœderisque secum facti, quem neque esse Campanum, neque dici debere, Magium Decium. Eum postulare, ut sibi dedatur, ac se præsente de eo referatur, senatusque consultum fiat. Omnes in eam sententiam ierunt, quanquam magnæ parti, & vir indignus ea calamitate, haud parvo initio minui videbatur ius libertatis.

Egressus curiâ, in templo magistratus consedit: comprehendique Decium Magium, atque ante pedes destitutum, causam dicere iussit. Qui quum, manente ferociâ animi negaret lege fœderis ad id cogi posse, tum iniectæ catenæ, ducique ante lictorem in castra est: iussus. Quoad capite aperto est ductus, concionabundus incessit, ad circumfusam undique multitudinem vociferans: "Habetis libertatem, Campani, quam petistis; fo»ro

Cui ter. Que tres veces te has hecho reo de traicion á la patria.
Quando parens. Puesto que mi padre me lo quita de las manos.
Trans maceriam. Por encima de una tapia.

X.

Frequens. General audiencia, ó Senado.
Romanum etiam. Que los Romanos como vasallos frian allí, á que se les hiciese justicia.
Unum esse. Que solo uno quedaba excluído, &c.
Referatur. Se dé cuenta de su proceder.
Ierunt. Abrazaron aquel parecer.
Destitutum. Dexado á los pies del Magistrado.
Causam dicere. Que se defendiese de las acusaciones.
Id cogi. Se le podia obligar á esto por la ley de alianza con Roma.
Quoad capite. Mientras llevó la cabeza descubierta.
Concionabundus Predicando.

»ro medio, luce clarâ, videntibus vobis, nulli Campano»rum secundus, vinctus ad mortem rapior. Quis violen»tius Capuâ captâ fieret? Ite obviam Hannibali, exorna»te urbem, diemque adventus eius consecrate, ut hunc »triumphum de cive vestro spectetis." Hæc vociferanti, quum moveri vulgus videretur, abvolutum caput est; ocyusque rapi extra portam iussus. Ita in castra perducitur, extemploque impositus in navim, & Carthaginem missus; ne motu aliquo Capuæ ex indignitate rei orto, senatum quoque pœniteret dediti principis: & legatione missâ ad repetendum eum; ne aut negando rem quam primum peterent, offendendi sibi novi socii; aut tribuendo, habendus Capuæ esset seditionis, ac turbarum auctor.

Navem Cyrenas detulit tempestas, quæ tum in ditione regum erant. Ibi, quum Magius ad statuam Ptolemæi regis confugisset, deportatus à custodibus Alexandriam ad Ptolomæum cum eum docuisset, contra ius fœderis vinctum se ab Hannibale esse, vinculis liberatur: permissumque ut rediret, seu Romam, seu Capuam mallet. "Nec Magius, Capuam sibi tutam dicere: & Romam »eo tempore, quo inter Romanos, Campanosque bellum »sit, transfugæ magis, quam hospitis fore domicilium. Nus»quam malle, quam in regno eius vivere, quem vindicem »atque auctorem habeat libertatis."

XI. Dum hæc geruntur, Q. Fabius Pictor legatus à Delphis Romam rediit, responsumque ex scripto recitavit: Divi quoque in eo erant, quibus quoque modo supplicaretur. "Tum si ita facitis, Romani, vestræ res »meliores facilioresque erunt; magisque ex sententia »res-

Secundus. A ningun Campano inferior.
Ite obviam. Sarcasmo ó ironía.
Indignitate. De aquella injusticia si le quitaban la vida.
Dediti principis. Se arrepentia ya de haber entregado aquel hombre principal.
Legatione. Si enviaban legados á volverlo á pedir, &c.
Novi socii. De ofender á los nuevos aliados.
In ditione. Despues los Romanos la ganaron y la juntaron á las Provincias de Africa.
Ptolemæi regis. Rey de Egipto. Ademas de las aras de los Dioses, servian tambien de asilo las de los varones esclarecidos.
Nusquam. Que en ninguna parte mejor que en su Reyno viviria, &c.

XI.

Ex scripto. Lo leyó segun estaba escrito.
Divi quoque. Estaban tambien escritos los nombres de los Dioses, á quienes se debia sacrificar, y el cómo.
Ex sententia. Segun vuestros deseos.

»respublica vestra vobis procedet, victoriaque duelli, po»puli Romani erit. Pythio Apollini, republicâ vestrâ be»ne gestâ, servataque, lucris meritis donum mittitote, »deque præda manubiis spoliisque honorem habetote; las»civiam à vobis prohibetote." Hæc ubi ex Græco carmine interpretata recitavit; tum dixit. "Se oraculo egressum »extemplo, hic omnibus Divis rem divinam thure, ac »vino fecisse; iussumque ab templi antistite, sicut coro»natus laureâ coronâ & oraculum adisset, & rem divi»nam fecisset, ita coronatum navim ascendere, nec ante »deponere eam, quam Romam pervenisset. Se, quæcum»que imperata sint, cum summâ religione ac diligentiâ ex»secutum: coronam Romæ in aram Apollinis deposuisse." Senatus decrevit, ut eæ res divinæ, supplicationesque, primo quoque tempore cum cura fierent.

Dum hæc Romæ in Italia geruntur, nuncius victoriæ ad Cannas: Carthaginem venerat Mago Amilcaris filius: non ex ipsa acie à fratre missus, sed retentus aliquot dies in recipiendis civitatibus Bruttiorum, quæque deficiebant. Is quum ei senatus esset, res gestas in Italia à fratre exponit. "Cum sex imperatoribus eum, quorum »quatuor consules, duo dictator ac magister equitum »fuerint, cum sex consularibus exercitibus acie conflixisse: »occidisse supra ducenta millia hostium, supra quin»quaginta millia cepisse. Ex quatuor consulibus duos oc»cidisse, ex duobus saucium alterum, alterum toto exer»citu amisso vix cum quinquaginta hominibus effugis»se. Magistrum equitum, quæ consularis potestas sit, »fusum fugatumque: dictatorem, quia se in aciem »nunquam commiserit, unicum haberi imperatorem. »Bruttios Apulosque, partim Samnitium ac Lucanorum »de-

Duelli. Arcaismo por *belli.*
Lucris meritis. Enviad de los trapheos los dones debidos, &c.
Honorem habetote. Honradlos.
Oraculo. Con la respuesta.
Rem divinam. Que sacrificó vino é incienso.
Oraculum. Así como había entrado á consultar el oráculo.
Summa religione. Con mucho escrúpulo y cuidado.
Supplicationesque. Rogativas.
Recipiendis. En sosegar.
Deficiebant. Que se rebelaban.
Consularibus. Consulares.
Quæ consularis. Cuya potestad era consular.
Quia se. Porque nunca entró en batalla con Hanibal, era el único General; habla de Fabio.

»defecisse ad Pœnos. Capuam, quod caput, non Campaniæ modo, sed post afflictam Remp. Romanam Cannensi pugnâ, Italiæ sit, Hannibali se tradidisse. Pro his »tantis totque victoriis verum esse grates deis immortalibus agi haberique.«

Ad fidem deinde tam lætarum rerum, effundi in vestibulo curiæ iussit annulos aureos, qui tantus acervus fuit, ut metientibus dimidium super tres modios explesse, sint quidam auctores. Fama tenuit, quæ proprior vero est, haud plus fuisse modio. Adiecit deinde verbis, quo maioris cladis indicium esset, neminem, nisi equitem, atque eorum ipsorum primores, id genere insigne.

XIV. Hannibal, Capuâ receptâ: quum iterum Neapolitanorum animos, partim spe, partim metu nequicquam tentasset, in agrum Nolanum exercitum traducit: & ut non hostiliter statim, quia non desperabat voluntariam deditionem: ita si morarentur spem, nihil eorum, quæ pati, aut timere possent, prætermissurus. Senatus, ac maxime primores eius in societate Romana cum fide perstare: plebs novarum, ut solet, rerum, atque Hannibalis tota esse: metumque agrorum populationis, & patienda in obsidione multa gravia, indignaque, proponere animo. Neque auctores defectionis deerant. Itaque ubi senatum metus cepit, si propalam tenderent, resisti multitudini concitatæ non posse; clam simulando dilationem mali inveniunt. Placere enim sibi defectionem ad Hannibalem simulant: quibus autem conditionibus in fœdus, amicitiamque novam transeant, parum constare. Ita spatio sumto, legatos propere ad Prætorem Romanum Marcellum Claudium, qui Casilini cum exercitu erat, mittunt: docentque quanto in discrimine sit Nolana res.

Sub

Defecisse. Se hicieron del partido de Hanibal.
Agi haberique. Dar y hacer gracias, &c.
Dimidium. Tres celemines y medio.
Id gerere. Llevaban este adorno del anillo.

XIV.

Si morarentur. Si frustraban sus esperanzas.
Perstare. Estaban firmes.
Proponere. Y proponian en su imaginacion lo que habian de padecer.
Auctores. Consejeros de la rebelion.
Metus cepit. Despues que el Senado empezó á temer.
Parum constare. Que estaban poco asegurados, con qué condiciones harian, &c.

XV. Sub adventum prætoris Romani, Pœnus agro Nolano excessit: & ad mare proxime Neapolim descendit, & peti Nuceriam. Eam, quum aliquandiu circumsedisset, sæpe vi, sæpe sollicitandis nequicquam nunc plebe, nunc principibus, fame demum in deditionem accepit.

XVI. Quum ille ad nolam redisset, plebesque Nolana de integro ad defectionem spectaret, Marcellus sub adventum hostium, intra muros se recepit; non castris metuens, sed ne prodendæ urbis occasionem nimis multis in eam imminentibus daret. Instrui deinde utrinque acies cœptæ; Romanorum pro mœnibus Nolæ: Pœnorum ante castra sua. Prælia hinc parva inter urbem, castraque, & vario eventu fiebant: Marcellus tandem fortunam pugnæ experiri statuit: patefactâ repente portâ, signa canere, clamoremque tolli, ac pedites primum, deinde equites, quanto maximo possent impetu, in hostem erumpere iubet: satis terroris, tumultusque in aciem mediam intulerant, quum duabus circa portis Valerius Flaccus, & C. Aurelius legati in cornua hostium erupêre. Addidêre clâmorem lixæ, calonesque, & alia turba custodiæ impedimentorum apposita, ut paucitatem maxime spernentibus Pœnis, ingentis repente exercitus speciem fecerint. Vix equidem ausim affirmare, quod quidam auctores sunt, duo milia & trecentos hostium cæsos: non plus uno Romanos amisisse. Sive tanta, sive minor victoria fuit; ingens eo die res, ac nescio an maxima illo bello gesta sit. Non vinci enim ab Hannibale, vicentibus difficilius fuit, quam postea vincere.

XVII. Hannibal spe potiundæ Nolæ ademtâ, quum Acer-

XV.

Pœnus. Salió Hanibal del territorio de Nola.
Famen demum. En fin la tomó por hambre.

XVI.

Spectare. Se inclinaba á la rebelion.
Non castris. No porque temiese el pelear con Hanibal en campo raso.
Imminentibus. Propensos á entregarse.
Pro mœnibus. Delante de los muros.
Patefactæ repente. Abriendo de improviso las puertas de la ciudad de Nola.
In aciem. En el centro del enemigo.
Lixæ calonesque. Vivanderos, y Lavanderos.
Quod quidam. Lo que algunos aseguran.
Non plus. Solo uno.
Ac nescio. Y no sé si la mayor.
Vincere. El no ser vencidos de Hanibal fue mas dificil á los vencedores, que el vencerle despues.

Acerras recessisset: Marcellus extemplo clausis portis custodibusque dispositis, ne quis agrederetur, quæstionem in foro de iis, qui clam in colloquiis hostium fuerant, habuit: supra septuaginta damnatos proditionis securi percusit, bonaque eorum iussit publica populi Romani esse: & summa rerum senatui traditâ, cum exercitu omni profectus supra Suessulam, castris positis consadit. Pœnus Acerras primum ad voluntariam deditionem conatus perlicere, posteaquam obstinatos vidit obsidere inde, atque oppugnare parat. Ceterum Acerranis plus animi, quam virium erat. Itaque desperatâ tutela urbis, ut circumvallari mœnia viderunt, priusquam continuarentur hostium opera, per intermissa munimenta, neglectasque custodias, silentio noctis dilapsi, per vias, inviaque, quâ quemque, aut consilium, aut terror tulit, in urbes Campaniæ, quæ satis certum erat non mutasse fidem, perfugerunt. Hannibal, Acerris direptis, atque incensis, quum à Casilino dictatorem Romanum, legionesque eminus adspici nunciassent, ne quid tam propinquis hostium castris Capuæ quoque moveretur, exercitum ad Casilinum ducit.

XVIII. Castris ante ipsa mœnia oppositis, parvam urbem, parvumque præsidium, summâ vi atque omnibus copiis oppugnare parat. Socii Romanorum propugnacula adversus vineas statuere, transversis cuniculis hostium cuniculos excipere, & palam & clam cœptis obviam ire; donec pudor etiam Hannibalem ab incœpto avertit: castrisque communitis, ac præsidio modico impo-

XXII.

Habuit. Hizo averiguacion.
Supra. Mas de sesenta.
Publica. Que fuesen del público de Roma: esto es, se le confiscaron los bienes.
Conatus perlicere. Intentó atraer.
Desperata tutela. Desconfiando poder defender la ciudad.
Per intermissa. Por los espacios de los vallados aun no concluidos.
Quæ satis. Las que se sabia con bastante certeza permanecian en la fidelidad á los Romanos.
Eminus adspici. Avisándole se descubrian á lo lejos.
Capuæ quoque. No fuese que en Capua se excitase tambien contra él alguna sedicion teniendo el campo Romano tan cerca.

XVIII.

Propugnacula. Torreones.
Excipere. Cortaron, contraminaron las minas del enemigo.
Obviam ire. Oponerse á las empresas.
Præsidio. Y dejada una pequeña guarnicion.

posito, ne omissa res videretur, in hyberna Capuam concessit. Ibi partem maiorem hyemis, exercitum in tectis habuit, adversus omnia humana mala sæpe ac diu durantem, bonis inexpertum, atque insuetum. Itaque quos nulla mali vicerat vis, perdidere nimia bona ac voluptates inmodicæ: & eo impensius, quo avidius ex insolentiâ in eas se merserant. Somnus enim; & vinum, & epulæ, & libidines, balneaque, & otium, consuetudine in dies blandius, ita enervaverunt corpora, animosque, ut magis deinde præteritæ eos victoriæ, quam præsentes tutarentur vires, maiusque id peccatum ducis apud peritos artium militarium haberetur, quam quod non ex Cannensi acie protinus ad urbem Romanam duxisset. Illa enim cunctatio distulisse modo victoriam, videri potuit; hic error vires ademisse ad vincendum. Itaque, hercule, velut si cum alio exercitu à Capua exiret; nihil usquam pristinæ disciplinæ tenuit. Nam & redierunt plerique libidinibus impliciti: & ubi primum sub pellibus haberi cœpti sunt, viaque & alius militaris labor excepit, tironum modo, corporibus, animisque deficiebant: & deinde per omne æstivorum tempus, magna pars sine commeatibus ab signis dilabebantur: neque aliæ latebræ, quam Capua, desertoribus erant.

XIX. Ceterum, mitescente iam hyeme, educto ex hybernis milite, Casilinum redit. Ubi quanquam ab oppugnatione cessatum erat, obsidio tamen continuata oppidanos, præsidiumque ad ultimum inopiæ adduxerat. Castris Romanis T. Sempronius præerat, dictatore auspiciorum repetendorum causâ profecto Romam. Marcellum,

In hyberna. Para aquartelarse.
Durantem. Tolerando.
Inexpertum. El exército de Hanibal, que ni habia esperimentado, ni estaba acostumbrado á regalo alguno.
Ex insolentia. Por no estar acostumbrados.
Enervaverunt. De tal suerte debilitaron.
Duxisset. sup. *Exercitum.*
Modo. por entonces.
Hic error. El haberse dado al regalo.
Hercule. Asi Dios me ayude.
Impliciti. Encenagados en livianades.
Sub pellibus. Baxo de tiendas.
Tironum. A manera de visoños.
Aliæ latebræ. Otro escondrijo, ó abrigo.

XIX.

Dictatore. El Dictador Marco Fabio Buston se habia partido á Roma para repetir los agüeros: esto es, la confirmacion del imperio de Dictador.

lum, & ipsum cupientem ferre auxilium obsessis; & Vulturnus amnis inflatus aquis, & preces Nolanorum atque Acerranorum, tenebant; Campanos timentium, si præsidium Romanorum abscessisset. Gracchus assidens tantum Casilino, quia prædictum dictatoris, ne quid absente eo rei gereret, nihil movebat; quamquam quæ facile omnem patientiam vincerent, nunciabantur à Casilino. Nam & præcipitasse se quosdam non tolerantes famem, constabat: & stare inermes in muris, nuda corpora ad missilium telorum ictus præbentes. Ea ægre patiens Gracchus; quum neque pugnam conserere dictatoris iniussu auderet (pugnandum autem esse si palam frumentum importaret, videbat); neque clam importandi spes esset, farre ex agris circa undique convecto, quum complura dolia complesset, nuncium ad magistratum Casilinum misit, ut exciperent dolia, quæ amnis deferret. Insequenti nocte intentis omnibus in flumen, ac spem ab nuncio Romano factam, dolia medio missa amni defluxerunt: æqualiter inter omnes frumentum divisum. Id postero quoque die ac tertio factum est. Nocte & mittebantur, & perveniebant: eo custodias hostium fallebant. Imbribus deinde continuis citatior solito amnis, transverso vortice dolia impulit ad ripam, quam hostes servabant. Ibi hærentia inter obnata ripis salicta, conspiciuntur: nunciatumque Hannibali est, & deinde interiore custodia cautum, ne quid falleret Vulturno ad urbem missum. Nuces tamen fusæ ab Romanis castris, quum medio amni ad Casilinum defluerent, cratibus excipiebantur. Postremo ad id eventum inopiæ est, ut lora detractasque scutis pelles, ubi fervidâ mollissent aquâ, mandere conarentur, nec muribus, aliove animali abstinuerunt.

Timentium. Los Nólanos, y Acerranos temian á los de Capua si se retiraba al Exército Romano.
Assidens. Quieto junto á Casilino.
Nunciabantur. Se contaban cosas que harian facilmente perder toda paciencia.
Si palam. Veia habia de Pelear si llevaba á Casilino socorro públicamente.
Farre. Farro, trigo.
Dolia. Tinajas.
Eo. Por este medio burlaban las centinelas enemigas.
Citatior solito. Mas crecido de lo acostumbrado.
Vorsice. Habiendo torcido la corriente.
Inter obnata. Entre los matorrales de las orillas.
Vulturno. Enviado por el rio Vulturno.
Cratibus. Con sus esparaveles.

tinerent, & omne herbarum, radicumque genus aggeribus infimis muri eruerent; & quum hostes obarassent quidquid herbidi terreni extra murum erat, raporum semen iniecerunt, ut Hannibal: "Eone usque dum ea nascantur, ad Ca-»silinum sessurus sum?" exclamaret; & qui nullam antea pactionem auribus admiserat, tum demum agi secum est passus de redemtione liberorum capitum. Septunces auri in singulos pretium convenit. Fide accepta sese tradiderunt: donec omne aurum persolutum est, in vinculis habiti: tum remissi cumas cum fide.

EX LIBRO VIGESIMO QUARTO.

CAP. IV. In Sicilia Romanis omnia mutaverat mors Hieronis, regnumque ad Hieronymum nepotem eius translatum, puerum vixdum libertatem, nedum dominationem, modice laturum. Læte id ingenium tutores, atque amici ad præcipitandum in omnia vitia acceperunt.

V. Legati ad Hannibalem missi, ac remissi ab eo cum Hannibale nobili adolescente Hippocrates, & Epicydes nati Carthagine, sed oriundi ab Syracusis; exule avo, Pœni ipsi materno genere. Per os iuncta societas Hannibali, ac Syracusano tyranno; nec invito Hannibale apud tyrannum manserunt. Appius Claudius prætor, cuius Sycilia provincia erat, ubi ea accepit, extemplo legatos ad Hieronymum misit: qui quum sese ad renovandam societatem, quæ cum avo fuisset, venisse dicerent, per ludibrium auditi, dimissique sunt, ab quærente per iocum Hieronymo, quæ fortuna eis pugnæ ad Cannas fuisset? vix credibilia enim legatos Hannibalis narrare. Velle,

Aggeribus. De los montones de tierra de junto al muro.
Obarassent. Hubiesen arrancado.
Raporum semen. Los de Casilino plantaron rábanos por vilipendio.
Liberorum capitum. De los hombres hidalgos.
Septunce. Siete onzas de oro.

Cap. IV.

Id ingenium. El natural de Gerónimo.

V

Hannibale. Este es otro Hanibal.
Exule avo. De su abuelo desterrado.
Pœni ipsi. Cartagineenses por parte de madre.
Tyranno. Gerónimo.
Sicilia. Cuyo gobierno era la Sicilia.
Per ludibrium. Para burlarse.
Hieronymo. Por Gerónimo, que por mofa les preguntó, &c.

le, quid veri sit, scire, ut ex eo, utrâm spem sequatur, consilium capiat. Romani, quum serio legationes audire cepisset, redituros se ad eum dicentes esse, monito magis eo, quam rogato, ne fidem temere mutaret, proficiscuntur. Hieronymus legatos Carthaginem misit, ad fœdus ex societate cum Hannibale faciendum.

XXXII. Hæc nunciata quum essent Romanis, ex Leontinis mota sunt extemplo castra ad Syracusas. Inde terrâ, marique simul à Marcello cœptæ oppugnari Syracusæ: terrâ ab Hexapylo, mari ab Achradina, cuius murus fluctu, alluitur. Et quia sicut Leontinos terrore ac primo impetu ceperant, non diffidebant vastam disiectamque spatio urbem parte aliqua se invasurus; omnem apparatum oppugnandarum urbium muris admoverunt.

XXXIII. Et habuisset tanto impetu cœpta res fortunam nisi unus homo Syracusis ea tempestate fuisset. Archimedes is erat; unicus spectator cœli siderumque: mirabilior tamen inventor ac machinator bellicorum tormentorum, operumque: quibus ea quæ hostes ingenti mole agerent, ipse perlevi momento ludificaretur. Murum per inæquales ductum colles, pleraque alta, & difficilia aditu, summissa quædam, & quæ planis vallibus adiri possent, ut cuique aptum visum est loco, ita omni genere tormentorum instruxit. Achradinæ murum, qui ut ante dictum est, mari alluitur, ex quinqueremibus Marcellus oppugnabat. Ex ceteris navibus sagitarii funditoresque, & velites etiam, quorum telum

Ut ex eo. Para saber, segun el éxito de la batalla de Canas, á qué partido aplicarse, si al Romano, ó al Cartagines.

Monito Magis. Como solo le dijeron que volverian á darle la respuesta; esta amenaza le sirvió mas de consejo, que de súplica, para que no dejase á los Romanos.

XXXII.

Terra ab. Por tierra la combatian de la puerta Hexapylo que estaba en el barrio Tyche. La ciudad se componia de quatro ciudades, ó barrios, que eran la Acradina, el Tiche, Nápoles, y Hexapylo.

Cuius murus. Cuyos muros baña el mar.

Disiectamque. Separada en grandes trechos.

XXXIII.

Mirabilior. El mas admirable inventor, ó maquinista.

Momento. Con muy poco trabajo lo dejaba burlado: lo destruia.

Ductum. Que corria sobre collados desiguales.

Tormentorum. Máquinas de guerra para combatir la Ciudad.

Quinqueremibus. Desde las galeras de cinco órdenes de remos.

Quorum telum. Cuyas flechas es necesario mucha destreza para arrojarlas.

lum inhabile ad remittendum imperitis est, vix quemquam sine vulnere consistere in muro patiebantur. Hi, quia spatio missilibus opus est, procul muro tenebant naves. Iunctæ aliæ binæ ad quinqueremes, demtis interioribus remis; ut latus lateri applicaretur: quum exteriore ordine remorum velut naves agerentur, turres contabulatas machinamentaque alia quatiendis muris portabant. Adversus hunc navalem apparatum, Archimedes variæ magnitudinis tormenta in muris disposuit. In eas, quæ procul erat naves saxa ingenti pondere emittebat: propiores levioribus, eoque magis crebris petebat telis: postremo, ut sui vulnere intacti tela in hostem ingererent, murum ab imo ad summum crebris, cubitalibus fere cavis aperuit, per quæ cava pars sagittis, pars scorpionibus modicis ex occulto petebant hostem. Quæ propius quædam subibant naves quo interiores ictibus tormentorum essent, in eas tollenone super murum eminente, ferrea manus firmæ catenæ illigata, quum iniecta proræ esset, gravi libramento plumbi recellente ad solum, suspensâ prorâ, navim in puppim statuebat: dein remissa subito, velut ex muro cadentem navim cum ingenti trepidatione nautarum ita undæ affligebat, ut etiamsi recta recideret, aliquantum aquæ acciperet. Ita maritima oppugnatio est elusa, omnisque vis est eo versa, ut totis viribus terra aggrederentur. Sed ea quoque pars eodem omni apparatu tormentorum instructa erat, Hieronis impensis curaque per multos annos, Archimedis unicâ arte. Natura etiam iuvabat loci, quod saxum cui imposita muri fundamenta sunt, magna ex parte ita proclive est, ut non solum missa tormento, sed etiam

quæ

Quia spatio. Porque necesitaban de distancias estas armas arrojadizas.

Velut naves. Como las naves comunes.

Cavis. Abrió de arriba á bajo muchos agugeros de casi un codo.

Per quæ. Por cuyos agugeros unos arrojaban saetas contra el enemigo, otros con escorpiones, &c. Eran máquinas de estructura poco conocida.

Subibant. Se acercaban por bajo los muros.

Tollenone. Puesta la máquina Tollenon. Era una especie de balanza; en un brazo tenia un peso, y en el otro un garfio.

Iniecta. Arrojado este garfio á la proa.

Recellente. Tirando hácia bajo por la parte que hacia romana el peso.

Navim. Hacia meter la popa en el agua, quedando levantada la nave.

Trepidatione. Atropellamiento.

Affligebat. Azotaba el agua.

Tormentorum. De máquinas.

Proclive. Pendiente.

quæ pondere suo provoluta essent, graviter in hostem incíderent. Eadem causa ad subeundum arduum aditum instabilemque ingressum præbebat. Ita consilio habito quum omnis conatus ludibrio esset, absistere oppugnatione, atque obsidendo tantum arcere terrâ marique commeatibus hostem placuit.

EX LIBRO VIGESIMO QUINTO.

CAP. XXIII. Quum maxime Capua circumvallaretur à consulibus, Syracusarum oppugnatio ad finem venit, præterquam vi ac virtute ducis exercitusque, intestinâ etiam proditione adiuta. Namque Marcellus initio veris incertus, utrum Agrigentum ad Himilconem & Hippocratem verteret bellum, an obsidione Syracusas premeret; quamquam nec vi capi videbat posse inexpugnabilem terrestri ac maritimo situ urbem, nec fame, quam prope liberi ab Carthagine commeatus alerent, tamen ne quid inexpertum relinqueret, transfugas Syracusanos, (erant autem apud Romanos aliqui nobilissimi viri inter defectionem ab Romanis, quia ab nobis consiliis abhorrebant, pulsi) colloquiis suæ partis tentare hominum animos iussit, & fidem dare, si traditæ forent Syracusæ, liberos eos, ac suis legibus victuros esse. Non erat colloquii copia; quia multorum animi suspecti, omnium curam, oculosque converterant, ne quid falleret tale admissum. Servus unus exsulum pro transfuga intromissus in urbem, conventis paucis, initium colloquendi de tali re fecit. Deinde in piscatoria quidam navi, retibus operti, circumvectique ita ad castra Romana, collocutique cum transfugis, & idem sæpius eodem modo alii at-

Ad subeundum. Para dar asaltos.

CAP. XXIII.

Adiuta. Fue ayudada la rendicion por traicion de los de la ciudad.

Proge liberi. Casi sin impedimento se conducian á Zaragoza los víveres desde Cartago.

Inter defectionem. Desterrados de Zaragoza en la rebelion contra Romanos.

Copia. No habia facilidad en poderse comunicar.

Ne quid. De que no se escapase algo de esto.

Pro transfuga. Como desertor del campo Romano.

Transfugis. Con los que habia en el campo Romano desertores de Zaragoza.

atque alii. Postremo ad octoginta factî: &, quum iam composita omnia ad proditionem essent, indicio delato ad Epyciden per Attalum quendam indignantem sibi rem creditam non esse, necati omnes cum cruciatu sunt. Alia subinde spes, postquam hæc vana evaserat, excepit. Damippus quidam Lacedæmonius missus ab Syracusis ad Philippum regem, captus ab Romanis navibus erat. Huius utique redimendi & Epycidæ cura erat ingens: nec abnuit Marcellus, iam tum Ætolorum, cuius gentis socii Lacedæmonii erat amicitiam affectantibus Romanis. Ad colloquium de redemtione eius missis, medius maxime atque utrisque opportunus locus, ad portum Trogiliorum propter turrim, quam vocant Galeagram, est visus. Quo cum sæpius commearent, unus ex Romanis ex propinquo murum contemplatus, numerando lapides, æstimandoque ipse secum quid in fronte paterent, simul altitudinem muri, quantum proxime coniecturâ poterat, permensus humiliorumque aliquanto primâ opinione suâ & ceterorum omnium ratus esse, vel mediocribus scalis superabilem, ad Marcellum rem defert. Haud spernenda res visa. Sed, quum adiri locus, qui ob idipsum intentius custodiebatur, non posset, occasio quærebatur. Quam obtulit transfuga, nuncians, diem festum Dianæ per triduum agi, & quia alia in obsidione desint, vino largius epulas celebrari; & ab Epycide præbito universæ plebi, & per tribus à principibus diviso. Id ubi accepit Marcellus, cum paucis tribunorum militum collocutus, electisque per eos, ad rem tantam agendam, audendamque, idoneis centurionibus militibusque, & scalis in occulto comparatis: ceteris signum dari iubet, ut mature corpora curarent, quietique darent. Nocte in expeditionem eun-

Rem creditam. De que no se le hubiese fiado el secreto, que fraguaban de entregar á Zaragoza.
Eius. Del rescate de Damippo.
Est visus. Pareció á entrambos muy oportuno un lugar rayano junto al Puerto, &c.
Quid in fronte. Quan anchas eran.
Humiliorumque. La juzgó algo menos alta de lo que él pensaba antes y todos los demas.
Agi. Que se celebraba, &c.
Et quia. Y porque no tenia otra cosa que el vino, por razon del sitio, ó asedio.
Præbito. El vino.
Diviso. Entre las tribus dado el vino para la plebe.
Comparatis. Juntadas ocultamente.
Corpora curarent. Se armasen.

eundum esse. Inde ubi id temporis visum quo de die epulatis iam vini satietas, principiumque somni esset, signi unius milites ferre scalas iussit, & ad mille fere armati tenui agmine per silentium eo deducti. Ubi sine strepitu ac tumultu primi evaserunt in murum, secuti ordine alii, quum priorum audacia dubiis etiam animum faceret.

XXIV. Iam mile armatorum ceperant partem, quum ceteræ admotæ, pluribusque scalis in murum evadebant signo ab Hexapylo dato, quo per ingentem solitudinem erat perventum, quia magna pars in turribus epulati, aut sopiti vino erant, aut semigraves potabant. Paucos tamen vecram oppresos in cubilibus interfecerunt. Prope Hexapylon est portula magnâ vi refringi cœpta: & è muro ex composito turbâ datum signum erat; & iam undique non furtim, sed vi apertâ, gerebatur res, quippe ad Epipolas, frequentem custodiis locum, perventum erat: nec rendique magis hostes erant quam fallendi, sicut territi sunt. Nam simul ac tubarum est auditus cantus, clamorque tenentium muros partemque urbis; omnia teneri custodes rati, alii per murum fugere, alii salire de muro, præcipitarique turbâ paventium. Magna pars tamen ignara tanti mali erat; & gravatis omnibus vino somnoque, & in vastæ magnitudinis urbe, partium sensu non satis pertinente in omnia. Sub luce Hexapylo effracto, Marcellus omnibus coppiis urbem ingressus, excivit, convertitque omnes ad arma capienda, opemque, si quam possent, iam captæ prope urbi ferendam. Epipolæ ab Insula, quam ipsi Nason vocant, citato profectus agmine, haud dubius quin paucos per negligentiam custodum transgressos murum expul-

De die. Entre el dia.
Signi unius. Mandó á los soldados de quasi un batallon llevasen escaleras.
Tenui agmine. A la desfilada.
Ordine. Por su orden.
Dubiis. Daba vigor aun á los temerosos.

XXIV.

Ceteræ admotæ. Puestas las demas escalas.
Semigraves. Medio dormidos bebian aun.
Ex composito. De acuerdo.
Custodiis. Lleno de centinelas.
Omnia tenere. Las centinelas, juzgando que de todo se habian apoderado.
Præcipitarique. Empezaron á ser precipitados con el tropel de los timidos.
Sensu. Al oido que no lo podia distinguir todo lo que sucedia.
Citato. A largas jornadas.

pulsurus foret occurrentibus pavidis tumultum augere eos dictitans, & maiora ac terribiliora vero afferre, postquam conspexit omnia circa Epipolas armis completa, lacessito tantum hoste paucis missilibus, retro in Achradinam agmen convertit: non tam vim, multitudinemque hostium metuens, quam nec qua intestina fraus per occasionem oriretur clausasque inter tumultum Achradinæ atque Insulæ inveniret portas. Marcellus ut mœnia ingressus, ut superioribus locis urbem, omnium ferme illâ tempestate pulcerrimam, subiectam oculis vidit, illacrymasse dicitur, partim gaudio tantæ perpetratæ rei, partim vetustâ gloriâ urbis.

XXV. Tenebant Achradine portas, murosque maxime transfugæ, quibus nulla erat per conditiones veniæ spes: ii nec adire muros, nec alloqui quemquam passi. Itaque Marcellus, postquam id inceptum irritum fuit, ad Euryalum signa referri iussit. Tumulus est in extrema parte urbis versus à mari; viæque imminens ferenti in agros mediterraneaque insulæ, percommode situs ad commeatus excipiendos. Præerat huic arci Philodemus Argivus, ab Epycide impositus: ad quem missus à Marcello Sosis, unus ex interfectoribus tyranni, cum longo sermone habito dilatus per frustrationem esset, retulit Marcello, tempus eum ad deliberandum sumsisse.

Quum is diem de die differret, dum Hippocrates atque Himilco admoverent castra legionesque, haud dubius, si in arcem accepisset eos, deleri Romanum exercitum inclusum muris posse. Marcellus ut Euryalum neque tradi neque capi vidit posse, inter Neapolim & Ty-

Occurrentibus. A los temerosos, que le salian al encuentro, les decia, &c.

Ac terribiliora. Y que le contaban cosas mas terribles que lo que eran, &c.

Missilibus. Habiendo arrojado algunos dardos á los Romanos.

Occasionem. Por la oportunidad del tiempo.

Illa tempestate. En aquel tiempo la mas hermosa.

XXV.

Erat per. Como traidores á la patria no tenian esperanza de poderse componer con los Romanos.

Postquam. Despues que le salió vana esta empresa.

Versus. Un montecillo opuesto al mar.

Imminens. Que domina el camino que lleva, &c.

Tyranni. De Hieron.

Per frustrationem. Dilatado para eludir.

Diem. De un dia para otro.

Tycham (nomina partium urbis, & instar urbium sunt) posuit; castra timens ne, si frequentia intrasset loca, contineri ab discursu miles avidus prædæ non posset. Legati eo ab Tycha & Neapoli cum infulis & velamentis venerunt, precantes ut à cædibus & incendiis parceretur. De quorum precibus quam postulatis magis concilio habito; Marcellus ex omnium sententiâ edixit militibus, ne quis liberum corpus violaret: cetera prædæ futura.

Inde signo dato, milites discurrerunt; refractisque foribus, quum omnia terrore ac tumultu streperent, à cædibus tamen temperatum est. Rapinis nullus ante modus fuit, quam omnia diuturnâ felicitate cumulata bona egessere. Inter hæc & Philodemus: quum spes auxilii nulla esset, fide acceptâ, ut inviolatus ad Epicyden rediret, deducto præsidio tradidit tumultum Romanis.

XXXI. Inde quæstor cum præsidio ad Nasum, ad accipiendam pecuniam regiam, custodiendaque missus: urbs diripienda militi data est; custodibus divisis per domos eorum, qui intra præsidia Romana fuerant. Quum multa iræ, multa avaritiæ fœda exempla ederentur, Archimedem, memoriæ proditum est, in tanto tumultu, quantum capta urbs in discursu diripientium militum ciere poterat, intentum formis, quas in pulvere descripserat; ab ignaro milite quis esset, interfectum. Ægre id Marcellum tulisse, sepulturæque curam habitam. Et propinquis etiam inquisitis, honori præsidioque nomen ac memoriam eius fuisse. Hoc maxime modo Syracusæ captæ.

EX

Nomina partium. Nombres de partes de la ciudad. Arriba se explicó esto.

Frequentia. Lugares de mucho concurso.

Ab discursu. Del saqueo.

Et velamentis. Vendas, y velos. Especie de ceremonia de humillacion.

Habito. Se tuvo mas atencion á sus súplicas, que á su peticion.

Liberum corpus. A ninguno de estado libre.

Egessere. Hasta qué amontonaron cuantos bienes se habian adquirido en una felicidad continua.

Deducto præsidio. Sacada la guarnicion libre.

XXXI.

Ciere poterat. Se podia levantar, ó excitar.

Formis. Líneas, ó figuras geométricas.

Inquisitis. Y buscados los parientes de Archimedes.

EX LIBRO VIGESIMO SEXTO.

CAP. IV. Inter hæc vis omnis belli versa in Capuam erat. Obsidebatur tamen acrius quam oppugnabatur, nec aut famem tolerare servitia, ac plebs poterant, aut mittere nuncios ad Hannibalem per custodias tam arctas.

V. Quum in hoc statu ad Capuam res essent, Hannibalem diversum, Tarentinæ arcis potiundæ, Capuæque retinendæ trahebant curæ. Vicit tamen respectus Capuæ, in quam omnium sociorum, hostiumque conversos videbat animos; documento futuræ, qualemcumque eventum defectio ab Romanis habuisset.

VII. Ceterum Hannibal, ut nec hostes elici amplius ad pugnam vidit, nec per castra eorum perrumpi ad Capuam posse; ne suos commeatus intercluderent novi consules, abscedere irrito incæpto, & movere à Capua statuit castra. Multa secum, quo iam inde iter pergeret, volventi, subiit animum impetus, caput ipsum belli Romam petendi: cuius rei semper cupitæ prætermissam occasionem post Cannensem pugnam, & allii vulgo fremebant, & ipse non dissimulabat: nec opinato pavore ac tumultu non esse desperandum aliquam partem urbis occupari posse. Et si Roma in discrimine esset, Capuam extemplo omissurus, aut ambos imperatores Romanos, aut alterum ex iis.

IX. Hannibal quo die Vulturnum est transgressus, haud procul à flumine castra posuit. Postero die præter Cales in agrum Sidicinum pervenit. Ibi diem unum populando moratus, per Suessulam Allifanumque & Casinatem agrum viâ Latinâ ducit. Sub Casinum biduo sta-

CAP. IV.

Obsidebatur. A Romanis.
Per custodias. Por estar muy juntas las escoltas.

V.

Diversum. Sin saber que hacerse.
Respectus. La atencion de Capua.
Documento. Que serviria de ejemplar. Capua se entiende.
Qualemcumque. Qualquier fin que tuviese el haberse rebelado contra los Romanos.

VII.

Irrito incæpto. Dejando lo empezado en vano.
Subiit. Le entró un arrebato.
Vulgo. Frecuentemente reprendian.
Nec opinato. Con el no pensado temor, &c. de su llegada á Roma.
Discrimine esset. Se hallase en riesgo.

IX.

Præter. Mas allá.
Agrum. Territorio.

stativa habita, & passim populationes factæ. Inde, præter Interamnam Aquinumque; in Fregellanum agrum ad Lirim fluvium ventum. Ubi intercisum pontem à Fregellanis morandi itineris causa invenit. Et Fulvium Vulturnus tenuerat amnis navibus ab Hannibale incensis; rates ad traiiciendum exercitum, in magna inopia materiæ, ægre comparantem. Traiecto ratibus exercitu, reliquum Fulvio expeditum iter, non per urbes modo, sed circa viam expositis benigne commeatibus, erat, alacresque milites alius alium, ut adderet gradum memor ad defendendam ire patriam hortabantur. Romam Fregellanus nuncius, diem noctemque itinere continuato, ingentem attulit terrorem; tumultuosius, quam allatum erat, cursu hominum affingentium vana auditis totam urbem conciverat. Ploratus mulierum non ex privatis solum domibus exaudiebatur, sed undique matronæ in publicum effusæ circa Deum delubra discurrunt: crinibus passis aras verrentes, nixæ genibus, supinas manus ad cœlum ac Deos tendentes, orantesque, ut urbem Romanam è manibus hostium eriperent, matresque Romanas, & liberos parvos inviolatos servarent. Senatus magistratibus in foro præsto est, si quid consulere velint. Alii accipiunt imperia, discedunteque ad suas quisque officiorum partes: alii offerunt se, siquo usus operæ sit. Præsidia in arce, in Capitolio, in muris, circa urbem, in monte etiam Alvano, atque arce Æsulanâ ponunter. Inter hunc tumultum, Q. Fulvium proconsulem profectum cum exercitu à Capua affertur, cui ne minueretur imperium, si in urbem venisset, decernit senatus, ut Q. Fulvio par cum consulibus imperium esset. Hannibal infestius perpopulato agro Fregellano, propter intercisos pontes, per Frusinatem Ferentinatemque & Anagninum agrum in Labicanum venit. Inde Algido Tusculum petiit, nec rece-

Tenuerat. Habia detenido.
Rates. Balsas, ó barcas chatas.
Inopia materiæ. Por falta de madera.
Benigne. Le presentaban gustosamente.
Memor. Teniendo presente.
Affingentium. Añadiendo ficciones á lo que habian oido.
Crinibus passis. Limpiando las aras con sus cabellos sueltos.
Nixæ genibus. Arrodilladas.
Imperia. Los cargos que se les daban para defender la ciudad.
Siquo usus. Si su socorro valia algo.
Affertur. Se cuenta.

ceptus mœnibus, infra Tusculum dextrorsus Gabios descendit. Inde in Pupiniam exercitu demisso, octo millia passuum ab Roma possuit castra. Quo propius hostis accedebat, eo maior cædes fiebat fugientium, præcedentibus Numidis: pluresque omnium generum atque ætatum capiebantur.

X. In hoc tumultu, Fulvius Flaccus portâ Capenâ cum exercitu Romam ingressus, media urbe per Carinas Æsquilias contendit. Inde egressus, inter Æsquilinam Collinamque portam posuit castra. Ædiles plebis commeatum eo comportarunt. Consules, senatusque in castra venerunt. Ibi de summâ republica consultatum. Placuit consules circa portas Collinam Æsquilinamque ponere castra: C. Calpurnium prætorem urbanum Capitolio atque arci præesse; & senatum frequentem in foro contineri, si quid in tam subitis rebus consulto opus esset. Inter hæc Hannibal ad Anienem fluvium tria millia passuum ab urbe, castra admovit. Ibi stativis positis, ipse cum duobus milibus equitum à porta Collina usque ad Herculis templum est progressus; atque unde proxime poterat, mœnia situmque urbis obequitans contemplabatur. Id eum tam licenter atque otiose facere, Flacco indignum visum est. Itaque immisit equites, submoverique, atque in castra redigi hostium equitatum iussit. Quum commissum prælium esset, consules transfugas Numidarum, qui tum in Aventino ad mille & ducentos erant, media urbe transire Æsquilias iusserunt; nullos aptiores, inter convalles tectaque hortorum, & sepulcra aut cavas undique vias, ad pugnandum futuros rati. Quos quum ex arce Capitolioque clivo publico, in equis decurrentes quidam vidissent; captum Aventinum conclamaverunt. Ea res tantum tumultum ac fugam præbuit, ut nisi castra Punica extra urbem fuissent, effusura se omnis pavida mul-

Dextrorsus. Hácia la derecha.
Demisso. Enviado.

X.

Porta. Por la puerta.
Per carinas. Por las naves del monte Esquilo, hoy de Santa María la Mayor.
Frequentem. Todo el Senado.
Consulto. Si habia necesidad de consultar algo.
Stativis. El campo.
Obequitans. Rodeándolos á caballo.
Atque otiose. Tan libremente.
Aventino. Monte dentro de Roma á la orilla del Tiber, hoy Monte de Santa Sabina.
Clivo. Collado.
Castra Punica. El campo Cartagines.

multitudo fuerit. Tunc in domos atque in tecta refugiebant: vagosque in viis suos pro hostibus, lapidibus telisque incessebant. Nec comprimi tumultus, aperirique error poterat: refertis itineribus agrestium turbâ, pecorumque, quæ repentinus pavor in urbem compulerat. Equestre prælium secundum fuit, summotique hostes sunt: & quia multis locis comprimendi tumultus erant, qui temere oriebantur, placuit omnes qui dictatores, consules, censoresve fuissent, cum imperio esse, donec recessisset à muris hostis. Et diei quod reliquum fuit, & nocte insequenti, multi temere excitati tumultus sunt, compressique.

XI. Postero die transgressus Anienem Hannibal, in aciem omnes copias eduxit: nec Flaccus, consulesque certamen detrectavere. Instructis utrinque exercitibus in eius pugnæ casum, in quâ urbs Roma victori præmium esset; imber ingens grandine mistus ita utramque aciem turbavit, ut vix armis retentis in castra sese receperint: nullius rei minore, quam hostium metu. Et postero die eodem loco acies instructas eadem tempestas diremit. Ubi recepissent se in castra, mira serenitas cum tranquilitate oriebatur. In religionem ea res apud Pœnos versa est: auditaque vox Hannibalis fertur, potiundæ sibi urbis Romæ, modo mentem non dari, modo fortunam. Minuere etiam spem eius & aliæ, parva magnaque, res: magna illa, quod quum ipse ad mœnia urbis Romæ armatus sederet, milites sub vexillis in supplementum Hispaniæ profectos audivit: parva autem, quod per eos dies, eum forte agrum, in quo ipse castra haberet, venisse, nihil ob id diminuto pretio, cogni-

Incessebant. Maltrataban sin saber lo que hacian.

Quæ repentinus. Que el miedo repentino habia arrastrado á Roma.

Secundum. Fué favorable á los Romanos.

Cum imperio. Que gozasen de la potestad que tuvieron en otro tiempo.

XI.

In aciem. En orden de batalla.

Detrectavere. Rehusaron.

Casum. Para la felicidad, ó infelicidad.

Minore. Porque era mayor el miedo que causaba la tempestad.

In religionem. Los Africanos lo atribuyeron á milagro; á providencia de Dios.

Modo mentem. Que unas veces le faltaba la voluntad, otras la fortuna.

Magnaque. La una pequeña, y la otra grande.

In supplementum. Para completar los de España.

Venisse. Se habia vendido.

gnitum ex quodam captivo est. Id vero adeo superbum atque indignum visum, eius soli, quod ipse bello captum possideret haberetque, inventum Romæ emtorem: ut extemplo vocato præcone, tabernas argentarias, quæ circa forum Romanum tunc essent, iusserit venire.

XII. Ceterum non quantum pertinaciæ ad premendam obsidione Capuam Romanis fuit tantum ad defendendam Hannibali. Campani per colloquia intellexerunt relictos se, desertosque, & spem Capuæ retinendæ deploratam apud Pœnos esse. Accessit edictum proconsulis ex senatusconsulto propositum, vulgatumque apud hostes, ut qui civis Campanus ante certam diem transisset, sine fraude essent. Nec ulla facta est transitio: metu magis eos, quam fide continente: quia maiora in defectione deliquerant, quam quibus ignosci posset. Ceterum quemadmodum nemo privato consilio ad hostem transibat, ita nihil salutare in medium consulebatur. Nobilitas rempublicam deseruerat, neque in senatum cogi poterat. In magistratu autem erat, qui non sibi honorem adiecisset, sed indignitate suâ vim ac ius magistratui, quem gerebat, demsisset. Iam ne in foro quidem, aut publico loco, principum quisquam apparebat: domibus inclusi patriæ occasum cum suo exitio in dies expectabant. Litteræ conscriptæ Numidis, propositâ mercede, iam professis operam, dantur. Hi specie transfugarum quum ad Flaccum in castra venissent, ut inde tempore capto abirent, famesque, quæ tam diu Capuæ erat, nulli non probabilem causam transitionis faceret; mulier repente Campana in castra venit, indicatque imperatori Romano, Numidas fraude composita transisse, litterasque ad Hannibalem ferre. Id unum ex iis, qui sibi

Emtorem. Que hubiese encontrado comprador en Roma aquel terreno &c.

Circa forum. Que estaban al rededor de la plaza.

Iusserit venire. Pero fue vana esta bravata, porque no encontró quien le diese un maravedí.

XII.

Deploratam. Que los Cartagineses habian desesperado de poder defender á Capua.

Sine fraude. Que se le recibiria bien y sin dolo.

Metu magis. Mas por miedo de los Romanos, que por fidelidad á los Cartagineses.

Quam quibus. Que lo que se les podia perdonar.

In medium. En público.

Indignitate sua. Por iniquidad suya.

Iam professis. Que habian ya prometido hacerlo.

bi rem aperuisset, arguere sese paratam esse. Productus primo satis constanter ignorare se mulierem simulabat: paulatim dein convictus veris, cum tormenta posci & parari videret; fassus id ita esse, litteræque prolatæ, & additum etiam indicio, quod celabatur; & alios specie transfugarum Numidas vagari in castris Romanis. Hi supra septuaginta comprehensi, & cum transfugis novis multati virgis, manibusque præcisis, Capuam rediguntur.

XIII. Conspectum tam triste supplicium fregit animos Campanorum. Concursus ad curiam populi factus coëgit Lesinum senatum vocare. Ibi quum ceteri de legatis mittendis ad imperatores Romanos agerent; Vibius Virius, qui defectionis ab Romanis auctor fuerat interrogatus sententiam, negat eos qui de legatis, & de pace ac deditione loquantur, meminisse, nec quid facturi fuerint, si Romanus in potestate habuissent, nec quid ipsis patiendum sit. Deterret ergo eos à deditione, & ac mortem sibi quemque inferendam cohortatur.

XIV. Hanc orationem Virii plures audierunt cum assensu, quam forti animo id quod probabant, exsequi potuerunt. Maior pars senatus multis sæpe bellis expertam populi Romani clementiam haud diffidentes sibi quoque placabilem fore, legatos ad dedendam Romanis Capuam decreverunt miseruntque. Vibium Virium septem & viginti ferme senatores domum secuti sunt, epulatique cum eo, & quantum facere potuerant, alienatis mentibus vino ab imminentis sensu mali, venenum omnes sumserunt: inde misso convivio, dextris inter se datis, ultimoque complexu; collacrymantes suum patriæque casum, alii ut eodem rogo crema-

ren-

Arguere. Convencerle.
Productus. Sacado en medio.
Veris. De la verdad.
Et parari. Viendo que se pedian, y prevenian tormentos.
Et additum. Añadiendo al aviso lo que se tenia oculto.

XIII.

Ad curiam. A la curia de Capua.
Auctor. Causa de la rebelion.
Quid facturi. Que harian ellos si cogiesen á los Romanos bajo su dominio.

XIV.

Plures audierunt. Mas fueron los que consintieron en lo que decia Virio, que los que pudieron cumplir lo que aprobaban, que era morir; pero no entregarse.
Alienatis. Enagenados con el vino del daño que les amenazaba.

rentur manserunt: alii domos digressi sunt: impletæ cibis vinoque venæ, minus efficacem in maturanda morte vim veneni fecerunt. Itaque noctem totam plerique eorum, & diei insequentis partem quum animam egissent; omnes tamen, priusquam aperirentur hostibus portæ; exspirarunt.

Postero die porta Iovis, quæ adversus castra Romana erat, iussu proconsulis aperta est. Eâ intromissa legio una & duæ alæ, cum C. Fulvio legato. Is cum omnium primum arma telaque, quæ Capuæ erant, ad se conferenda curasset; custodiis ad omnes portas dispositis, ne quis exire aut emitti posset, præsidium Punicum comprehendit, Senatum Campanum ire in castra ad imperatores Romanos iussit. Quoquum venissent; extemplo his omnibus catenæ iniectæ, iussique ad quæstores deferri, quod auri argentique haberent. Auri pondo septuaginta fuit; argenti tria milia pondo, & ducenta. Senatores quinque & viginti Cales in custodiam, duodetriginta Teanum missi: quorum de sententia maxime descitum ab Romanis constabat.

XV. De supplicio Campani senatus haudquaquam inter Fulvium Claudiumque conveniebat. Facilis impetrandæ veniæ Claudius, Fulvii durior sententia erat. Itaque Appius Romam ad senatum arbitrium eius rei totum reiiciebat: percunctandi etiam æquum esse potestatem fieri Patribus, num communicassent consilia cum aliquibus sociorum Latini nominis municipiorum: & num ope eorum in bello forent adiuti. "Id vero minime committendum esse, Fulvius dice»re, ut sollicitarentur criminibus dubiis sociorum fi»delium animi: & subiicerentur indicibus, queis ne»que quid facerent, neque quid dicerent, quicquam »un-

Manserunt. Se quedaron en casa de Virio.
Fecerunt. Las venas embotadas de vino, y comida quitaron la eficacia, &c.
Animam egissent. Estando en angustias.
Præsidium punicum. Se apoderaron de la Guarnicion que tenia allí Hanibal.
Quod auri. Quanto oro y plata tenian.
Pondo. Setenta libras.
Duodetriginta. Veinte y ocho.
Maxime. Que habian sido los mas contrarios de los Romanos.

XV.

Communicassent. Si habian hecho comunes sus determinaciones, &c.
Ope eorum. Con socorro de los aliados de Roma.
Indicibus. Ni sujetarles á soplones.

in deditionem acceptæ. Ibi quoque in eos qui capita rerum erant, animadversum. Ita ad octoginta principes senatus interfecti; trecenti ferme nobiles Campani in carcerem conditi: alii per sociorum Latini nominis urbes in custodias dati, variis casibus interierunt: multitudo alia civium campanorum venundata. De urbe agroque reliqua consultatio fuit; quibusdam delendam censentibus urbem prævalidam, propinquam, inimicam. Ceterum præsens utilitas vicit. Nam propter agrum, quem omni fertilitate terræ satis constabat primum in Italia esse, urbs servata est, ut esset aliqua aratorum sedes. Ubi frequentandæ multitudo incolarum libertinorumque & institorum opificumque retenta: ager omnis & tecta publica populi Romani facta. Ceterum habitari tantum tamquam urbem, Capuam, frequentarique placuit: corpus nullum civitatis, nec senatus, nec plebis concilium, nec magistratus esse: sine concilio publico, sine imperio, multitudinem, nullius rei inter se sociam, ad consensum inhabilem fore; Præfectum ad iura reddenda ab Roma quotannis missuros. Ita ad Capuam res compositæ, consilo ab omni parte laudabili. Severe & celeriter in maxime noxios animadversum: multitudo civium dissipata in nullam spem reditus.

Non sævitum incendiis ruinisque in tecta innoxia, murosque: & cum emolumento quæsita etiam apud socios lenitatis species, incolumitate urbis nobilissimæ opulentissimæque, cuius ruinis, omnis Campania, omnes, qui Campaniam circa accolunt, populi ingemuissent: confessio expressa hosti quanta vis in Romanis ad expetendas pœnas ab infidelibus sociis, & quam nihil in Hannibale auxilii, ad receptos in fidem tuendos, esset.

Ro-

In deditionem. Se entregaron.
Sociorum. De los aliados.
Casibus. Modos.
Reliqua consultatio. La restante conferencia.
Aratorum sedes. Morada de Labradores.
Urbi frequentandæ. Para que estuviese poblada.
Ad iura. Para hacer justicia.
Ab omni parte. De todos modos.
Spem reditus. Sin esperanza de que volviese á Capua.
Non sævitum. No se llevó el rigor hasta pegar fuego, y derribar las casas, y muros inocentes.
Emolumento. Con utilidad.
Confessio expressa. Testimonio manifiesto para el enemigo.

XVII. Romani patres perfuncti, quod ad Capuam attinebat, proconsuli creando diem comitiis edixerunt. Tum P. Cornelius, Publii qui in Hispania filius ceciderat, quatuor viginti ferme annos natus, proconsul dictus est.

XIX. Fuit enim Scipio, non veris tantum virtutibus mirabilis, sed arte quoque quadam ab iuventa in ostentationem earum compositus: pleraque apud multitudinem aut per nocturnas visas species, aut velut divinitus mente monitâ agens: sive & ipse capti quadam superstitione animi, sive ut imperia, consiliaque velut sorti oraculi missa, sine cunctatione assequeretur. Ab hoc iam inde ab initio præparans animos, ex quo togam virilem sumsit, nullo die prius ullam publicam privatamque rem egit, quam in Capitolium iret, ingressusque ædem consideret: & plerumque tempus solus in secreto ibi tereret. Hic mos, qui per omnem vitam servabatur, seu consulto, seu temere, vulgatæ opinioni fidem apud quosdam fecit, stirpis eum divinæ virum esse. Multa alia eiusdem generis, alia vera, alia assimulata, admirationis humanæ in eo iuvene excesserant modum: quibus freta tunc civitas, ætati haudquaquam maturæ tantam molem rerum, tantumque imperium permisit.

XLII. Carthaginem novam interim oppugnare statuit, urbem quum ipsam opulentam suis opibus, tum hostium omni bellico apparatu plenam. Ibi arma, ibi pecunia, ibi totius Hispaniæ obsides erant. Ad prædam

XVII.

Perfuncti. Habiendo concluido.
Filius. Hijo de Publio, que murió en España.

XIX.

In ostentationem. Para muestra de sus virtudes.
Pleraque apud. Para con el vulgo fingia, que todo lo hacia, ó por apariciones que tenia de noche, ó porque su entendimiento estaba ilustrado del Cielo, ó ya fuese que él así lo creia, por su imaginacion supersticiosa, ó para conseguir de otros con mas facilidad lo que mandaba, ó consultaba.
Ad hoc. Para lograr esto.
Togam virilem. Desde que empezó á ser mozo, que entonces tomaban la toga. *Véase* el índice.
Consideret. A manera de los Griegos que adoraban á los Dioses sentados.
Tereret. Y gastase alli mucho tiempo orando.
Seu temere. O casualmente.
Quosdam fecit. Esta opinion divulgada hizo creer á algunos.
Haudquaquam. No competente para el Generalato.

XLII.

Carthaginem novam. A Cartagena de España.
Obsides. Los rehenes.

dam victores versi: quæ ingens omnis generis fuit.

XLIX. Ceterum Scipio vocatis obsidibus, primum universos bonum animum habere iussit. "Venisse eos in Populi »Romani potestatem, qui beneficio, quam metu obligare »homines malit: exterasque gentes fide ac societate iunctas »habere, quam tristi subiectas servitio." Deinde acceptis nominibus civitatum, recensuit captivos; quot cuiusque populi essent, & nuncios domum misit, ut ad suos quisque recipiendos veniret. Si quarum forte civitatum legati aderant, eis præsentibus suos restituit: ceterum curam benigne tuendorum C. Flaminio quæstori attribuit. Inter hæc è mediâ turbâ obsidum, mulier magno natu, Mandonii uxor, qui frater Indibilis Ilergetum reguli erat, flens ad pedes Imperatoris procubuit; obtestansque, ut curam cultumque feminarum impensius custodibus commendaret. Quum Scipio, nihil profecto defuturum diceret; tum rursus mulier: "Haud magni ista facimus, inquit. Quid enim huic for»tunæ non satis est? Alia me cura, ætatem harum in»tuentem (nam ipsa iam extra periculum iniuriæ mulie»bris sum) stimulat." Ætate & formâ florentes circa erant Indibilis filiæ aliæque nobilitate pari; quæ omnes eam pro parente colebant. Tum Scipio: "Meæ Populique Romani »disciplinæ causâ facerem, inquit, ne quid, quod san»ctum usquam esset, apud nos violaretur. Nunc ut id »curem impensius, vestra quoque virtus, dignitasque fa»cit: quæ ne in malis quidem oblitæ decoris matronalis »estis." Spectatæ deinde integritatis viro tradidit eas, tuerique haud secùs verecunde ac modeste, quam hospitum coniuges ac matres, iussit.

L. Captiva deinde à militibus adducitur ad eum adulta virgo, adeo eximia formâ, ut quacumque in-

ce-

Victores. Porque habiendo salido los Cartagineses vencedores se dieron á la presa, &c.

XLIX.

Recensuit. Contó los cautivos.
Et nuncios. Tantos mensageros envió, quantos, &c.
Ilergetum. Reyezuelo de Ilerda en España.
Huic fortunæ. A este infeliz estado de esclavitud, &c.
Pro parente. Como madre.
Quod sanctum. Que en qualquier parte se reputa santo ó venerable.
Quæ ne. Que ni en la calamidad os habeis olvidado del pundonor de matronas ó nobles.
Integritatis viro. A un hombre de conocida entereza.

cedebat, converteret omnium oculos. Scipio percunctatus patriam parentesque, inter cetera accepit, desponsam eam principi Celtiberorum adolescenti: Allucio nomen erat. Extemplo igitur parentibus sponsoque ab domo accitis, quum interim audiret, deperire eum sponsæ amore; ubi primum venit, accuratiore eum sermone, quam parentes alloquitur. "Iuvenis, inquit, iuvenem appello; quo minor sit inter »nos huius sermonis verecundia. Ego quum sponsa tua ca»pta à militibus nostris ad me ducta esset, audiremque eam »tibi cordi esse, & forma faceret fidem, quia ipse, si »frui liceret ludo ætatis, præsertim recto & legitimo amo»re, & non respublica animum nostrum occupasset, ve»niam mihi dari sponsam impensius amanti vellem: tuo, »cuius possum, amori faveo. Fuit sponsa tua apud me eâ»dem, quâ apud soceros tuos parentesque suos verecundiâ: »servata tibi est, ut inviolatum, & dignum me, teque »dari tibi donum posset. Hanc mercedem unam pro eo »munere paciscor, amicus Populo Romano sis; & si me »virum bonum credis esse, quales patrem, patrumque »meum iam ante hæ gentes norant, scias multos nostri si»miles in civitate Romana esse; nec ullum in terris po»pulum hodie dici posse, quem minus tibi hostem tuis»que esse velis, aut amicum malis." Adolescens, simul pudore & gaudio perfusus, dextram Scipionis tenens, Deos omnes invocare ad gratiam illi pro se referendam, quoniam sibi nequaquam satis facultatis, pro suo animo atque illius erga se merito esset. Parentes inde cognatique virginis appellati. Qui quoniam gratis sibi redderetur virgo, ad quam redimendam satis magnum attulissent auri pondus, orare Scipionem, ut id ab se domum acciperet, cœperunt; haud minorem eius rei apud se gratiam futuram esse fa-

L.

Ab domo. Haciéndolos venir de sus casas.

Eum. Que Alucio amaba mucho á su esposa.

Accuratiore eum. Con mas atencion habla a Alucio, &c.

Et forma. Su hermosura lo declara.

Verecundia. Tan respetada ha sido de mí, como lo fué entre, &c.

Hanc mercedem. Solo una recompensa, &c.

Patrem, patrumque. Publio Cornelio Scipion, Cneo Scipion, su tio.

Satis facultatis. Pero no tenia bastantes facultades para corresponder segun su voluntad, y segun el beneficio recibido de Scipion.

affirmantes, quam redditæ inviolatæ foret virginis. Scipio, quando tanto opere peterent; accepturum se pollicitus, poni ante pedes iussit: vocatoque ad se Allucio: "Super do»tem, inquit, quam accepturus à socero es, hæc tibi à me »dotalia dona accedent;" aurumque tollere, ac sibi habere iussit. His lætus donis, honoribusque dimissus domum, implevit populares laudibus meritis Scipionis: Venisse diis simillimum iuvenem vincentem omnia quum armis, tum benignitate ac beneficiis. Itaque delectu clientium habito, cum delectis mille & quadringentis equitibus intra paucos dies ad Scipionem revertit.

EX LIBRO SEPTIMO ET VIGESIMO.

CAP. XIX. Scipio castris hostium potitus, quum præter libera capita omnem prædam militibus concessisset, in recensendis captivis decem millia peditum, duo millia equitum invenit. Ex iis Hispanos sine pretio omnes domum dimisit. Afros vendere quæstorem iussit. Circumfusa inde multitudo Hispanorum, & ante deditorum, & pridie captorum, regem eum consensu appellavit. Tum Scipio, silentio per præconem facto: "Sibi maximum nomen Impera»toris esse dixit, quo se milites sui apellassent. Regium »nomen alibi magnum, Romæ intolerabile esse. Regalem animum in se esse: si id in hominis ingenio amplis»simum ducerent, tacite indicarent, vocis usurpatione »abstinerent." Sensere etiam barbari magnitudinem animi: cuius miraculo nominis alii mortales stuperent, id ex tam

Foret. Que lo seria el de la doncella restituida intacta.
Implevit populares. Llenó á sus vasallos de las alabanzas bien merecicas de Scipion.
Clientium. Prohijados, favorecidos, &c.
Revertit. Alucio. Todos estos cautivos eran de la Provincia de Cartagena en España, que estando antes por los Cartagineses, Scipion la venció no con poco trabajo, é industria.

CAP. XIX.

Libera capita. A excepion de los nobles.
Maximum nomen. Que su mayor nombre era el de General. El nombre de Rey se aborrecia en Roma.
Si id. Si juzgaban que en la naturaleza de un hombre, la dignidad Real era lo mas generoso.
Abstinerent. Pero que se abstuviesen de aquel titulo.
Id ex. El que despreciase este titulo estando en empleo tan alto.

tam alto fastigio aspernantis. Dona inde regulis, principibusque Hispanorum divisa, & ex magna copia captorum, equorum trecentos, quos vellet, eligere Indibilem iussit. Quum Afros venderet iussu imperatoris quæstor, puerum adultum inter eos forma insigni, quum audisset regii generis esse, ad Scipionem missit. Quem quum percunctaretur Scipio. "Quis & cuias, & cur id ætatis in castris fuisset; »Numidam esse, ait, Massivam populares vocare. Orbum »à patre relictum, apud maternum avum Galam regem »Numidarum edoctum: cum avunculo Masinissa, qui nu»per cum equitatu subsidio Carthaginiensibus venisset in Hispaniam traiecisset. Prohibitum propter ætatem à Ma»sinissa, nunquam ante prælium iniisse. Eo die, quo pu»gnatum cum Romanis esset, inscio avunculo, clam armis »equoque sumto, in aciem exisse: ibi prolapso equo effu»sum in præceps, captum ab Romanis esse." Scipio quum asservari Numidam iussisset, quæ pro tribunali agenda erat, peragit. Inde quum se in prætorium recepisset, vocatum eum interrogat, velletne ad Masinissam reverti? Quum, effusis gaudio lacrymis, cupere vero diceret, tum puero, annulum aureum, tunicam lato clavo cum Hispano sagulo, & aurea fibula, equumque ornatum donat, iussisque prosequi quoad vellet equitibus, dimisit.

XXVI. Hannibal quia cum Marcello bis priore anno congressus vicerat, victusque erat, ut, cum eodem si dimicandum foret, nec spem nec metum ex vana haberet: ita duobus consulibus haudquaquam sese parem futurum credebat. Itaque totus in suas artes versus, insidiis locum quærebat: sed paulo post quod M. Livius & C. Claudius consules, incolumi exercitu, ducem hostium legionesque occidissent, ipse publico ictus luctu: "Agnoscere se fortunam Carthaginis" fertur dixisse: castrisque motis, omnia auxilia, quæ diffusa latius tueri non

Populares. Que los de su nacion le llamaban Masiva.
Nunquam ante. Hasta esta guerra de Cartagena.
Lato clavo. De banda ancha, ó segun otros manto de botones largos. *Véase* el Indice.
Hispano sagulo. Una casaca á la Española, y una hebilla de oro.
Quoad vellet. Que le acompañasen los de á caballo, hasta donde Masiva quisiese.

XXVI.

Publico ictus. Herido de la calamidad pública de Cartago.

non poterat, in extremum Italiæ angulum contrahi iussit.

EX LIBRO DUODETRIGESIMO.

CAP. XXI. His factis & Afris ex Hispania pulsis, Scipio Cartaginem novam, ad vota solvenda diis, munusque gladiatorium, quod mortis causâ patris patruique paraverat, edendum rediit. Gladiatorium spectaculum fuit non ex eo genere hominum ex quo lanistis comparare mos est, servorum, quive venalem sanguinem habent. Voluntaria omnis & gratuita opera pugnantium fuit. Nam alii missi ab regulis sunt ad specimen insitæ genti virtutis ostendendum: alii ipsi professi, se pugnaturos in gratiam ducis: alios æmulatio & certamen, ut provocarent provocatique haud abnuerent, traxit. Quidam quas disceptando controversias finire nequierant, aut noluerant, pacto inter se, ut victorem res sequeretur, ferro decreverunt. Neque obscuri generis homines, sed clari illustresque, Corbis & Orsua patrueles fratres, de principatu civitatis, quam Ibem vocabant, ambigentes; ferro se certaturos professi sunt. Corbis maior erat ætate. Orsuæ pates princeps proxime fuerat; à fratre maiore post mortem eius principatu accepto, Quum verbis disceptare Scipio vellet, ac sedare iras; negatum id ambo dicere communibus cognatis, nec alium Deorum hominumve, quam Martem se iudicem habituros esse. Robore maior, minor flore ætatis ferox, mortem in certamine, quam ut alter alterius imperio subiiceretur, præoptantes, quum ab tantâ rabis dirimi nequirent, insigne spectaculum exercitui præbuere, documentumque, quantum cupiditas imperii malum inter mortales esset. Maior usu armorum, & astu facile stolidas vires minoris superavit. Huic gladia-

CAP. XXI.

Carthaginem. Cartagena de España.

Munusque. El juego de Gladiadores.

Lanistis. Que suele componerse de espadachines.

Regulis. Porque los Reyezuelos enviaron unos para muestra de su natural valor.

Disceptando. Con disputas, ó altercaciones.

Ut victorem. Que el que venciese se llevase la alhaja.

Ambigentes. Que disputaban.

Proxime. Inmediato.

Dicere. sup. *cœperunt.*

Maior. Corbis como de mas edad, mas uso, y cautela en las armas, venció las mayores fuerzas, pero sin juicio, de Orsua.

diatorum spectaculo ludi funebres additi pro copia, & provinciali & castrensi apparatu.

EX LIBRO TRIGESIMO.

CAP. IX. Scipio, qui bellum in Africam transtulerat, nullum tempus ommittebat quo urbes circa omnes, quæ Carthaginiensium ditionis erant, partim spe, partim metu, partim vi subigeret. Carthagini quidem erat ingens terror, & circumferentem arma Scipionem, omnibus finitimis raptim perdomitis, ipsam Carthaginem repente aggressurum credebant. Rara mentio est pacis, frequentior legatorum ad Annibalem arcessendum mittendorum.

XX. Frendens gemensque ac vix lacrymis temperans, dicitur legatorum verba audisse. Posteaquam edita sunt mandata: "Iam non perplexe, inquit, sed palam revo»cant, qui, vetando supplementum & pecuniam mitti, »iampridem retrahebant. Vicit ergo Hannibalem non Po»pulus Romanus toties cæsus fugatusque, sed senatus Car»thaginiensis, obtrectatione atque invidiâ." Raro quemquam alium patriam exsilii causâ relinquentem, magis mœstum abisse ferunt, quam Hannibalem hostium terrâ excedentem. Respexisse sæpe Italiæ littora, & Deos hominesque accusantem, in se quoque ac suum ipsius caput exsecratum, "Quod non cruentum ab Cannensi victo»ria militem Romam duxisset. Scipionem ire ad Car»thaginem ausum, qui consul hostem in Italia Pœ»num non vidisset; se centum millibus armatorum ad »Trasimenum & Cannas cæsis, circa Casilinum, Cu»masque & Nolam consenuisse." Hæc accusans querens-

Ludi funebres. Juegos funebres. *Véase* el índice.

CAP. IX.

Raptim. Vencidos aceleradamente.

Rara mentio. Se pensaba poco en la paz.

Frequentior. sup. *Mentio.*

XX.

Perplexe. Con dudas.

Vetando supplementum. Prohibiendo se me enviase gente de socorro: estos eran los contrarios de Hanibal.

Relinquentem. Saliendo desterrado de su patria.

Terra excedentem. Quando salia de la tierra de sus enemigos; esto es de Italia.

Accusantem. Reprendiendo.

Exsecratum. Y maldiciendose á sí y á su vida.

Qui Consul. Que siendo Scipion Consul no habia visto á Hanibal su enemigo, &c.

rensque, ex diutina possessione Italiæ est detractus.

XXVIII. Cum P. Scipio in Africam traiecisset, & eo revocatus fuisset Hannibal ex Italia à senatu Carthaginiensi; erexerant omnium animos velut ad supremum certamen comparati duces.

XXIX. Iam Adrumetum venerat Hannibal: unde ad reficiendum ex iactatione maritima militem, paucis diebus sumtis, excitus pavidis nunciis omnia circa Carthaginem obtineri armis afferentium, magnis itineribus Zamam contendit. Zama quinque dierum iter ab Carthagine abest. Inde præmissi speculatores quum excepti à custodibus Romanis deducti ad Scipionem essent, traditos eos tribunis militum, iussosque omisso metu, visere omnia; per castra, quâ vellent circumduci iussit: percunctatusque, satin per commodum omnia explorassent, datis qui prosequerentur, retro ad Hannibalem dimisit. Hannibal nihil eorum quæ nunciabantur læto animo audivit, maxime hostis fiduciâ, quæ non de nihilo profecto concepta est, percutsus. Itaque nuncium ad Scipionem misit, ut colloquendi secum potestatem faceret Scipio quum colloquium haud abnuisset, ambo ex compositó duces castra pretulerunt, ut coire ex propinquo possent. Scipio haud procul Nadagare urbe; tum ad cetera loco opportuno, tum quod aquatio intra teli coniectum erat, consedit. Hannibal tumulum à quatuor millibus inde, tutum commodumque alioque, nisi quod longinquæ aquationis erat, cepit: ibi in medio iocus conspectus undique, ne quid insidiarum esse, delectus.

XXX. Summotis pari spatio armatis, cum singulis interpretibus congressi sunt, non suæ modo ætatis ma-

Querensque. Y quejándose.

XXVIII.

Erexerant omnium. Conmovieron los animos de todo el mundo.

XXIX.

Ex iactatione. De los trabajos del mar.

Afferentium. Que contaban que todas las cercanías de Cartago estaban llenas de enemigos.

Satim per. Si lo hablan registrado todo con bastante comodidad.

Qui prosequerentur. Quienes los acompañasen.

Perculsus. Movido en especial de la confianza, &c.

Ex composito. De acuerdo.

Protulerunt. Adelantaron el campo.

Intra teli. A un tiro de flecha.

A quatuor. A cuatro millas.

Conspectus. Patente por todos lados.

maximi duces, sed omnis ante se memoriæ omnium gentium cuilibet regum imperatorumve pares. Paulisper alter alterius conspectu, admiratione mutuâ prope attoniti conticuere. Tum cum Hannibal prior verba fecisset, & adversus imperator Romanus respondisset, infectâ pace, ex colloquio suo se receperunt. Verba frustra iactata renunciat: armis decernendum esse, habendanque eam fortunam, quam Dii dedissent.

XXXII. In castra ut est ventum pronunciant ambo: »Arma expedirent milites, animosque ad supremum cer»tamen: non in unum diem, sed in perpetuum, si feli»citas adesset, victores. Roma an Carthago iura genti»bus daret, ante crastinam noctem scituros, neque enim »Africam, aut Italiam, sed orbem terrarum victoriæ præ»mium fore. Par periculum præmio, quibus adversæ »pugnæ fortuna fuisset." Nam neque Romanis effugium ullum patebat in alienâ, ignotâque terrâ: & Carthagini, supremo auxilio effusso, adesse videbatur præsens excidium. Ad hoc discrimen procedunt postero die duorum opulentissimorum populorum duo longe clarissimi duces, duo fortissimi exercitus, multa ante parta decora, aut cumulaturi eo die, aut eversuri. Anceps igitur spes & metus miscebant animos.

XXXV. Prælium commttitur. Scipio fudit hostem: & Hannibal cum paucis equitibus inter tumultum elapsus, Adrumetum perfugit: accitusque inde Carthaginem, cum, sexto & trigesimo post anno, quam puer inde profectus erat, redisset, fassus in curia est, non prælio modo se, sed bello victum, nec spem salutis alibi, quem in pace impetrandam esse. Sunt qui Hannibalem ex acie ad mare pervenisse, inde præparata nave ad regem Antiochum extemplo profectum tradant; postulantique ab senatu Carthaginiensi Scipioni, ut Hannibal sibi

bi

Et adversus. Y despues le respondiese el General Romano. Estas harengas van en su lugar.

Renunciant. Cuentan á los suyos.

XXXII.

Par periculum. Que era igual el riesgo á tanto premio.

Parta decora. Las muchas honras que habian adquirido antes.

XXXV.

Et trigesimo Treinta y seis años despues que salió de alli.

Pervenisse. Asi lo cuenta Nepote en la vida de Hanibal. *Véase* alli.

bi traderetur, responsum esse, Hannibalem in Africa non esse. Victi Carthaginienses pacem fecerunt.

XLV. Itaque Scipio, pace terrâ marique parta, exercitu in naves imposito, in Siciliam, Lilybæumque traiecit: inde magnâ parte militum in navibus missâ, ipse per lætam pace non minus, quam victoriâ, Italiam, effusis non urbibus modo ad habendos honores, sed agrestium etiam turba obsidente vias, Romam pervenit, triumphoque omnium clarissimo urbem est invectus, (in quo) Africanum cognomen militaris favor (aut) popularis aura celebravit. Primus hic imperator nomine victæ ab se gentis est nobilitatus.

EX LIBRO QUINTO ET TRIGESIMO.

CAP. XIV. Claudius Publium Africanum tradit, Ephesi collocutum cum Hannibale. Et sermonem etiam unum refert, quo quærenti Africano, Quem fuisse maximum imperatorem Hannibal crederet, respondisse, "Alexandrum Macedonum regem, quod parvâ manu innumerabiles exercitus fudisset, quodque ultimas oras, quas visere supra spem humanam esse, peragrasset. Quærenti deinde, Quem secundum poneret, Pyrrhum, dixisse. Castrametari primum docuisse. Ad hoc neminem elegantius loca cepisse, præsidia disposuisse, artem etiam conciliandi sibi homines eum habuisse, ut Italicæ gentes regis externi, quam populi Romani, tandiu principis in ea terra, imperium esse mallent." Exsequenti, Quem tertium duceret, haud dubie "Semetipsum dixisse. Tum risum nobortum Scipioni, & subiecisse: Quidnam tu dicerres,

XLV.

Parta. Alcanzada, lograda.

Effusis. Esparciéndose las gentes de las Ciudades para honrarlo.

Militaris favor. O la pasion de los soldados, ó la adulacion popular.

Nobilitatus. Llamándose el Africano: porque Scipion Nasica que destruyó á Carthago tambien se llamó Africano.

CAP. XIV.

Publium. Scipion.

Respondisse. Que respondió á Scipion que le preguntó, que á quien tenia por el mayor General del mundo.

Quas visere. Que solo el correrlas era mas que de fuerzas humanas.

Castrametari. Que fué el primero que enseñó el modo de sentar los campos de batalla.

Tandiu principis. Pirro hizo guerra á los Romanos mucho tiempo dentro de Italia, y era no obstante querido de los Pueblos.

Exsequenti. Prosiguiendo Scipion en preguntarle.

Haud dubie. Sin detenerse.

»res, si me vicisses? Tum me vero, inquit, & ante »Alexandrum, & ante Pyrrhum & ante omnes alios im»peratores esse." Et perplexum Punico astu responsum & improvisum assentationis genus Scipionem movisse: quod è grege se imperatorum velut inæstimabilem secrevisset.

Punico astu. De la astucia de Hanibal.

Improvisum. Imprevisto modo de adulacion.

E grege se. Del comun de los Generales; dando á entender, que Scipion era mas que humano, por haberle vencido á él.

FINIS

Excerptorum ex Tito Livio.

EX

EX M. TULLII CICERONIS ORATIONIBUS SELECTIS.

De la vida y escritos de Ciceron se habló ya en el principio de las Cartas. Aquí solo hay que advertir que estas Oraciones, que se han sacado de las 72 que andan en su nombre, se puede decir que son las mas delicadas, menos molestas, y mas propias para los niños.

ORATIO I.

PRO LEGE MANILIA AD POPULUM.

ARGUMENTO.

Empeñado el Pueblo Romano en la guerra contra los dos Reyes mas poderosos del Asia, Mitridates, y Tigranes, Lucio Manilio, Tribuno de la plebe, promulgó una Ley, en que declaraba por Capitan General de las tropas de la República á Pompeyo. Opusiéronse Quinto Hortensio, y Quinto Catulo, hombres de grande autoridad por su elocuencia, y empleos, porque ambos habian ya sido Consules; pero Ciceron, que era Pretor entonces, salió á la defensa de esta Ley, llamada Manilia de su Autor; demostrando ser necesario entregar á Pompeyo la conducta del exército: porque en él concurrian todas las partes que hacen un Capitan consumado. Fué confirmada por el Pueblo la eleccion de Pompeyo, el qual triunfó gloriosamente de los dos Reyes. Sucedió todo esto el año 687. de la fundacion de Roma, siendo Cónsules M. Emilio Lepi-

do,

do, y Lucio Volcacio. La oracion es parte del género deliberativo, y parte del demostrativo, ó laudativo, pues en ella no solo persuade el Orador la guerra, sino tambien se dilata en las alabanzas de Pompeyo, como del único, á quien se podia fiar el mando en aquellas circunstancias.

¶ Las partes de esta Oracion son seis: Exôrdio, Narracion, Division, Confirmacion, Refutacion, Epílogo.

EXORDIO.

1. Quanquam mihi semper frequens conspectus vester, multo iucundissimus; hic autem locus, ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus est visus, Quirites: tamen hoc auditu laudis, qui semper optimo cuique maxime patuit, non mea me voluntas: sed meæ vitæ rationes ab ineunte ætate susceptæ prohibuerunt. Nam, cum antea per ætatem modum hûius auctoritatem loci contingere auderem; statueremque, nihil huc, nisi perfectum ingenio, elaboratum indùstria, afferri oportere: omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putavi. Ita neque hic locus vacuus unquam fuit ab iis, qui vestram causam defenderent: & meus labor in privatorum periculis caste integreque versatus, ex vestro iudicio fructum est amplissimum consecutus. Nam cum propter dilatio-

nem

CAP. I.

Frequens conspectus. Esta vuestra concurrencia. Estaba presente todo el pueblo convocado por Manilio para la ratificacion de su ley.

Locus. Un templo en la plaza pública, llamado *pro rostris*: porque estaba adornado de las proás de las naves, que los Romanos cogieron á los de Antio.

Quirites. Ciudadanos de Roma. Los Romanos bajo el Reynado de Rómulo hicieron alianza con Tacio Rey de los Sabinos, que habitaba la ciudad de Cures, y de aquí en señal de amistad mútuamente se llamaron unos, y otros Quiritas, y Romanos.

Hoc auditu. De este grado para el honor.

Meæ vitæ. Mi estado, y profesion á que me dediqué desde mi niñez.

Auderem. No osando acercarme á un lugar de tanta magestad.

Elaboratum. Perfeccionado con la industria.

Amicorum temporibus. Volviendo todas mis atenciones á los negocios, y necesidades de mis amigos.

Unquam fuit. Nunca faltaron oradores que, &c.

Caste integreque. Empleado honesta, y desinteresadamente.

nem commitiorum ter prætor primus centuriis cunctis renunciatus sum, facile intellexi, Quirites, & quid de me iudicaretis, & quid aliis præscriberetis. Nunc cum & auctoritatis in me tantum sit, quantum vos honoribus mandandis esse voluistis; & ad agendum facultatis tantum, quantum homini vigilanti ex forensi usu prope quotidiana dicendi exercitatio potuit afferre: certe, & si quid auctoritatis in me est, eâ apud eos utar: qui eam mihi dederunt; & si quid etiam dicendo consequi possum, iis ostendam potissimum, qui ei quoque rei fructum suo iudicio tribuendum esse censuerunt. Atque illud in primis mihi lætandum iure esse video, quod in hâc insolitâ mihi ex hoc loco ratione dicendi, causa talis oblata est, in qua oratio deesse nemini potest. Dicendum est enim de Cn. Pompeii singulari eximiaque virtute: huius autem orationis difficilius est exitum, quam principium invenire. Ita mihi non tam copia, quam modus in dicendo quærendus est.

Narracion. II. Atque ut inde oratio mea proficiscatur, unde hæc omnis causa ducitur: bellum grave & periculosum vestris vectigalibus atque sociis, à duobus potentissimis regibus infertur, Mithridate, & Tigrane; quorum alter relictus, alter lacessitus, occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitratur. Equitibus Romanis, honestissimis viris, afferuntur ex Asia quotidie litteræ, quorum magnæ res aguntur, in vestris vectigalibus exercendis occupatæ: qui ad me pro necessitudine, quæ mihi est cum illo ordine, causam rei-

Prætor primus. Habia en tiempo de Ciceron ocho Pretores en Roma.
Centuriis cunctis. Tres veces fui elegido por todos los votos.
Quantum. Quanto quisisteis tuviese dándome honores, empleos, &c.
Forensi usu. Del continuo exercicio en la audiencia.
Apud eos. Entre aquellos.
Ei quoque. A su elocuencia, que se debia premiar.
Insolita. Nueva, nunca usada en este sitio.
Oratio. Palabras.
Est exitum. Es mas difícil saber como se ha de concluir, que como se ha de empezar.

II.

Vestris vectigalibus. A las Provincias que os pagan tributo.
Mithridate. El primero Rey de Ponto, y el segundo de Armenia.
Alter relictus. Luculo no pudo coger a Mitridates, porque al mejor tiempo se le amotinaron sus tropas, y asi dejó de perseguirle.
Lacessitus. Porque Luculo e habia tomado á Tigranes Certa su capital.
Quorum magnæ. Los cuales tienen arriesgados sus caudales en el arriendo de vuestras alcabalas.
Pro necessitudine. Por el estrecho parentesco que tengo con ellos, con los asentistas.

reipublicæ, periculaque rerum suarum, detulerunt: Bythyniæ, quæ nunc vestra provincia est, vicos exustos esse complures; regnum Ariobarzanis, quod finitimum est vestris vectigalibus, totum esse in hostium potestate: Lucullum magnis rebus gestis, ab eo bello discedere: huic qui successerit, non satis esse paratum ad tantum bellum administrandum: unum ab omnibus sociis & civibus ad id bellum imperatorem deposci, atque expeti; eundem hunc unum ab hostibus metui, prætérea neminem.

Division. III. Causa quæ sit, videtis: nunc, quid agendum sit, considerate. Primum mihi videtur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de imperatore deligendo, esse dicendum.

Confirmacion. IV. Genus est enim eiusmodi, quod maxime vestros animos excitare, atque inflamare debet: in quo agitur populi Romani gloria, quæ vobis à maioribus, cum magna in rebus omnibus, tum summa in re militari tradita est: agitur salus sociorum, atque amicorum, pro quâ multa maiores vestri magna & gravia bella gesserunt; aguntur certissima populi Romani vectigalia, & maxima, quibus amissis, & pacis ornamenta; & subsidia belli requiretis: aguntur bona multorum civium, quibus est à vobis, & ipsorum & reipublicæ causâ consulendum.

V. Et quoniam semper appetentes gloriæ præter ceteras gentes, atque avidi laudis fuistis, delenda vobis est

Detulerunt. Me encargaron.
Bithyniæ. Provincia del Asia menor.
Ariobarzanis. Rey de Capadocia amigo y aliado del Pueblo Romano.
Lucullum. Lucio Luculo era el General de esta guerra; pero se volvia por habérsele acabado el tiempo.
Qui successerit. Este fue Glabrion, á quien Luculo entregó parte de su exercito.
Unum. Este solo, en quien todos ponen los ojos, es Pompeyo.

III.

Primum..... deinde.... tum.... Ciceron usa comunmente de estas particulas, que son mas elegantes que *primo secundo, tertio.*

De magnitudine. De la importancia de lo grave y peligrosa que es esta guerra.

IV.

Genus est. Su naturaleza, su especie.
Cum magna. Grande en todos asuntos; pero mayor en la guerra.
Ornamenta. Los espectáculos, fiestas, recreos, y los socorros para la guerra cuando se necesiten.
Consulendum. Por quienes debeis mirar, tanto por vuestro provecho como por el de la republica.

V.

Præter ceteras. Mas que otra nacion alguna.

est illa macula, Mithridatico bello superiore suscepta: quæ penitus iam insedit, atque inveteravit in populi Romani nomine: quod is, qui uno die tota Asiâ, tot in civitatibus, uno nuncio, atque una litterarum significatione cives Romanos necandos trucidandosque denotavit, non modo adhuc pœnam nullam, suo dignam scelere suscepit, sed ab illo tempore annum iam tertium & vicesimum regnat: & ita regnat, ut se non Ponto, neque Cappadociæ latebris occultare velit, sed emergere è patrio regno, atque in vestris vectigalibus, hoc est, in Asiæ luce versari. Etenim adhuc ita vestri cum illo rege contenderunt imperatores, ut ab illo insignia victoriæ, non victoriam reportarent. Triumphavit L. Sylla, triumphavit L. Murena de Mithridate, duo fortissimi viri, & summi imperatores; sed ita triumpharunt, ut ille pulsus superatusque regnaret. Veruntamen illis imperatoribus laus est tribuenda, quod egerunt: venia danda, quod reliquerunt: propterea quod ab eo bello Syllam in Italiam respublica, Murenam Sylla revocavit.

VI. Mithridates autem omne reliquum tempus non ad oblivionem veteris belli, sed ad comparationem novi contulit: qui postea quam maximas ædificasset ornassetque classes: exercitusque permagnos, quibuscumque ex gentibus potuisset, comparasset, & se Bosphoranis, finitimis suis, bellum inferre simulasset: usque in

Mithridatico bello. En la guerra pasada contra Mitridates, siendo Consules Quinto Pompeyo, y Lucio Sila.

Iam insedit. Que se fijó y envejeció con mengua del nombre Romano.

Una litterarum. Con una carta sola.

Cives Romanos. Plutarco en la vida de Sila dice, que llegó su número á ciento y cincuenta mil.

Annum iam. Mantuvo Mitridates la guerra contra los Romanos por espacio de quarenta años.

In vestris vectigalibus. Sino fuera de su patria, y dentro de vuestra jurisdiccion.

Versari. Andar guerreando.

Insignia victoriæ. Los trofeos, los despojos.

Laus est tribuenda. Son dignos de alabanza, por lo que hicieron, y de perdoa, por lo que no hicieron.

Respublica. La republica, cuyos dueños eran entonces Mario, Cina y Carbon, llamó á Sila.

Murenam Sylla. Sila hizo paces con Mitridates, y por eso no permitió que su Teniente Murena continuase la guerra.

VI.

Omne reliquum. Empleó todo el tiempo intermedio, no en borrar la memoria de la guerra pasada, observando exactamente los tratados de paz, sino en hacer preparativos para otra nueva.

Bosphoranis. Los moradores del Bosforo Trácico que confina con el Ponto por el Occidente.

in Hispaniam legatos Ecbatanis misit ad eos duces, quibuscum tum bellum gerebamus: ut, cum duobus in locis disiunctissimis, maximeque diversis, uno consilio, à binis hostium copiis bellum terrâ marique gereretur, vos anciptiti contentione districti de imperio dimicaretis.

Sed tamen alterius partis periculum, Sertorianæ, atque Hispaniensis, quæ multo plus firmamenti ac roboris habebat, Cn. Pompeii divino consilio ac singulari virtute depulsum est; in altera parte ita res à L. Lucullo, summo viro, est administrata, ut initia illa gestarum rerum magna atque præclara, non felicitati eius, sed virtuti; hæc autem extrema quæ nuper acciderunt, non culpæ, sed fortunæ tribuenda esse videantur. Sed de Lucullo dicam alio loco, & ita dicam, Quirites, ut neque vera laus, ei detracta oratione nostra, neque falsa, afficta esse videatur. De vestri imperii dignitate, atque gloriâ, quoniam is est exorsus orationis meæ, videte quem vobis animum suscipiendum putetis.

VII. Maiores vestri sæpe, mercatoribus ac naviculatoribus iniuriosius tractatis, bella gesserunt: vos tot civium Romanorum millibus, uno nuntio atque uno tempore necatis, quo tandem animo esse debetis? Legati quod sunt appellati superbius, Corinthum patres vestri, totius Græciæ lumen, exstinctum esse voluerunt, vos eum regem inultum esse patiemini, qui le-

Ecbatanis. Desde Ecbatana, antigua Metrópoli de la Media mayor, y entonces Corte de Mitridates.

Ad eos duces. A Sertorio y sus aliados, que se habian rebelado contra la República.

Duobus in locis. Sertorio movia guerra en España, y Mitridates en Asia.

Anciptiti contentione. Combatidos al mismo tiempo por ambas partes sin saber á cual acudir primero.

De imperio. Sobre la conservacion de vuestros dominios.

Initia illa. En que Luculo venció á Mitridates: si bien, este halló medio de retirarse al Reyno de Tigranes.

Hæc autem. Muchas pérdidas, que padecieron los Romanos en varios reencuentros.

Id est exorsus. Este es el principio de mi oracion: lo ignominiosa que era la guerra.

Quem vobis. Qué resolucion pensais tomar.

VII.

Naviculatoribus. Negociantes, que comercian en navíos propios.

Iniuriosius tractatis. Levemente ofendidos.

Quod erant. Porque los trataron descortesmente, con algo de altanería.

Totius Græciæ. Alude á lo que vulgarmente se decia: *Corinthum esse alterum Græciæ lumen, Athenas alterum.*

legatum populi Romani, consularem, vinculis ac verberibus, atque omni supplicio excruciatum necavit? Illi libertatem civium Romanorum imminutam non tulerunt: vos vitam ereptam negligetis? Ius legationis verbo violatum illi persecuti sunt: vos legatum populi Romani omni supplicio interfectum relinquetis? Videte, ne, ut illis pulcerrimum fuit, tantam vobis imperii gloriam relinquere; sic vobis turpissimum sit, illud, quod accepistis, tueri & conservare non posse.

VIII. Quid, quod salus sociorum summum in periculum ac discrimen vocatur? Regno expulsus est Ariobarzanes, rex, socius populi Romani atque amicus: imminent duo reges toti Asiæ, non solum vobis inimicissimi, sed etiam vestris sociis atque amicis: civitates autem omnes cuncta Asia atque Græcia vestrum auxilium exspectare, propter periculi magnitudinem, coguntur: imperatorem à vobis certum deposcere, cum præsertim vos alium miseritis, neque audent, neque id se facere summo sine periculo posse arbitrantur.

Vident & sentiunt hoc idem, quod vos; unum virum esse, in quo summa sunt omnia, & eum prope esse; quo etiam carent ægrius: cuius adventu ipso atque nomine, tametsi ille ad maritimum bellum venerit, tamen impetus hostium repressos esse intelligunt ac retardatos. Hi vos, quoniam libere loqui non licet, tacite rogant, ut se quoque, sicut ceterarum provinciarum socios, dignos existimetis, quorum salutem tali viro commendetis. Atque hoc etiam magis, quam ceteros, quod eiusmodi in provinciam homines cum imperio mittimus, ut,

Legatum populi. Este fue Manlo Atilio, á quien mandó Mitridates llevar montado á la vergüenza en un asno hasta Pérgamo, donde le hizo morir, bebiendo á fuerza oro derretido.

Illi libertatem. Vuestros antepasados.

Verbo. Violado solo de palabra.

VIII.

Quid quod. De esta partícula usa Ciceron, cuando pasa de un punto á otro, y este es de mayor importancia que el antecedente.

Duo reges. Mitridates y Tigranes.

Certum. Señalándole por su nombre.

Et cum. Porque á la sazon Pompeyo corria el mar mediterráneo persiguiendo á los piratas ó Corsarios.

Tametsi, tamen. Usa mucho Ciceron de estas particulas para distinguir.

Libere loqui. por medio de M. Acilio Glabrion, que habia sucedido á Lucullo en el gobierno de aquella Provincia.

Dignos existimetis. Los juzgais merecedores de que su salud se encargue, &c.

Cum imperio. Enviamos, hacemos Generales.

ut, etiam si ab hoste defendant, tamen ipsorum adventus in urbes sociorum, non multum ab hostili expugnatione differant. Hunc audiebant antea; nunc præsentem vident tanta temperantiâ, tantâ mansuetudine, tantâ humanitate, ut ii beatissimi esse videantur, apud quos ille diutissme commoratur.

IX. Quare, si propter socios nulla ipsi iniuria lacessiti maiores vestri cum Antiocho, cum Philippo, cum Ætolis, cum Pœnis bella gesserunt: quanto vos studio convenit, iniuriis provocatos, sociorum salutem una cum imperii vestri dignitate defendere, præsertim cum de vestris maximis vectigalibus agatur? Nam ceterarum provinciarum vectigalia, Quirites, tanta sunt, ut vix ad ipsas provincias tutandas vix contenti esse possimus: Asia vero tam opima est & fertilis, ut & ubertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum, quæ exportantur, facile omnibus terris antecellat. Itaque hæc vobis provincia, quirites, si & belli utilitatem, & pacis dignitatem sustinere vultis, non modo à calamitate, sed etiam à metu calamitatis est defendenda.

Nam ceteris in rebus, cum venit calamitas, tum detrimentum accipitur. Ac in vectigalibus non solum adventus mali, sed etiam metus ipse affert calamitatem. Nam cum hostium copiæ non longe absunt, etiam si irruptio nulla facta sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur; mercatorum navigatio conquiescit. Ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex

IX.

Propter socios Con Antioco, Rey de Siria, y los Etolios, á favor de las ciudades confederadas de Grecia; con Filipo, Rey de Macedonia, padre de Perseo y Demetria á favor de los Atenienses, con los Cartagineses en la primera guerra á favor de Mecina ciudad de Sicilia, y en la segunda á favor de Sagunto.

Nulla ipsi. Sin ser injuriados vuestros antepasados.

Studio. Ardor, empeño.

Tanta sunt. Son tan cortas.

Ubertate agrorum. En la fertilidad de los campos.

Magnitudine pastionis. Abundancia de pastos.

Quæ exportantur. Que sirven para el comercio.

A calamitate. Calamidad lo toma aquí, y en otras partes por la infelicidad en que se hallan los pueblos en tiempo de guerra, ó despues de concluida.

Etiam metus. Sino tambien el miedo solo de que haya guerra.

Ex portu. De los derechos de transporte, ó entrada en los puertos, que se llaman en latin *portoria.*

Ex decumis. Pagábase la décima, ó el diez por ciento de los granos, vino, aceite, frutas, &c.

ex scriptura vectigal conservari potest. Quare sæpe totius anni fructus uno rumore periculi, atque uno belli terrore amittitur. Quo tandem animo esse existimatis aut eos, qui vectigalia nobis pensitant, aut eos, qui exercent atque exigunt, cum duo reges cum maximis copiis prope adsint? Cum una excursio equitatus perbrevi tempore totius anni vectigal auferre posset? cum publicani familias maximas quas in salinis habet, quas in agris, quas in portubus atque custodiis magno periculo se habere arbitretur? Putatisne vos illis rebus frui posse, nisi eos, qui vobis fructuosi sunt, conservaveritis, non solum (ut antea dixi) calamitate, sed etiam calamitatis formidine liberatos?

X. Ac ne illud quidem vobis negligendum est, quod mihi ego extremum proposueram, cum essem de belli genere dicturus, quod ad multorum bona civium Romanorum pertinet, quorum vobis, pro vestra sapientia, Quirites, habenda est ratio diligenter. Nam & publicani, homines & honestissimi & ornatissimi, suas rationes & copias in illam Provinciam contulerunt: quorum ipsorum per se res & fortunæ vobis curæ esse debent. Etenim si vectigalia nervos esse reipublicæ semper duximus, eum certe, ordinem, qui exercet illa firmamentum ceterorum ordinum recte esse dicemus.

Deinde ceteris ex ordinibus homines gnavi & industrii partim in Asia negotiantur, quibus vos absentibus consulere debetis: partim suas, & suorum in ea provincia pecunias magnas collocatas habent. Erit igitur humanitatis vestræ, magnum eorum civium numerum ca-

Ex scriptura. De los pastos públicos, ó dehesas. Llámase asimismo *scripturarius ager*, segun Festo Gramatico antiguo, aquel, que por cierta cantidad, que anotaba el publicano, en la que se convenia con el pastor, servia para pacer el ganado, ó la escritura de obligacion, que hacia el arrendador con el dueño de los pastos.

Qui exercent. Los que las administran y cobran.

Publicani. Eran como asentistas, que pagando cierta suma administraban de su cuenta las rentas, y alcabalas de la república.

Vobis fructuosi. Que os dan provecho.

X.

Suas rationes. Sus cuentas, ó intereses.

Nervos. El fundamento, fuerza de la República. Metáfora.

Eum certe. Los publicanos eran del orden equestre.

Gnavi, &c. Diligentes, industriosos.

Quibus vos. De los que por estar ausentes debeis cuidar.

calamitate prohibere: sapientiæ, videre, multorum civium calamitatem à republica seiunctam esse non posse. Etenim illud primum parvi refert, vos publicanis amissa vectigalia postea victoria recuperare. Neque enim iisdem redimendi facultas erit propter calamitatem, neque aliis voluntas, propter timorem.

Deinde, quod nos eadem Asia, atque idem iste Mithridates initio belli Asiatici docuit; id quidem certe calamitate docti memoriâ retinere debemus. Nam tum, cum in Asia res magnas permulti amiserunt, scimus Romæ, solutione impeditâ, fidem concidisse. Non enim possunt una in civitate multi rem fortunas amittere, ut non plures secum in eandem calamitatem trahant. A quo periculo prohibete rempublicam, & mihi credite id, quod ipsi videtis. Hæc fides atque hæc ratio pecuniarum, quæ Romæ, quæ in foro versatur, implicita est cum illis pecuniis Asiaticis & cohæret. Ruere illa non possunt, ut hæc non eodem labefactata motu concidant. Quare videte, num dubitandum vobis sit omni studio ad id bellum incumbere, in quo gloria nominis vestri, salus sociorum, vectigalia maxima, fortunæ plurimorum civium cum republica defenduntur.

Segunda parte de la confirmacion. XI. Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicam. Potest enim hoc dici belli genus esse ita necessarium, ut sit gerendum; non esse ita magnum, ut sit pertimescendum. In quo maxime laborandum est, ne forte à vobis quæ diligentissime providenda sunt, contemnenda esse videantur.

Atque ut omnes intelligant, me L. Lucullos tantum

Calamitate. De los daños de la guerra.

Etenim illud. Dirá alguno: aquello primero de perder las alcabalas importa poco, porque nosotros despues de la victoria &c. *Præoccupatio.*

Redimendi. Arrendar. *Redimere* se usó por *conducere*. Así en Ciceron, *redemtor*, *conductor*, *manceps* significa casi lo mismo.

Facultas. Posibilidad, fondos.

Scimus Romæ. Bien sabemos que por haberse suspendido las pagas, disminuyó en Roma el crédito de los negociantes.

Hæc fides &c. El comercio, y los bancos de Roma dependen de los del Asia.

Num dubitandum. Si hay motivo alguno de dudar en aplicaros á esta guerra, &c.

XI.

In quo. En lo que se debe poner mayor cuidado.

extremum, ut ex iis locis à militibus nostris reditus magis maturus, quam processio longior quæreretur. Mitridates autem & suam manum iam confirmarat, & eorum, qui se ex eius regno collegerant; & magnis adventitiis multorum regum & nationum copiis iuvabatur. Hoc iam fere sic fieri solere accepimus, ut regum afflictæ fortunæ facile multorum opes alliciant ad misericordiam, maximeque eorum, qui aut reges sunt, aut vivunt in regno: quod regale iis nomen magnum & sanctum esse videatur. Itaque tantum victus efficere potuit, quantum incolumis nunquam ausus est optare. Nam cum se in regnum recepisset suum, non fuit eo contentus, quod ei præter spem acciderat, ut illam, posteaquam pulsus erat, terram unquam attingeret: sed in exercitum vestrum clarum atque victorem, impetum fecit. Simite hoc loco, quirites (sicut Poetæ solent, qui res Romanas scribunt) præterire me nostram calamitatem: quæ tanta fuit, ut eam ad aures L. Luculli non ex prælio nuntius, sed ex sermone rumor afferret. Hic in ipso illo mallo, gravissimaque belli offensione, L. Lucullus, qui tamen aliqua ex parte iis incommodis mederi fortasse potuisset, vestro iussu coactus, quod imperii diuturnitati modum statuendum veteri exemplo putavistis, partem militum qui iam stipendiis confectis erant, dimisit partem Glabrioni tradidit. Multa prætereo consulto: sed ea vos coniecturâ perspicitis, quantum illud bellum futurum putetis, quod coniungant reges potentissimi, renovent agitatæ nationes, suscipiant integræ gentes, novus imperator vester accipiat, vetere pulso exercitu.

Ter-

Reditus magis. Trataban mas de volver presto, que de pasar adelante.

Adventitiis. Que venian voluntariamente a ayudarle.

Multorum opes. Se atraen el poderio ó socorro de muchos.

Tactum victus. Vencido pudo lograr tanto.

Præter spem. Porque él no pensaba poder ya recobrar el Ponto.

In exercitum. Primero venció Mitridates á Lucio Fileo, enviado por Luculo al Ponto; despues á Cayo Triario, Teniente de Luculo, matándole siete mil soldados; ciento y cincuenta Centuriones, y veinte y cuatro Tribunos.

Ad aures. Vino la noticia á Luculo no por alguno de los que se hallaron en la batalla, sino por la voz que corria.

Imperii diuturnitati. Que se debia señalar tiempo limitado para el emperador de Capitan General.

Stipendiis confectis. Que habian ya cumplido el tiempo de su milicia. Este era de diez años.

Integræ gentes. Que aun no han padecido los daños de la guerra.

Tercera parte de la confirmacion. XIV. Satis mihi multa verba fecisse videor, quare hoc bellum esset, genere ipso necessarium, magnitudine periculosum. Restat ut de imperatore ad id bellum deligendo ac tantis rebus præficiendo dicendum esse videatur.

Utinam, Quirites, virorum fortium; atque innocentium copiam tantam haberetis, ut hæc vobis deliberatio difficilis esset, quemnam potissimum tantis rebus, ac tanto bello præficiendum putaretis. Nunc vero, cum sit unus Cn. Pompeius, qui non modo eorum hominum, qui nunc sunt, gloriam, sed etiam antiquitatis memoriam virtute superarit; quæ res est, quæ cuiusquam animum in hac causâ dubium facere possit? Ego enim sic existimo in summo imperatore quatuor has res inesse oportere, scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem.

XV. Quis igitur hoc homine scientior unquam aut fuit, aut esse debuit? qui è ludo atque pueritiæ disciplinâ, bello maximo atque acerrimis hostibus ad patris exercitum, atque in militiæ disciplinam profectus est? Qui extremâ pueritiâ miles fuit summi imperatoris? Ineunte adolescentia maximi ipse exercitus imperator? Qui sæpius cum hoste conflixit, quam quisquam cum inimico concertavit? Plura bella gessit, quam ceteri legerunt? Plures Provincias confecit, quam alii concupiverunt? Cuius adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis præceptis, sed suis imperiis: non offensionibus belli, sed victoriis: non stipendiis, sed triumphis est erudita? Quod denique genus belli esse potest, in quo illum

XV.

E ludo. De la escuela.

Patris. Cneo Pompeyo Estrabon, que fue uno de los Generales de la República en la guerra Italica.

Extrema pueritia. Los Romanos estendian la puericia hasta los diez, y siete años.

Imperator. Pompeyo, juntando un exército de voluntarios, y la flor de la nobleza Romana, venció á Celio, Bruto, Carbon, y Scipion, que seguian el partido de Mario; y viniendo despues á los reales de Sila, este le salió á recibir con la cabeza descubierta, y le saludó diciendo: *Salve Imperator.*

Cum hoste. Hostis. Se llama el enemigo público, *inimicus* el particular.

Plures Provincias, &c. Sujetó mas provincias al pueblo Romano, que las que otros pretendieron en sus gobiernos.

Non offensionibus. No con los sucesos adversos de la guerra. Este nombre da Ciceron muchas veces á las batallas perdidas.

Non stipendiis. No cobrando sueldos.

prædonum potestatem pervenerint? Chidum, aut Colophonem, aut Samum, nobilissimas urbes; innumerabilesque alias captas esse commemorem, cum vestros portus, atque eos portus, quibus vitam & spiritum ducitis, in prædonum fuisse potestate sciatis? An vero ignoratis, portum Caietæ celeberrimum, atque plenissimum navium, inspectante prætore, à predonibus esse direptum? Ex Miseno autem, eius ipsius liberos, qui cum prædonibus antea ibi bellum gesserat, à predonibus esse sublatos? Nam quid ego Ostiense incommodum, atque illum labem, atque ignominiam reipublicæ querar, cum prope inspectantibus vobis classis ea, cui Consul populi R. præpositus esset, à prædonibus capta atque oppressa est? Pro dii immortales! tantamne unius hominis incredibilis ac divina virtus, tam brevi tempore lucem afferre reipublicæ potuit, ut vos, qui modo ante ostium Tiberinum classem hostium videbatis, si nunc nullam intra Oceani ostium, prædonum navem esse audiatis? Atque hæc quâ celeritate gesta sint, quanquam videtis, tamen à me in dicendo prætereunda non sunt. Quis enim unquam, aut obeundi negotii, aut consecuendi quæstûs studio tam brevi tempore tot loca adire, tantos cursus conficere potuit, quam celeriter, Cn. Pompeio duce, belli impetus navigavit? Quid nondum tempestivo ad navigandum mari Siciliam adiit, Africam exploravit: inde Sardiniam cum classe venit: atque hæc tria frumentaria subsidia reipublicæ firmissimis præsidiis, classibusque munivit.

Chidum. Ciudad del Asia menor.

Samum. Isla en el mar Egeo, ó Archipiélago.

Quibus vitam. Donde ós proveeis de todo lo necesario para la vida.

Portum Caietæ. Está en Campania Provincia de Italia.

Ex Miseno. Cabo, ó promontorio de Italia.

Ostiense incommodum. La desgracia, la afrenta que recibimos de los Piratas en Ostia. *Ostia*, es una ciudad fundada por Anco Marcio á la boca del Tiber: *Ante ostium Tiberinum.*

Intra Oceani ostium. En todo el Mediterraneo. *Oceani ostium*; propiamente es el estrecho Herculeo, ó de Gibraltar, por donde se comunica el mar Océano con el Mediterráneo.

Obeundi negotii. Para cumplir algun negocio, ó llevado de sus ganancias.

Belli impetus. La armada naval de Pompeyo. Esta expresion es poética, pero hermosa, y se puede conceder alguna vez al orador.

Nondum tempestivo. Siendo á la sazon peligrosa la navegacion, y arriesgada.

Sardiniam. Cerdeña, isla de Italia.

Tria frumentaria. Los tres como graneros, y pósitos de la republica.

vit. Inde, se cum in Italiam recepisset, duabus Hispaniis, & Galliâ Cisalpinâ præsidiis ac navibus confirmatâ, missis item in oram Illyrici maris, & in Achaiam, omnemque Græciam navibus, Italiæ duo maria maximis classibus, firmissimisque præsidiis adornavit: ipse autem, ut à Brundusio profectus est, unde quinquagesimo die totam ad imperium Pop. Romani Ciliciam adiunxit: omnes qui ubique prædones fuerunt, partim capti interfectique sunt; partim unius huius imperio, ac potestati se dediderunt. Idem Cretensibus, cum ad eum usque in Pamphyliam legatos deprecatoresque misissent, spem deditionis non ademit, obsidesque imperavit. Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longe lateque dispersum, quo bello omnes gentes ac nationes premebantur, Cn. Pompeius extrema hieme apparavit ineunte vere suscepit, mediâ æstate confecit.

XVIII. Est hæc divina atque incredibilis virtus imperatoris. Quid ceteræ, quas paulo ante commemorare cœperam, quantæ atque quam multæ sunt? Non enim solum bellandi virtus in summo atque perfecto imperatore quærenda est: sed multæ sunt artes eximiæ, huius administræ, comitesques virtuti. Ac primum quantâ innocentiâ debent esse imperatores? quantâ deinde omnibus in rebus temperantiâ? quantâ fide? quantâ facilitate? quanto ingenio? quanta humanitate? Quæ breviter, qualia sint in Cn. Pompeio, consideremus. Summa enim omnia sunt, Quirites: sed ea magis ex aliorum contentione, quam ipsa per se cognosci atque intelligi possunt. Quem

Duabus Hispaniis. La Citerior, y Ulterior, ó la Tarraconense, y la Bética.

Gallia Cisalpina. Parte de la Italia, desde los Alpes hasta el Rio Rubicon, que se llama Lombardía.

Duo maria. El mar Adriatico, y Tirreno ó de Toscana.

Undequinquagesimo die. En cuarenta y nueve dias.

Ciliciam Provincia del Asia menor, hoy Caramania.

Cretensibus. Los Cretenses eran tambien corsarios. *Creta*, que ahora se dice Candia, es una isla en el mar Mediterráneo.

Pamphyliam. Cae esta provincia entre Cilicia y Syria.

Extrema hieme. Al fin del invierno como antes dice *extrema pueritia*

XVIII.

Administræ comitesque. Que sirven de socorro, y acompañan á la fortaleza.

Quanta fide. Veracidad en las palabras.

Facilitate. Afabilidad y agrado.

Ingenio. Entendimiento, juicio.

Ex aliorum. De la comparacion con otros.

XIX Quem enim possumus imperatorem aliquo in numero putare, cuius in exercitu veneant centuriatus, atque venierint? Quid hunc hominem magnum, aut amplum de republica cogitare, qui pecuniam ex ærario depromtam ad bellum administrandum, aut propter cupiditatem provinciæ magistratibus diviserit, aut propter avaritiam Romæ in quæstu reliquerit? Vestra admurmuratio facit, Quirites, ut agnoscere videamini qui hæc fecerint. Ego autem neminem nomino. Quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui ante de se voluerit confiteri. Itaque propter hanc avaritiam imperatorum quantas calamitates, quocumque ventum sit, nostri exercitus ferant, quis ignorat? Itinera, quæ per hosce annos in Italia per agros atque oppida civium Romanorum nostri imperatores fecerunt, recordamini. Tum facilius statuetis, quid apud exteras nationes fieri existimetis. Utrum plures arbitramini per hosce annos militum vestrorum armis, hostium urbes, an hibernis, sociorum civitates esse deletas? Neque enim potest exercitum is continere imperator, qui se ipsum non continet: neque severus esse in iudicando, qui alios in se severos esse iudices non vult.

Hic miramur, hunc hominem tantum excellere ceteris, cuius legiones sic in Asiam pervenerunt, ut non modo manus tanti exercitus; sed ne vestigium quidem cuiquam pacato nocuisse dicatur? Iam vero, quemadmodum milites hiberneut, quotidie sermones ac litteræ perferuntur. Non modo, ut sumtum faciat in militem, nemine vis affertur; sed ne cupienti quidem cuiquam permittitur. Hiemis enim, non avaritiæ, perfugium ma-

XIX.

Quem enim. Qué juicio podemos hacer, &c.

Veneant centuriatus. Se ponen en venta los grados de Capitan.

Propter cupiditatem. Con la mira de conseguir ó mantener el gobierno de alguna Provincia.

Quæstu reliquerit. O pone su dinero á logro en los bancos de Roma.

Nisi qui. Porque el que se queja se daba á entender ser él.

Utrum plures. Juzgais, decidme, si en estos años habrán sido mas las ciudades de enemigos asoladas con las armas de vuestros soldados, que de aliados con sus cuarteles de Invierno?

Ut non. No solo no estendió las manos para coger alguna cosa, sino que ni los pies quiso poner donde se siguiese el mas leve perjuicio.

Quotidie sermones. Cada dia nos hallamos con nuevas noticias y cartas.

Hiemis enim. Abrigo del frio, y no de la avaricia.

maiores nostri in sociorum atque amicorum tectis esse voluerunt.

XX. Age vero, ceteris in rebus quali sit temperantiâ, considerate. Unde illam tantam celeritatem & tan incredibilem cursum iuventum putatis? Non enim illum eximia vis remigum, aut ars inaudita quædam gubernandi, aut venti aliqui novi, tam celeriter in ultimas terras pertulerunt. Sed hæ res, quæ ceteros remorari solent, non retardarunt: non avaritia ab instituto cursu ad prædam aliquam devocavit, non libido ad voluptatem, non amœnitas ad delectationem, non nobilitas urbis ad cognitionem, non denique labor ipse ad quietem. Postremo signa & tabulas, ceteraque ornamenta Græcorum oppidorum, quæ ceteri tollenda esse arbitrantur, ea sibi ille ne visenda quidem existimavit. Itaque omnes quidem nunc in his locis Cn. Pompeium, sicut aliquem non ex hac urbe missum, sed de cœlo delapsum, intuentur: nunc denique incipiunt credere, fuisse homines Romanos hac quondam abstinentia: quod iam nationibus exteris incredibile, ac falso memoriæ proditum videbatur. Nunc imperii nostri splendor illis gentibus lucet; nunc intelligunt, non sine causa maiores suos tum, cum hac temperantiâ magistratus, habebamus servire populo Romano, quam imperare aliis maluisse.

XXI. Iam vero ita faciles aditus ad eum privatorum, ita liberæ querimoniæ de aliorum iniuriis esse dicuntur; ut is, qui dignitate principibus excellit, facilitate par infimis esse videatur.

XXII. Iam quantum consilio, quantum dicendi gravi-

ta-

XX.

Unde illam. De donde os parece que provino esta docilidad y destreza increible, para correr tantas tierras y mares en tan poco tiempo?

Ab instituto. Del rumbo intentado, de las empresas comenzadas.

Devocavit. Le divirtió, le desvió, le retrajo.

Ad cognitionem. Para satisfacer su curiosidad.

Non denique. Ni aun el trabajo le detuvo para descansar.

Signa & tabulas. Estatuas y pinturas.

Tollenda esse. Que juzgan se deben robar, ó saquear.

Abstinentia. Moderacion, desinteres, severidad de costúmbres.

Ac falso. Escrito con mentira.

XXI.

Faciles aditus. Facilidad en hablarle.

Liberæ querimoniæ. El poderse quejar sin miedo.

tate & copia valeat, in quo ipso inest, quædam dignitas imperatoria, vos, Quirites, hoc ipso in loco sæpe cognostis.

XXIII. Fidem vero eius inter socios quantam existimari putatis, quam hostes omnium gentium sanctissimam iudicarint? Humanitate iam tanta est, ut difficile dictu sit, utrum hostes magis virtutem eius pugnantes timuerint, an mansuetudinem victi dilexerint. Et quisquam dubitabit, quin huic tantum bellum hoc transmittendum sit, qui ad omnia nostræ memoriæ bella conficienda, divino quodam consilio natus esse videatur?

XXIV. Et quoniam auctoritas multum in bellis quoque administrandis, atque imperio militari valet: certe nemini dubium est, quin in eâ re idem ille imperator plurimum possit. Vehementer autem pertinere ad bella administranda, quid hostes, quid socii de imperatoribus vestris existiment, quis ignorat, cum sciamus, homines in tantis rebus, ut aut contemnant, aut metuant, aut oderint, aut ament, opinione non minus famæ, quam aliqua certa ratione commoveri? Quod igitur nomen unquam in orbe terrarum clarius fuit? Cuius res gestæ pares? de quo homine vos (id quod maxime facit auctoritatem) tanta & tam præclara iudicia fecistis?

An vero ullam usquam esse oram tam desertam putatis, quo non illius diei fama pervaserit, cum universus Populus Romanus, referto foro, repletisque omnibus templis, ex quibus hic locus conspici potest, unum sibi ad commune omnium gentium bellum Cn. Pompeium imperatorem depoposcit? Itaque, ut plura non dicam, neque aliorum exemplis confirmem, quantum huius auctoritas valeat in bello; ab eodem Cn. Pompe-

XXII.

In quo ipso. Que no es la menor prenda de un gran Capitan.

XXIII.

Hostes omnium. Los corsarios, que tenian infestados todos los mares. Asi le llama mas abajo: *Commune omnium gentium bellum.*

Ad omnia. Para terminar todas las guerras suscitadas en nuestro tiempo.

Divino quodam. Por especial providencia del Cielo.

XXIV.

Imperio militari. Para mandar á los soldados.

Non minus. No menos por lo que oyen, ó por lo que se dice, ó cuenta.

Tam præclara. Tan ilustres testimonios.

Referto foro. Llena de gente toda la plaza.

Hic locus. La plaza *pro castris.*

peció omnium rerum egregiárum exempla sumantur; qui quo die à vobis maritimo bello præpositus est imperator, tanta repente vilitas annonæ ex summa inopia & caritate rei frumentariæ consecuta est, unius hominis spe & nomine, quantam vix summa ubertate agrorum diuturna pax efficere potuisset.

Iam accepta calamitate ex eo prælio, de quo vos paulo ante invitus admonui; cum socii pertimuissent; hostium opes animique crevissent; cum satis firmum præsidium provincia non haberet; amisissetis Asiam, Quirites, nisi ad ipsum eius temporis discrimen divinitus Cn. Pompeium ad eas regiones fortuna populi Romani attulisset. Huius adventus & Mithridatem insolita inflammatum victoriâ continuit, & Tigranem magnis copiis minitantem Asiæ retardavit. Et quisquam dubitabit, quid virtute perfecturus sit, qui tantum auctoritate perfecerit? aut quam facile imperio atque exercitu socios & vectigalia conservaturus sit, qui pro ipso nomine ac rumore defenderit?

XXV. Age vero, illa res quantum declarat eiusdem hominis apud hostes populi Romani auctoritatem, quod ex locis tam longis, tamque diversis, tam brevi tempore omnes unâ huic se dediderunt? Quod Cretensium legati, cum in eorum insula noster imperator exercitusque esset, ad Cn. Pompeium in ultimas prope terras venerunt, eique sé omnes Cretensium civitates dedere velle dixerunt? Quid? idem iste Mithridates, nonne ad eundem Cn. Pompeium, legatum usque in Hispaniam misit? Eumque Pompeius legatum semper iudicavit: ii, quibus semper erat molestum, ad eum potissimum esse missum, speculatorem, quam le-

Tanta repente. Siendo antes suma la escasez, y carestia de trigo, vino á valer tan barato, por solo el crédito de Pompeyo, que apenas pudiera esperarse mas en una larga paz despues de la cosecha mas abundante.

Hostium opes. La potencia y altaneria de Mitridates y Tigranes.

Divinitus. Por disposicion divina.

Insolita. No esperada, porque hasta entonces siempre habia sido vencido Mitridates por Sila, Luculo, Murena.

Virtute. Por su valor.

XXV.

Age vero. Vamos claros. Modo de empezar elegante en un asunto muy cierto.

Una. Juntos.

Ad eum. Pompeyo entonces no era mas que *Questor*; Metelo, y Perpena, que mandaban aquella guerra, habian sido ya Cónsules. Por eso tenian zelos de Pompeyo, y por eso decian ser espia, no embajador.

legatum iudicari maluerunt, Potestis igitur iam constituere, Quirites, hanc auctoritatem multis postea rebus gestis magnisque vestris iudiciis amplificatam, quantum apud illos reges, quantum apud exteras nationes valituram esse existimetis.

XXVI. Reliquum est, ut de felicitate (quam præstare de se ipso nemo potest, meminisse & commemorare de altero possumus) sicut æquum est hominis de potestate deorum, timide & pauca dicamus. Ego enim sic existimo: Maximo, Marcello, Scipioni, Mario, & ceteris magnis imperatoribus, non solum propter virtutem, sed etiam propter fortunam, sæpius imperia mandata, atque exercitus esse commissos. Fuit enim profecto quibusdam summis viris quædam ad amplitudinem & gloriam, & ad res magnas bene gerendas divinitus adiuncta fortuna. De huius autem hominis felicitate, quo de nunc agimus, hac utar moderatione dicendi, non ut in illius potestate fortunam positam esse dicam, sed ut præterita meminisse; reliqua sperare videamur, ne aut invisa diis immortalibus oratio nostra, aut ingrata esse videatur. Itaque non sum prædicaturus, Quirites, quantas ille res domi militiæque, terrâ marique, quantaque felicitate gesserit: ut eius semper voluntatibus non modo cives assenserint, socii obtemperarint, hostes obedierint, sed etiam venti tempestatesque obsecundarint. Hoc brevissime dicam, neminem unquam tam impudentem fuisse, qui à diis immortalibus tot & tantas res tacitus auderet optare, quod & quantas dii immortales ad Cn. Pompeium detulerunt. Quod ut illi proprium ac perpetuum sit, Quirites, cum communis salutis atque im-

XXVI.

Nemo potest. Ninguno puede asegurar que será feliz en sus empresas, aunque si lo ha sido ya, se podrá decir, y contar que lo fué.

Maximo. Quinto Fabio Maximo el *Cunctador.*

Fortunam. Lo que el vulgo llama fortuna es solo la providencia de Dios.

Aut ingrata. Es notable la reverencia que muestra Ciceron á la providencia.

Obsecundarint. Le sirvieron, le ayudaron con alguna sumision.

Tacitus. En su pensamiento, en su corazon.

Proprium. Es lo mismo que permanente, y durable.

Atque imperii. Un hombre docto notó bien que Dios dió tanta felicidad á Pompeyo, y á otros Generales Romanos, para que Roma llegase á ser lo que es, cabeza de la Religion, despues que lo fué del imperio.

imperii, tum ipsius hominis causa (sicuti facitis) velle & optare debetis.

Quare cum & bellum ita necessarium sit, ut negligi non possit: ita magnum, ut accuratissime sit administrandum: & cum ei imperatorem præficere possitis, in quo sit eximia belli scientia, clarissima auctoritas, egregia fortuna: dubitabitis, Quirites, quin hoc tantum boni, quod vobis à diis immortalibus oblatum & datum est, in rempublicam conservandam atque amplificandam conferatis?

Quod si Romæ Cn. Pompeius privatus esset hoc tempore tamen ad tantum bellum is erat deligendus, atque mittendus. Nunc, cum ad ceteras summas utilitates, hæc quoque opportunitas adiungatur, ut iis ipsis locis adsit, ut habeat exercitum, ut ab iis qui habent, accipere statim possit, quid spectamus? aut cur non, ducibus diis immortalibus, eidem, cui cetera, summâ cum salute reipublicæ commissa sunt, hoc quoque bellum regium committimus?

Refutacion. XXVII. At enim vir clarissimus, amantissimus reipublicæ, vestris beneficiis amplissimis affectus, Q. Catulus: itemque summis ornamentis honoris, fortunæ, virtutis, ingenii præditus, Q. Hortensius ab hac ratione dissentiunt, quorum ego auctoritatem apud vos multis locis plurimum valuisse, & valere oportere confiteor: sed in hac causa, tametsi cognoscitis auctoritates contrarias virorum fortissimorum & clarissimorum, tamen omissis auctoritatibus, ipsa & ratione exquirere possumus veritatem: atque hoc facilius, quod ea omnia quæ adhuc à me dicta sunt, iidem isti vera esse concedunt, & necessarium bellum esse, & magnum, & in uno Cn. Pompeio summa esse omnia.

Quid

Quare. Epílogo de la confirmacion.

Privatus esset. Un mero particular sin ningum empleo.

Ut in iis. Porque se hallaba en Asia, y alli para juntar exército lo podia recibir al instante de los que lo tenian.

Regium. Así llama esta guerra, por ser contra los Reyes Mitridates, y Tigranes.

XXVII.

Q. Hortensius. Este fue un Orador tan feliz, y sobresaliente que vulgarmente le llamaban el Rey de los pleitos, hasta que Ciceron, dándose á conocer, con sus relevantes prendas obscureció toda la gloria de Hortensio.

Ab hac ratione. Son de opinion contraria.

Auctoritates contrarias. La autoridad de los contrarios, que eran hombres esclarecidos.

Quæ adhuc. Que dixe hasta aquí.

Quid igitur ait Hortensius? si uni omnia tribuenda sunt, unum dignissimum esse pompeium: sed ad unum tamen omnia deferri non oportere. Obsolevit iam ista oratio, re multo magis, quam verbis refutata. Nam tu idem, Q. Hortensi, multa pro tua summa copia ac singulari facultate dicendi, & in senatu contra virum fortem A. Gabinium, graviter ornateque dixisti, cum is de uno imperatore contra prædones constituendo legem promulgasset: & ex hoc ipso loco permulta item contra legem eam verba fecisti. Quid? tum, per deos immortales! si plus apud populum Romanum auctoritas tua, quam ipsius populi Romani salus & vera causa valuisset, hodie hanc gloriam, atque hoc orbis terræ imperium teneremus? An tibi tum imperium esse hoc videbatur: cum populi Romani legati, prætores quæstoresque capiebantur? cum ex omnibus provinciis commeatu & privato, & publico prohibebamur? Cum ita clausa erant nobis omnia maria, ut neque privatam rem transmarinam, neque publicam iam obire possemus?

XXVIII. Quæ civitas antea unquam fuit, non dico Atheniensium, quæ satis late quondam mare tenuisse dicitur: non Carthaginiensium, qui permultum classe, maritimisque rebus valuerunt: non Rhodiorum, quorum usque ad nostram memoriam disciplina navalis & gloria remansit: quæ civitas unquam antea tam tenuis, quæ tam parva insula fuit, quæ non portus suos, & agros, & aliquam partem regionis, atque oræ maritimæ per se ipsa defenderet? At hercle aliquot annos continuos ante legem Gabiniam, ille populus Romanus, cuius, usque ad nostram memoriam, nomen invi-

Sed ad unum. Pero que á uno solo no se debia encargar todo el imperio.

Obsolevit. Ya es vieja ó rancia esta objecion, y sin fuerza.

A. Gabinium. Aulo Gabinio Tribuno de la plebe, que promulgó una ley, por la cual daba el mando de la guerra naval contra los piratas á Pompeyo.

Quid tum. Y si entonces, &c.

An tibi tum. Té parecia á ti entonces ser imperio de Roma, &c.

Commeatu. Del comercio, de las provisiones, de los bastimentos.

Ut neque. De modo que ya era imposible atender á nuestros negocios, ó á los de la República, ultramarinos.

XXVIII.

Tenuisse dicitur. Que se dice haber tenido mucho dominio en el mar.

Classe. En armadas navales.

Ante legem En la que se dió el mando a Pompeyo contra los piratas.

victum in navalibus pugnis permanserat, magna ac multo maxima parte non modo utilitatis, sed dignitatis atque imperii caruit.

Nos, quorum maiores Antiochum regem classe, Persenque superarunt, omnibusque navalibus pugnis Carthaginienses, homines in maritimis rebus exercitatissimos paratissimosque vicerunt: ii nullo in loco iam prædonibus pares esse poteramus. Nos quoque, qui antea non modo Italiam tutam habebamus, sed omnes socios in ultimis oris auctoritate nostri imperii salvos præstare poteramus; tum, cum insula Delos tam procul à nobis in Ægeo mari posita, quo omnes undique cum mercibus, atque oneribus commeabant, referta divitiis, parva, sine muro nihil timebat: iidem non modo provinciis, atque oris Italiæ maritimis, ac portubus nostris, sed etiam Appiâ iam viâ carebamus: & his temporibus non pudebat magistratus populi Romani in hunc ipsum locum ascendere, cum eum vobis maiores vestri exuviis nauticis, & classium spoliis ornatum reliquissent.

XXIX. Bono te animo tum, Q. Hortensi, populus Romanus, & ceteros qui erant in eadem sententiâ, dicere, existimabit ea, quæ sentiebatis: sed tamen in salute communi idem populus Romanus dolori suo maluit, quam auctoritati vestræ obtemperare. Itaque una lex, unus vir, unus annus, non modo nos illa miseriâ ac turpitudine liberavit: sed etiam effecit, ut aliquando vere videremur omnibus gentibus ac nationibus terra, marique imperare.

Quo mihi etiam indignius videtur obtrectatum esse adhuc, Gabinio dicam, anne Pompeio, an utrique? id quod est

Persenque. Ultimo Rey de Macedonia, vencido por Paulo Emilio.

Ii. Nosotros mismos.

Insula Delos. Célebre por el Oráculo de Apolo.

Quo omnes, &c. Adonde concurrian gentes de todas partes con sus generos, y mercaderías.

Appia via. Este camino, que abrió Appio Claudio desde Roma hasta Capua; era peligroso por estar cerca del mar infestado de los corsarios.

Magistratus Populi Romani. Zahiere á Catulo, y Hortensio, y á otros que se opusieron á la Ley Gabinia.

XXIX.

Bono te animo. Con buena intencion.

Obtrectatum esse. El que con todo se hayan opuesto, no se si diga á Gabinio, ó á Pompeyo, ó á entramboś.

est verius, ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompeio expetenti ac postulanti. Utrum ille, qui postulat legatum ad tantum bellum, quem velit, idoneus non est, qui impetret, cum ceteri ad expilandos socios, diripiendasque provincias, quos voluerunt, legatos eduxerint: an ipse, cuius lege salus ac dignitas populo Romano, atque omnibus gentibus constituta est, expers esse debet gloriæ ejus imperatoris, atque eius exercitus, qui consilio ipsius atque periculo est constitutus? An C. Falcidius, Q. Metellus, Q. Cælius Latiniensis, Cn. Lentulus, quos omnes honoris causâ nomino, cum tribuni plebis fuissent, anno proximo legati esse potuerunt: in hoc uno Gabinio sunt tam diligentes, qui in hoc bello, quod lege Gabinia geritur, in hoc imperatore, atque exercitu, quem per se ipse constituit, etiam præcipuo iure esse deberet? De quo legando spero consules ad senatum relaturos. Qui si dubitabunt, aut gravabuntur: ego me profiteor relaturum: neque me impediet cuiusquam, Quirites, inimicum edictum, quominus, fretus vobis, vestrum ius beneficiumque defendam: neque, præter intercessionem quidquam audiam; de qua (ut arbitror) isti ipsi qui minantur, etiam atque etiam, qui id liceat, considerabunt. Meâ quidem sententiâ, Quirites, unus A. Gabinios, belli maritimi, rerumque gestarum auctor, comes Cn. Pompeio adscribitur: propterea quod alter uni id bellum suscipiendum vestris suffragiis detulit; alter delatum, susceptumque confecit.

Re-

Ne legaretur. Que no se diese á Pompeyo por Lugar-Teniente, &c.

Idoneus non est. No es acreedor, no merece que se le haga esta gracia.

Atque periculo. Por la envidia, y odio que se conciliaba, en crear General á Pompeyo.

Honoris causa. Con el respeto que merecen.

Anno proximo. El año inmediato á su tribunado.

Tam diligentes. Tan mirados, tan escrupulosos.

Præcipuo iure. Debia tener mas derecho que otro alguno.

Relaturos. Que lo propondrán al Senado para que se le delegue.

Ego me. Yo me ofrezco á hacer la propuesta.

Cuiusquam. De alguno.

Præter intercessionem. Fuera de la contradiccion de algunos de los Tribunos de la plebe. Habla Ciceron aqui al paladar de la plebe que siempre se inclinaba á limitar la jurisdiccion de los Cónsules, y estender la de sus tribunos.

Auctor. Porque declaró á Pompeyo General de la armada contra los piratas.

XXX. Reliquum est, ut de Q. Catuli auctoritate, & sententia dicendum esse videatur. Qui cum ex vobis quæreret, si in uno Cn. Pompeio omnia ponerentis, si quid de eo factum esset, in quo spem essetis habituri: cepit magnum suæ virtutis fructum, ac dignitatis, cum omnes prope una voce *in eo ipso vos spem habituros esse* dixistis. Etenim talis est vir, ut nulla res tanta sit, ac tam difficilis; quam ille non & consilio regere & integritate tueri, & virtute conficere possit. Sed in hoc ipso ab eo vehementissime dissentio, quod, quo minus certa est hominum, ac minus diuturna vita, hoc magis respublica, dum per deos immortales licet, frui debet summi hominis vitâ atque virtute.

At enim nihil novi fiat contra exempla, atque instituta maiorum. Non dico hoc loco, maiores nostros semper in pace, consuetudini; in bello, militari paruisse: semper ad novos casus temporum, novorum consiliorum rationes accommodasse: non dicam, duo bella maxima, Punicum & Hispaniense, ab uno imperatore esse confecta: duas urbes potentissimas, quæ huic imperio maxime minabantur, Carthaginem atque Numantiam, ab eodem Scipione ese deletas: non commemorabo, nuper ita vobis patribusque vestris esse visum: ut in uno C. Mario spes imperii poneretur, ut idem cum Iugurtha, idem cum Cimbris, idem cum Theutonis bellum administraret. In ipso Cn. Pompeio, in quo novi constitui nihil vult Q. Catulus, quam multa sint nova, summâ Catuli voluntate constituta, recordamini.

XXXI. Quid enim tam novum, quam adolescentu-

XXX.

Si quid de eo. Si le sucediese alguna desgracia, si viniese á faltar.

In eo ipso. Catulo.

Minus diuturna. Menos constante.

Dum per deos. Mientras los dioses inmortales lo permiten.

Summi hominis. De este grande hombre.

At enim. Pero dicen: nada se innove contra el exemplo, y establecimiento, &c.

Paruisse. En paz estuvieron á la costumbre: en guerra se acomodaron á la utilidad.

Ab uno imperatore. Publio Scipion Emiliano. *Véase* Livio.

Numantiam. Estaba fundada esta nobilísima ciudad no lejos de Soria en Castilla.

Iugurtha. Rey de Numidia en Africa. *Véase* su vida en Salustio.

Cimbris. Naciones Septentrionales, bárbaras, y de corpulencia estraña.

Theutonis. Pueblos de Alemania, Tudescos.

Summâ Catuli. Con sumo gusto y aprobacion de Catulo.

tulum, privatum, exercitum difficili reipublicæ tempore conficere? confecit. Rem optime ductu suo gerere? gessit. Quid tam præter consuetudinem, quam homini peradolescenti, cuius à senatorio gradu ætas longe abesset imperium atque exercitum dari? Siciliam permitti, atque Africam, bellumque in ea administrandum? Fuit in his provinciis singulari innocentiâ, gravitate, virtute: bellum in Africa maximum confecit, victorem exercitum deportavit. Quid vero tam inauditum, quam equitem Romanum triumphare? at eam quoque rem populus Romanus non modo vidit, sed etiam studio omni visendam putavit. Quid tam insuitatum, quam ut, cum duo consules clarissimi fortissimique essent, eques Romanus ad bellum maximum formidolosissimumque pro consule mitteretur? missus est. Quo quidem tempore, cum esset non nemo in senatu, qui diceret, *Non oportere mitti hominem privatum pro consule*: L. Philippus dixisse dicitur: *Non se illum suâ sententiâ pro consule, sed pro consulibus mittere.* Tanta in eo reipublicæ bene gerendæ spes constituebatur ut duorum consulum munus, unius adolescentis virtuti committeretur. Quid tam singulare, quam ut ex senatusconsulto legibus solutus, consul ante fieret, quam ullum alium magistratum per leges capere licuisset? Quid tam incredibile, quam ut iterum eques Romanus ex senatusconsulto triumpharet? Quæ in omnibus hominibus nova post hominum memoriam constituta sunt, ea tam multa non sunt, quam hæc quæ in hoc uno homine vidimus. Atque hæc tot exempla, tanta ac tam no-

XXXI.

Exercitum. Reclutar gente, hacer levas.

Ætas longa. Para el empleo de Senador era necesaria la edad de veinte y seis años por lo menos: y Pompeyo no pasaba entonces de los veinte y cuatro.

Quam equitem. Sila, que tenia todo el dominio, sin consulta del Senado mandó á Pompeyo, que triunfase. *Véase* el Indice.

Duo consules. Marco Junio Bruto y Marco Emilio Lepido.

Bellum maximum. Contra Sertorio en España.

Hominem privatum. Un hombre sin caracter.

Legibus solutus. La ley Villia, por la qual no era lícito pretender el consulado antes de los cuarenta y dos años. Tambien la ley Cornelia escluia de esta dignidad á los que no habian sido *Questores*, y *Pretores*.

Eques Romanus. No podia ser Senador quien no habia sido antes *Questor*.

Post hominum memoriam. En todos los siglos pasados.

nova profecta sunt in eundem hominem à Q. Catulo atque à ceterorum eiusdem dignitatis amplissimorum hominum auctoritate.

XXXII. Quare videant, ne sit periniquum; & non ferendum, illorum auctoritatem de Cn. Pompeii dignitate à vobis comprobatam semper esse, vestrum ab illis de eodem homine iudicium populique Romani auctoritatem improbari: præsertim cum iam suo iure populus Romanus in hoc homine suam auctoritatem vel contra omnes, qui dissentiunt, possit defendere; propterea quod istis reclamantibus, vos unum illud ex omnibus delegistis, quem bello prædonum præponeretis. Hoc si vos temere fecistis, & reipublicæ parum consuluistis; recte isti studia vestra suis consiliis regere conantur. Sin autem vos plus tum in republica vidistis; vos, his repugnantibus, per vosmetipsos dignitatem huic imperio, salutem orbi terrarum attulistis; aliquando isti principes, & sibi, & ceteris, populi Romani universi auctoritate parendum esse fateantur. Atque in hoc bello Asiatico, & regio, non solum militaris illa virtus, quæ est in Cn. Pompeio singularis, sed aliæ quoque virtutes animi multæ & magnæ requiruntur! Difficile est in Asia, Cilicia, Syria, regnisque interiorum nationum ita versari vestrum imperatorem, ut nihil aliud quam de hoste, ac de laude cogitet. Deinde etiam si qui sunt pudore ac temperantiâ moderatiores, tamen eos esse tales, propter multitudinem cupidorum hominum, nemo arbitratur. Difficile est dictu, Quirites, quanto in odio simus apud exteras nationes, propter eorum, quos ad eas per hos annos cum imperio misimus, iniurias ac libidines. Quod enim fanum putatis in illis ter-

XXXII.

Quare videant. Los que se oponen á la ley Manilia.

Illorum auctoritatem. Que habiendo vosotros aprobado siempre su autoridad, &c.

Auctoritatem improbari. Reprueban ellos la autoridad del Pueblo Romano.

Vel contra. Aun contra todos los que son de contrario parecer.

Iris reclamantibus. Contradiciéndolo esos Hortensio, y Catulo.

Studia vestra. Vuestros deseos.

Sin autem. Mas si vosotros entonces comprendisteis mejor lo que estaba bien á la República.

Isti principes. Catulo y Hortensio.

Interiorum nationum. De las naciones mas remotas.

De laude. Porque regularmente en tierras ricas solo pensaban en enriquecerse.

Quanto in odio. Quanto nos aborrecen.

Libidines. Livandades.

hoc beneficio populi Romani, atque hac potestate prætoriæ; quidquid auctoritate, fide, constantiâ possum; id omne ad hanc rem conficiendam, tibi & populo Romano polliceor, ac defero. Testorque omnes deos, & eos maxime, qui huic loco temploque præsident, qui omnium mentes eorum, qui ad rempublicam adeunt, maxime perspiciunt, me hoc neque rogatu facere cuiusquam, neque quo Cn. Pompeii gratiam mihi per hanc causam conciliari putem, neque quo mihi ex cuiusquam amplitudine, aut præsidia periculis, aut adiumenta honoribus quæram: propterea quod pericula facile, ut hominem præstare oportet, inocentiâ tecti pellemus: honorem autem neque ab uno, neque ex hoc loco, sed eadem nostrâ illa laboriosissimâ ratione vitæ, si vestra voluntas feret, consequemur.

Quamobrem quidquid in hac causa mihi susceptum est, Quirites, id omne me reipublicæ causâ suscepisse confirmo: tantumque abest, ut aliquam bonam gratiam mihi quæsisse videar, ut multas etiam simultates, partim obscuras, partim apertas intelligam, mihi non necessarias, vobis non inutiles suscepisse. Sed ego me hoc honore prædítum, tantis vestris beneficiis affectum, statui, Quirites, vestram voluntatem, & reipublicæ dignitatem & salutem provinciarum atque sociorum meis omnibus commodis & rationibus præferre oportere.

ORA-

Ad rempublicam. Que entran en el gobierno público.

Pompeii gratiam. El favor de Pompeyo.

Aut præsidia. Resguardo en mis peligros, ó valimiento para las honras.

Ut hominem. En quanto puede, y debe un hombre.

Innocentia tecti. Protegidos de la inocencia.

Bonam gratiam. Reconocimiento, gratitud, amor, benevolencia.

Mihi non. Porque podia evitarlas fácilmente.

Vobis non. Porque así conoceréis quien es contrario, ó celoso del bien público.

Præferre oportere. Debo anteponer á todas mis comodidades, é intereses.

ORATIO I.

IN L. CATILINAM IN SENATU.

ARGUMENTO.

Resuelto Catilina á destruir la República, en venganza de haber llevado tres veces repulsa en la pretension del Consulado, convocó una noche á todos sus cómplices en casa de M. Porcio Leca; donde dando á cada uno sus órdenes, les dixo, que su ánimo era salir quanto antes de Roma, pero que el deseo de matar primero al Consul Ciceron le detenia. Ofreciéronse á sacarle de este cuidado dos Caballeros Romanos llamados Cayo Cornelio, y Lucio Vargunteyo. Para lo cual vinieron muy de mañana á casa del Cónsul con animo de degollarle en su misma cama, so color de darle los buenos dias. Mas Ciceron, que habia ya descubierto toda la trama de los Conjurados, les negó la entrada: y juntando el Senado aquel mismo dia, que era 8. de Noviembre del año 690 de la fundacion de Roma, en el Templo de Júpiter, pronunció esta invectiva contra Catilina, que se hallaba presente, persuadiéndole con muchas y muy vivas razones á que saliese sin tardanza de Roma.

¶ Las partes de esta oracion son tres, Exôrdio, Confirmacion y Epílogo.

EXORDIO EX ABRUPTO.

1. Quousque tandem abutêre, Catilina, patientiâ nostra? quandiu etiam furor iste tuus nos eludet? Quem ad finem sese effrenata iactabit audacia? Nihilnè te nocturnum præsidium Palatii, nihil

I.

Nos eludet. Dejará de insultarnos. *Nocturnum præsidium.* Quando recelaban en Roma alguna invasion, ponian guarnicion en el monte Palatino: porque de su defensa dependia la de toda la ciudad.

hil urbis vigiliæ, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil ora vultusque moverunt? Patêre tua consilia non sentis? constrictam iam omnium horum conscientiâ teneri coniurationem tuam non vides? Quid proximâ, quid superiore nocte egeris: ubi fueris, quos convocaveris, quid consilii ceperis, quem nostrum ignorare arbitraris?

O tempora, ó mores! Senatus hæc intelligit? consul videt; hic tamen vivit. Vivit? Imo vero etiam in senatum venit: fit publici consilii particeps: notat & desinat oculis ad cædem unumquemque nostrum. Nos autem, viri fortes, satisfacere reipublicæ videmur, si istius furorem ac tela vitemus.

Ad mortem te, Catilina, duci, iussu consulis, iam pridem oportebat: in te conferri pestem istam, quam tu in nos omnes iamdiu machinaris. An vero vir amplissimus P. Scipio, Pontifex maximus, Tib. Gracchum, mediocriter labefactantem statum reipublicæ privatus interfecit: Catilinam vero, orbem terræ cæde atque incendiis vastare cupientem, nos consules perferemus? Nam illa nimis antiqua prætereo, quod Q. Servilius Ahala Spu. Melium, novis rebus studentem, manu suâ occidit. Fuit, fuit ista quondam in hac republica virtus, ut viri fortes acrioribus suppliciis civem perniciosum, quam acerbissimum hostem coercerent. Habemus enim senatusconsultum in te, Catilina, vehemens & grave: non deest reipublicæ consilium, neque auctoritas huius ordinis: nos, nos, dico aperte, consules desumus.

Con-

Nihil hic munitissimus. El templo de Jupiter, que era como un alcazar.

Omnium horum. Por la evidencia que todos los presentes tienen.

Nos autem. Ironía.

Ad mortem. Aquí apunta la division de esta oracion, que contiene dos partes: la primera, que Catilina mereçe la muerte: la segunda, que no siendo conveniente al bien de la republica darsela por entonces, debe él mismo salirse voluntariamente desterrado de Roma.

Pestem istam. La muerte cruel.

Mediocriter. Que trastornaba á los del estado de la Republica.

Privatus. Sin empleo público; porque el Pontifice no se metia en cosas del gobierno de la República.

Nam illa. A esta figura llaman *Praeteritio.*

Huius ordinis. Del Senado.

Confirmacion. II. Decrevit quondam senatus, ut L. Opimius consul videret, ne quid respublica detrimenti caperet. Nox nulla intercessit; interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus, clarissimo patre, avo, maioribus: occisus est cum liberis M. Fulvius, consularis. Simili senatusconsulto, C. Mario, & L. Valerio consulibus, permissa est respublica; num unum diem postea L. Saturnium, tribunum plebis, & C. Servilium prætorem, mors ac reipublicæ pœna remorata est? At nos vicesimum iam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis. Habemus enim huiusmodi senatusconsultum, veruntamen inclusum in tabulis, tanquam in vagina reconditum: quo ex senatusconsulto confestim interfectum te esse, Catilina, convenit. Vivis: & vivis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. Cupio, Patres conscripti, me esse clementem: cupio in tantis reipublicæ periculis non dissolutum videri, sed iam me ipsum inertiæ, nequitiæque condemno.

Castra sunt in Italia contra rempublicam, in Etruriæ faucibus collocata: crescit in dies singulos hostium numerus: eorum autem imperatorem castrorum, ducemque hostium, intra mœnia, atque adeo in senatu videmus, intestinam aliquam quotidie perniciem reipublicæ molientem. Si te iam, Catilina, comprehendi, si interfici iussero: credo, erit verendum mihi, ne non hoc potius omnes boni serius à me, quam quisquam crudelius factum esse dicat. Verum ego hoc, quod iam pri-

II.

Decrevit quondam senatus. Confirma con varios exemplos, cuánto poder se da á los Consules en estos decretos del Senado.

Nox nulla intercessit. Aquella misma noche.

M. Fulvius. Que fomentaba las sediciones de Cayo Graco.

Permissa est respublica. Se les encomendó el cuidado de la conservacion de la Republica.

Mors ac reipublicæ. Se les dilató acaso un punto la muerte en pena de sus atentados contra la Republica?

Hebescere aciem. A la letra es embotarse el filo de la autoridad. Esta metáfora no la admite el castellano. Dígase entorpecer la autoridad, &c.

Inclusum in tabulis. Cerrado en el despacho, sellado en la Secretaria.

Dissolutum. Remiso, descuidado, negligente.

Inertiæ. De flojo, y cobarde.

Etruriæ faucibus. En las entradas de Etruria.

Imperatorem. Catilina.

Atque adeo. Y lo que es mas, y peor.

Intestinam. Interna.

Serius à me. Con mas tardanza que crueldad.

pridem factum esse oportuit, certa de causa nondum adducor ut faciam. Tum denique interficiam te, cum iam nemo tam improbus, tam perditus, tam tui similis inveniri poterit, qui id non iure factum esse fateatur. Quandiu quisquam erit, qui te defendere audeat, vives; & vives ita ut nunc vivis, multis meis, & firmis præsidiis obsessus, ne commovere contra rempublicam possis. Multorum te etiam oculi & aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur, atque custodient.

III. Etenim quid est, Catilina, quod iam amplius exspectes, si neque nox tenebris obscurare cœtus nefarios, nec privata domus parietibus continere vocem coniurationis tuæ potest? Si illustrantur, si erumpunt omnia? Muta iam istam mentem: mihi crede: obliviscere cædis, atque incendiorum. Teneris undique: luce sunt clariora nobis tua consilia omnia: quæ etiam mecum licet recognoscas. Meministine, me ante diem XII. Kalendas Novembris dicere in senatu, fore in armis certo die, qui dies futurus esset ante diem VI. Kalendas Novembris, C. Mallium, audaciæ satellitem atque administrum tuæ? Num me fefellit, Catilina, non modo res tanta, tam atrox, tam incredibilis, verum, id quo multo magis est admirandum, dies? Dixi ego idem in senatu, cædem te optimatum contulisse in ante diem V. Kalendas Novembris, tum cum multi principes civitatis Româ non tam sui conservandi, quam tuorum consiliorum reprimendorum causâ profugerunt. Num inficiari potes, te illo ipso die meis præsidiis, meâ diligentiâ circumclusum, commovere te contra rem-

Nondum adducor. No puedo persuadirme á hacerlo.

Præsidiis. Centinelas, guardias, espias.

Non sentientem. Sin que tú puedas advertirlo.

III.

Cœtus nefarios. Tus conciliabulos clandestinos.

Si illustrantur. Si todos tus conatos se descubren, y manifiestan.

Teneris undique. Cogido estás por todas partes.

Quæ etiam licet, &c. Cuya memoria puedes renovar con lo que voy á decirte.

Diem XII. El dia 21 de Octubre.

Diem VI. El dia 27.

Satellitem. Ministril y compañero.

Cædem te, &c. Que habias destinado el deguello de las primeras personas de la República para el dia 28. de Octubre. Lo mismo es decir *ante diem V.* que *quinto*; porque siempre entran en la cuenta los dias que preceden á las Kalendas.

Num inficiari. Acaso podrás negar.

rempublicam non potuisse, cum tu discessu ceterorum, nostrâ tamen, qui remansissemus, cæde contentum te esse dicebas? Quid? cum te Præneste Kalendis ipsis Novembris occupaturum nocturno impetu esse confideres: sensistine, illam coloniam meo iussu, meis præsidiis, custodiis, vigiliisque esse munitam? Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod non modo non audiam, sed etiam non videam planeque sentiam.

IV. Recognosce tandem mecum illam superiorem noctem. Iam intelliges multo me vigilare acrius ad salutem, quam te ad perniciem reipublicæ. Dico te priori nocte venisse inter falcarios (non agam obscure) in M. Leccæ domum: convenisse eodem complures eiusdem amentiæ scelerisque socios. Num negare audes? quid taces? convincam si negas. Video enim esse hic in senatu quosdam, qui tecum unâ fuere.

O Dii immortales! ubinam gentium sumus? in qua urbe vivimus? Quam rempublicam habemus? Hic, hic sunt in nostro numero, Patres conscripti, in hoc orbis terræ sanctissimo gravissimoque consilio, qui de meo, nostrumque omnium interitu, qui de huius urbis, atque adeo orbis terrarum exitio cogitent. Hosce ego video consul, & de republica sententiam rogo: & quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero. Fuisti igitur apud Leccam illa nocte, Catilina: distribuisti partes Italiæ: statuisti quo quemque proficisci placeret: delegisti quos Romæ relinqueres, quos tecum educeres: descripsisti urbis partes ad incendia: confirmasti, te ipsum iam esse exiturum: dixisti paululum tibi

Nostra tamen. Con matarme á mí solo.

Præneste. Declinase *hoc præneste*, y tambien *hæc Prænestis.*

Nocturno impetu. Acometiendo por la noche.

IV.

Recognosce. Confiesa conmigo ser verdad lo que hiciese aquella noche.

Venisse inter. Veniste á casa de Marco Leca, que vive en el barrio de los que fabrican hoces, ó guadañas. Otros *inter falcarios* interpretan, acompañado de soldados, que traian esta especie de armás.

Eiusdem amentiæ. De abrasar á Roma.

Orbis terræ. Como que el Senado Romano gobernaba la mayor parte del mundo entonces conocido.

De republica. De conservar la República.

Distribuisti partes. Porque Catilina fue dando á cada uno de los suyos el cargo de las Provincias de que se debian apoderar.

Confirmasti. Le diste palabra de que tú saldrias tambien cuanto antes.

Paululum tibi. Que solo te detenia.

bi esse tum moræ quod ego viverem. Reperti sunt duo equites Romani, qui te istâ curâ liberarent, & sese illa ipsa nocte paulo ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerentur. Hæc ego omnia, vix dum etiam cœtu vestro dimisso, comperi: domum meam maioribus præsidiis munivi, atque firmavi: exclusi eos, quos tu mane ad me salutatum miseras, cum illi ipsi venissent, quos ego iam multis ac summis viris ad me id temporis venturos esse prædixeram.

V. Quæ cum ita sint, Catilina, perge quo cepisti: egredere aliquando ex urbe; patent portæ: proficiscere. Nimium diu te imperatorem illa tua Malliana castra desiderant. Educ tecum etiam omnes tuos: si minus, quam plurimos. Purga urbem. Magno me metu liberabis, dummodo inter me atque te muros intersit. Nobiscum versari iam diutius non potest: non feram, non patiar, non sinam. Magna diis immortalibus habenda est gratia, atque huic ipsi Iovi Statori, antiquissimo custodi huius urbis, quod hanc tam tetram, tam horribilem, tamque infestam reipublicæ pestem toties iam effugimus. Non est sæpius in uno homine salus summa periclitanda reipublicæ. Quamdiu mihi, consuli designato, Catilina, insidiatus es, non publico me præsidio, sed privata diligentiâ defendi. Cum proximis comitiis consularibus me consulem in campo, & competitores interficere voluisti, compressi tuos nefarios conatus amicorum præsidio, & copiis, nullo tumultu

Duo equites. Cayo Cornelio, y Lucio Varguntеyo.

Vix dum, &c. Fulvia, señora Romana supo todo esto de uno de los conjurados confidente suyo, y vino ella misma á dar parte á Ciceron, á la media noche.

Exclusi eos. Negúeles la entrada, no quise darles audiencia, ó recibir la visita.

V.

Malliana. Porque Manlio le estaba esparando con exército.

Non ferum. Sinonimia.

Iovi Statori. Estaba congregado el Senado en su templo. Llamóse Júpiter *Stator*; porque en la guerra contra los Sabinos, invocado por Rómulo, *Stare fecit aciem Romanorum inclinatam*, que asi lo creyó la gente supersticiosa.

Tam tetram. Tan pestilente, ó virulenta.

Periclitanda. No se debe arriesgar por un hombre la salud, &c.

Consuli designato. Mientras solo era Consul electo.

Comitiis consularibus. En las juntas generales del pueblo, para nombrar nuevos Consules; en las cuales presidió Ciceron.

In campo. En el campo Marcio.

Competitores. Sila y Murena, que pretendieron el Consulado al mismo tiempo que Catilina.

tu publicè concitato. Denique quotiescumque me petisti, per me tibi obstiti: quanquam videbam, perniciem meam cum magna calamitate reipublicæ esse coniunctam. Nunc iam aperte rempublicam universam petis. Templa deorum immortalium, tecta urbis, vitam omnium civium, Italiam denique totam, ad exitium, & vastitatem vocas. Quare, quoniam id, quod primum, atque huius imperii, disciplinæque maiorum proprium est, facere nondum audeo: faciam id, quod est ad severitatem lenius, ad communem salutem utilius. Nam, si te interfici iussero, residebit in republicâ reliqua coniuratorum manus. Sin tu (quod te iam dudum hortor) exieris, exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna & perniciosa sentina reipublicæ. Quid est, Catilina? num dubitas id me imperante facere, quod iam tua sponte faciebas? Exire ex urbe consul hostem iubet. Interrogas me, num in exsilium? non iubeo: sed si me consulis, suadeo.

VI. Quid enim, Catilina, est, quod te iam in hac urbe delectare possit? in qua nemo est, extra istam coniurationem perditorum hominum, qui te non metuat: nemo, qui te non oderit. Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta vitæ tuæ est? quod privatarum rerum dedecus non hæret infamiæ? quæ libido ab oculis, quod facinus à manibus unquam tuis, quod flagitium à toto corpore abfuit? cui tu adolescentulo, quem corruptelarum illecebris irretisses, non aut ad audaciam, ferrum, aut ad libidinem, facem prætulisti? Quid vero? nuper, cum morte superioris uxoris, novis

Me petisti. Asestase contra mí tus tiros. Es término de la esgrima, cuyos giros, tajos, y reveses se llaman en latin *petitiones.*

Ad exitium. Amenazas, incendios y ruinas.

Faciam id. Tomaré el partido mas blando, y el menos riguroso.

Republica reliqua. Quedarán entre los demas ciudadanos gran chusma de conjurados.

Sentina. Sentina es cualquier receptáculo de inmundicias.

Num in. Si ha de ser á destierro.

Non iubeo. Porque solo el Pueblo congregado podia dar la sentencia de destierro.

VI.

Qui te non. Si uno es temido, aborrecido de todos, ¿qué le queda sino irse á vivir entre fieras?

Quæ nota. ¿Qué culpa hay doméstica de que no estes notado?

Non heret. ¿Qué deshonra no acompaña á la infamia de la disipacion de tu hacienda?

Illecebris irretisses. Una vez que le hubieses cebado con tus halagos.

vis nuptiis domum vacuam fecisses, nonne etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti? Quod ego prætermitto; & facile patior sileri, ne in hac civitate tanti facinoris immanitas aut exstitisse, aut non vindicata esse videatur. Prætermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis Idibus senties. Ad illa venio, quæ non ad privatam ignominiam vitiorum tuorum, non ad domesticam tuam difficultatem ac turpitudinem, sed ad summam reipublicæ atque ad omnium nostrum vitam salutemque pertinent.

Potestne tibi huius vitæ hæc lux, Catilina, aut huius cœli spiritus esse iucundus, cum scias, horum esse neminem, qui nesciat, te pridie Kalendas Ianuarias Lepido, & Tullo consulibus, stetisse in comitio cum telo? manum, consulum, & principum civitatis interficiendorum causâ, paravisse? sceleri ac furori tuo non mentem aliquam, aut timorem tuum, sed fortunam populi Romani obstitisse? Ac iam illa omitto; neque enim sunt aut obscura, aut non multo postea commissa. Quoties tu me designatum, quoties me consulem interficere conatus est? Quot ego tuas petitiones ita coniectas, ut vitari posse non viderentur, parva quadam declinatione, & ut aiunt, corpore effugi? Nihil agis, nihil assequeris, nihil moliris, quod mihi latere valeat in tempore; neque tamen conari, ac velle desistis; Quoties iam tibi extorta est sica ista de manibus? quoties vero excidit casu aliquo, & elapsa est? Tamen ea carere

Domum vacuam. Da á entender que Catilina fue el que mató á la muger.

Incredibili scelere. O el haber muerto á su hijo, ó casádose con su hija.

Immanitas. Enormidad.

Non vindicata. O que se quedó sin castigo.

Proximis Idibus. En el cual dia se hacia el pagamento general de las deudas. Catilina no tenia con que pagar las suyas.

Ad summam. A todo el cuerpo de la República.

Lepido & Tullo. Siendo Consules M. Emilio Lepido, y Lucio Volcacio Tulo, indignado Catilina de que no le permitiesen pretender el consulado por sus delitos, determinó hacerse dueño por fuerza del gobierno de la República, matando los nuevos Consules L. Aurelio Cota, y Lucio Manlio Torcuato el dia primero de Enero, en que tomaban posesion de su empleo.

Designatum. Siendo electo Consul.

Petitiones. Tus acometidas dirigidas de tal suerte: toma esta expresion de los gladiadores, cuyas acometidas, ó estocadas llamaban *Petitiones.*

Corpore. Torciendo, hurtando el cuerpo.

Extorta est. ¿Cuantas veces se te quitó de las manos esa daga?

re diutius non potes: quæ quidem quibus abs te initiata sacris, ac devotâ sit, nescio, quod eam necesse putas consulis in corpore defigere.

VII. Nunc vero, quæ tua est ista vita? sic enim iam tecum loquar, non ut odio permotus esse videar, quo debeo, sed ut misericordiâ, quæ tibi nulla debetur. Venisti paulo ante in senatum. Qui te ex hac tanta frequentiâ, ex tot tuis amicis ac necessariis salutavit? Sic hoc post hominum memoriam contigit nemini, vocis exspectas contumeliam, cum sis gravissimo iudicio taciturnitatis oppressus. Quid, quod adventu tuo ista subsellia vacua facta sunt? quod omnes consulares, qui tibi persæpe ad cædem constituti fuerunt, simulatque assedisti, partem istam subselliorum nudam atque inanem reliquerunt? Quo tandem animo hoc tibi ferendum putas? Servi mehercle mei si me isto pacto metuerent, ut te metuunt omnes cives tui, domum meam reliquendam putarem: tu tibi urbem non arbitraris? & si me meis civibus iniuriâ suspectum tam gravitur, atque offensum viderem: carere me aspectu civium, quam infestis oculis omnium conspici mallem. Tu cum conscientiâ scelerum tuorum agnoscas odium omnium iustum, & iam tibi diu debitum, dubitas, quorum mentes sensusque vulneras, eorum aspectum præsentiamque vitare? si te parentes timerent, atque odissent tui, neque eos nulla ratione placare posses; ut opinor, ab eorum oculis aliquo concederes. Nunc te patriâ, quæ communis est omnium nostrum

Quibus abs te. Como si dijera: no parece sino que tienes hecho voto á Dios de clavar ésa tu daga en el corazon de algun Consul; pues con ella quisiste matar primero á Cota y Torquato, y ahora intentas ejecutar la misma traicion conmigo.

VII.

Misericordia. Compasion.

Tanta frequentia. De tan numeroso concurso.

Contumeliam. La afrenta de las palabras.

Taciturnitatis. Del silencio.

Ista. Estos sitiales.

Partem istam. Al ir Catilina á tomar su asiento en el Senado, todos los que estaban sentados en aquel lado se pasaron al otro.

Isto pacto. De este modo.

Urbem. sup. *Relinquendam.*

Suspectum. Tan sospechoso y aborrecido.

Infestus oculis. Con malos ojos, ó de enemigos.

Conscientia. Por el conocimiento.

Dubitas quorum. Esta es la construccion: *Dubitas aspectum præsentiamque vitare eorum, quorum mentes sensusque vulneras?* ¿Cómo no te retiras lejos de nuestra presencia; pues sola tu vista nos da en rostro?

Concederes. Te retirarias á alguna parte.

strum parens, odit, ac metuit: & iamdiu de te nihil iudicat, nisi de parricidio suo cogitare. Huius tu neque auctoritatem verebere, neque iudicium sequêre, neque vim pertimesces? Quæ técum, Catilina, sic agit & quodammodo tacita loquitur: Nullum iam tot annos facinus exstitit, nisi per te: nullum flagitium sine te: tibi uni multorum civium neces, tibi vexatio, direptioque sociorum, impunita fuit ac libera: tu non solum ad negligendas leges, ac quæstiones, verum etiam ad evertendas perfringendasque valuisti. Superiora illa, quanquam ferenda non fuerunt, tamen, ut potui, tuli. Nunc vero me totam esse in metu propter te unum: quidquid increpuerit, Catilinam timeri; nullum videri contra me consilium inire posse, quod à tuo scelere abhorreat; non est ferendum. Quamobrem discede, atque hunc mihi timorem eripe: si verus, ne opprimar; sin falsus, ut tandem aliquando timere desinam.

VIII. Hæc si tecum, ut dixi, patria loquatur, nonne impetrare debeat, etiam si vim adhibere non possit? Quid? quod tu te ipse in custodiam dedisti? Quid? quod vitandæ suspicionis causâ, apud M. Lepidum te habitare velle dixisti? à quo non receptus, etiam ad me venire ausus es: ut domi meæ te asservarem, rogasti. Cum à me quoque id responsum tulisses, me nullo modo posse iisdem parietibus tuto esse tecum, qui magno in periculo essem, quod iisdem mœnibus contineremur, ad Q. Metellum Prætorem venisti. A quo repudiatus, ad sodalem tuum, virum optimum, M. Marcellum demigrasti: quem tu videlicet & ad cu-

Cogitare. Que solo piensas en su destruccion.

Quæ tecum. Prosopopeya elegantísima de la patria, á quien Ciceron introduce hablando con Catilina.

Ac libera. Libre, y sin castigo pudiste tú solo matar muchos Ciudadanos.

Ad negligendas. Catilina habia sido ya tres veces acusado de gravísimos delitos; y la enmienda fue cometer despues otros mayores. Burlábase de las leyes; porque tenia coechados á los principales Señores de la República.

Ac quæstiones. Tormentos, averiguaciones de justicia.

Quidquid increpuerit. Cualquier cosa que suene, se teme á Catilina.

Si verus. Llaman Dilema á este argumento.

VIII.

M. Lepidum. Que habia sido Consul con Volcacio.

Virum optimum. Ironía. No es este Marcelo aquel á quien llama mas abajo varon fortísimo.

custodiendum te diligentissimum, & ad suspicandum sagacissimum, & ad vindicandum, fortissimum fore putasti. Sed quam longe videtur à carcere atque à vinculis abesse debere, qui se ipsum iam dignum custodiâ iudicaverit?

Quæ cum ita sint, Catilina, dubitas, si hic emori æquo animo non potes, abire in aliquas terras, & vitam istam multis suppliciis iustis debitisque ereptam, fugæ solitudinique mandare? Refer, inquis, ad senatum (id enim postulas) & , si hic ordo placere sibi decreverit, te ire in exsilium, obtemperaturum te esse dicis. Nom referam id, quod abhorret à meis moribus; & tamen faciam, ut intelligas, quid hi de te sentiant. Egredere ex urbe, Catilina: libera rempublicam metu: in exsilium, si hanc vocem exspectas, proficiscere. Quid est, Catilina? ecquid attendis, ecquid animadvertis horum silentium? Patiuntur, tacent. Quid exspectas auctoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perspicis?

At si hoc idem huic adolescenti optimo, P. Sextio, si fortissimo viro M. Marcello dixissem: iam mihi consuli hoc ipso in templo iure optimo senatus vim & manus intulisset. De te autem, Catilina, cum quiescunt, probant: cum patiuntur, decernunt: cum tacent, clamant. Neque hi solum, quorum tibi auctoritas est, videlicet cara, vita vilissima: sed etiam illi equites Romani honestissimi, atque optimi viri, ceterique fortissimi cives, qui circumstant senatum; quorum tu & frequentiam videre, & studia perspicere, & voces paulo ante exaudire potuisti: quorum ego vix abs te iamdiu manus, ac tela contineo: eosdem facile adducam

Ad suspicandum. Para barruntar si se hacia algo contra Catilina.

Mandare. Haciendo pasar esta tu vida en una soledad.

Refer ad senatum. Haz la proposicion al Senado.

Non referam. No propondré lo que es muy ageno de mi naturaleza.

Patiuntur. Lo permiten, lo llevan á bien y callan.

P. Sextio. Publio Sextio Galo, en cuya defensa tuvo Ciceron una oracion que aun existe.

M. Marcello. Al cual defendió despues el mismo Ciceron ante el Cesar.

Quorum tibi. Ironía. De cuya autoridad haces sin duda mucho aprecio, haciéndole tan poco de su vida.

Et studia. Sus deseos, sus inclinaciones.

Manus. Apenas puedo detener las manos, y las espadas para matarte.

cam, ut te hæc, quæ iam pridem vastare studes, relinquentem, usque ad portas prosequantur.

IX. Quanquam quid loquor? te ut ulla res frangat, tu ut unquam te corrigas? tu ut ullam fugam meditere? ut ullum exilium cogites? Utinam tibi istam mentem dii immortales donarent! Tametsi video, si mea voce perterritus ire in exsilium animum induxeris, quanta tempestas invidiæ nobis, si minus in præsens tempus, recenti memoria scelerum tuorum, at in posteritatem impendeat. Sed est mihi tanti, dummodo ista privata sit calamitas, & à reipublicæ periculis seiungatur. Sed tu, ut vitiis tuis commoveare, ut legum pœnas pertimescas, ut temporibus reipublicæ concedas, non est postulandum. Neque enim is es, Catilina, ut te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore revocarit.

Quamobrem, ut sæpe iam dixi, proficiscere: ac, si mihi inimico, ut prædicas, tuo conflare vis invidiam, recta perge in exsilium: vix feram sermones hominum, si id feceris: vix molem istius invidiæ, si in exsilium ieris iussu consulis, sustinebo. Sin autem servire meæ laudi & gloriæ mavis, egredere cum importuna sceleratorum manu: confer te ad Mallium: concita perditos cives: secerne te à bonis: infer patriæ bellum; exsulta impio latrocinio, ut à me non eiectus, ad alienos; sed invitatus, ad tuos isse videaris.

Quanquam, qui ego te invitem, à quo iam sciam esse præmissos, qui tibi ad forum Aurelium præstolarentur armati? sciam pactam & constitutam esse cum Mal-

Usque ad. Era costumbre entre los Romanos el ir acompañando hasta las puertas de la ciudad á los que iban al destierro.

IX.

Istam mentem. Tal pensamiento.

Animum. Te resolvieses.

Sed est tanti. Mas poco importa, todo lo daré por bien empleado.

Sed tu &c. Empiécese asi: *Sed non est postulandum, ut tu, &c.*

Temporibus reipublicæ. A las tempestades, y turbaciones que amenazan á la república.

Conflare vis. Me quieres acarrear odio.

Importuna. Perniciosa, sediciosa, mal intencionada.

Concita. Conmueve, escita á los ciudadanos perdidos.

Impio. Le llama impio por ser contra la patria, que es como otra madre.

Ad forum Aurelium. Lugar de Toscana, en la via Aurelia, que hoy se llama monte alto.

Mallio diem? à quo etiam aquilam illam argenteam, quam tibi, ac tuis omnibus perniciosam esse confido & funestam futuram, cui domi tuæ sacrarium scelerum tuorum constitutum fuit, sciam esse præmissam? Tu ut illa diutius carere possis, quam venerari, ad cædem proficiscens, solebas? à cuius altaribus sæpe istam dexteram impiam ad necem civium transtulisti?

X. Ibis tandem aliquando, quo te iampridem tua ista cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat. Neque enim tibi hæc res affert dolorem, sed quandam incredibilem voluptatem. Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna servavit. Nunquam tu non modo otium, sed ne bellum quidem, nisi nefarium concupisti. Nactus es ex perditis, atque ab omni non modo fortuna, verum etiam spe derelictis, conflatam improborum manum.

Hic tu quâ lætitia perfruêre? quibus gaudiis exsultavis? quanta in voluptate bacchabere, cum in tanto numero tuorum neque audies virum bonum quemquam, neque videbis? Ad huius vitæ studium meditati illi sunt, qui feruntur, labores tui: iacere humi non modo ad obsidendum stuprum, verum etiam ad facinus obeundum: vigilare non solum insidiantem somno maritorum, verum etiam bonis otiosorum. Habes ubi ostentes illam præclaram tuam patientiam famis, frigoris, inopiæ rerum omnium: quibus te brevi tempore confectum esse senties. Tantum profeci tum, cum te à consulatu repuli, ut exsul potius tentare, quam consul vexare rempublicam posses: atque ut id, quod esset à te scelera-

Aquilam illam. Era la insignia de los estandartes Romanos. Este estandarte le llevaban sobre una lanza, porque era un nicho, ó sagrario, como dice Ciceron, en el que iba el águila. *Véase* el índice.

Quam venerari. Los ciegos idólatras creian que la imagen del águila tenia alguna virtud secreta, y divina para conciliar la victoria.

X.

Nactus est. Alcanzaste una tropa.

Conflatam. Una gavilla compuesta de gente desalmada, y sin conciencia.

Quanta in. ¡Cómo te volverás loco de contento!

Ad huius vitæ. Con la mira de seguir este tenor de vida.

Meditati sunt. Te has ensayado, y curtido en los trabajos. *Véase* Salustio.

Otiosorum. De los que estan descuidados.

Confectum esse. Te verás consumido.

Ut exsul. Estando desterrado Catilina.

rate susceptum, latrocinium potius, quam bellum nominaretur.

IX. Nunc, ut à me, Patres conscripti, quandam prope iustam patriæ querimoniam detester ac deprecer: percipite, quæso, diligenter, quæ dicam, & ea penitus animis vestris mentibusque mandate. Etenim, si mecum patria, quæ mihi vitâ mea multo est carior, si cuncta Italia, si omnis respublica loquatur: M. Tulli, quid agis? tune eum, quem esse hostem comperisti, quem ducem belli futurum vides quem exspectari imperatorem in castris hostium sentis, auctorem sceleris, principem coniurationis, evocatorem servorum, & civium perditorum, exire patieris: ut abs te non emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse videatur? Nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi? non summo supplicio mactari imperabis? Quid tandem impedit te? mosne maiorum? at persæpe etiam privati in hâc republica perniciosos cives morte multarunt. An leges, quæ de civium Romanorum supplicio rogatæ sunt? at nunquam in hac urbe ii, qui à republica defecerunt, civium iura tenuerunt. An invidiam posteritatis times? præclaram vero populo Romano refers gratiam, qui te hominem per te cognitum, nulla commendatione maiorum, tam mature ad summum imperium per omnes honorum gradus extulit, si propter invidiam, aut alicuius periculi metum, salutem civium tuorum negligis. Sed si quis est invidiæ metus, num est vehementius severitatis ac fortitudinis invidia, quam inertiæ ac nequitiæ pertimescenda? An, cum bello vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt: tum te non existimas invidiæ incendio conflagraturum?

XII. His ego sanctissimis reipublicæ vocibus, eorum ho-

Latrocinium. Un partido de vandoleros.

XI.

Detester. Procuré apartar de mí con suplicas, y protestas.

Quem exspectari. A quien se le espera como General.

Evocatorem. Reclutador, que ofrece libertad á los esclavos, si se alistan en sus vanderas.

In vincula. ¿No mandarás llevar á este á la carcel?

Rogatæ sunt. Que se han alcanzado á favor de los ciudadanos de Roma para no ser castigados.

An invidiam. O temes lo que de ti juzgarán los venideros?

Hominem per. Que solo eres conocido y estimado por tus prendas y méritos personales.

Fortitudinis invidia. Se ha de temer mas el odio adquirido por la fortaleza y severidad, que el adquirido por cobardía, é iniquidad?

hominum, qui idem sentiunt, mentibus, pauca respondebo. Ego, si hoc optimum factu iudicarem, Patres conscripti, Catilinam morte multari; unius usuram horæ gladiatori isti ad vivendum non dedissem. Etenim, si summi viri, & clarissimi cives, Saturnini, & Gracchorum & Flacci, & superiorum complurium sanguine non modo se non contaminarunt, sed etiam honestarunt: certe verendum mihi non erat, ne quid, hoc parricidâ civium interfecto, invidiæ mihi in posteritatem redundaret. Quod si ea mihi maxime impenderet: tamen hoc animo semper fuit, ut invidiam virtute partam, gloriam, non invidiam putarem.

Quanquam nonnulli sunt in hoc ordine, qui aut ea quæ imminent, non videant; aut ea, quæ vident, dissimulent: qui spem Catilinæ mollibus sententiis aluerunt, coniurationemque nascentem non credendo corroboraverunt. Quorum auctoritatem secuti multi, non solum improbi, verum etiam imperiti, si in hunc animadvertissem, crudeliter & regie factum esse dicerent. Nunc intelligo, si iste, quo intendit, in Malliana castra pervenerit, neminem tam stultum fore, qui non videat coniurationem esse factam: neminem tam improbum, qui non fateatur. Hoc autem uno interfecto, intelligo hanc reipublicæ pestem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi posse. Quod si se eiecerit, secum suos eduxerit, & eodem ceteros undique collectos naufragos aggregaverit: exstinguetur, atque delebitur non modo hæc tam adulta reipublicæ pestis, verum etiam stirps ac semen malorum omnium.

Etenim iamdiu, Patres conscripti, in his periculis coniurationis, insidiisque versamur: sed nescio quo pacto omnium scelerum, ac veteris furoris & audaciæ maturitas in nostri consulatus tempus erupit. Quod si ex tan-

XII.

Mentibus. Pensamientos.

Unius usuram. El tiempo de una hora ó el goce.

In hoc. De los senadores. Zahiere á Cesar, Craso, y otros que ocultamente fomentaban la sedicion de Catilina.

Mollibus sententiis. Con blandos pareceres.

Imperiti. Poco prácticos en el gobierno.

Crudeliter & regie. Dirian que obraba como un tirano.

Paulisper reprimi. Poco á poco se irá reprimiendo, porque no puede ser reprimida para siempre, por los que quedad ademas de Catilina.

Maturitas. El colmo ó lo sumo.

tanto latrocinio iste unus tolletur; videbimur fortasse ad breve quoddam tempus cura & metu esse relevati: periculum autem residebit, & erit inclusum penitus in venis atque in visceribus reipublicæ. Ut sæpe homines ægri morbo gravi, cum æstu febrique iactantur, si aquam gelidam biberint, primo relevari videntur; deinde multo gravius vehementiusque afflictantur; sic hic morbus, qui est in republica, relevatus istius pœnâ, vehementius vivis reliquis ingravescet.

Epilogo. XIII. Quare, Patres conscripti, secedant improbi, secernant se à bonis, unum in locum congregentur: muro denique, id quod sæpe iam dixi, secernantur à nobis: desinant insidiari domi suæ consuli, circumstare tribunal prætoris urbani, obsidere cum gladiis curiam, malleolos & faces ad inflamandam urbem comparare. Sit denique inscriptum in fronte uniuscuiusque civis, quid de republicâ sentiat. Polliceor hoc vobis, Patres conscripti, tantam in nobis consulibus fore diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in equitibus Romanis virtutem, tantam in omnibus bonis consensionem, ut Catilinæ profectione omnia patefacta, illustrata, oppressa, vindicata esse videatis.

Hisce omnibus, Catilina, cum summa reipublicæ salute, & cum tua peste ac pernicie, cumque eorum exitio, qui se tecum omni scelere, parricidioque iunxerunt, proficiscere ad impium bellum, ac nefarium. Tum tu, Iuppiter, qui iisdem, quibus hæc urbs, auspiciis à Romulo es constitutus: quem Statorem huius urbis atque imperii vere nominamus; hunc, & huius socios à tuis aris ceterisque templis, à tectis urbis, ac mœnibus, à vita, fortunisque civium omnium arcebis: & omnes inimicos bonorum, hostes patriæ, latrones Italiæ, scelerum fœdere inter se, ac nefaria societate coniunctos, æternis suppliciis vivos mortuosque mactabis.

ORA-

Periculum autem. Subsistirá, se arraigará, y cundirá mas el peligro.
Ingravescet. Tomará mayor aumento, viviendo los demas.

XIII.

Malleolos, & faces. Manojos de leña seca y teas.
Cum summa. Para seguridad de la República.
Tum tu. Aquí se echa de ver que Cicéron hacia profesion de creer en un Dios Soberano, que tiene providencia de las cosas humanas, protege á los buenos, y castiga en este mundo, y en el otro á los malos.
Qui iisdem. Con los mismos felices ritus y ceremonias.
Hunc. A Catilina.

ORATIO II.

IN L. CATILINAM AD QUIRITES.

ARGUMENTO.

Retirándose Catilina con parte de los Conjurados al exército que tenia en Toscana, quedaron en la Ciudad Lentulo y Cetego para confirmar á los de su faccion, y poner fuego á Roma por todas partes al mismo tiempo que Catilina viniese á sitiarla. Al dia siguiente de su partida, que fue 9 de Noviembre, convocó Ciceron al Pueblo, y tuvo esta Oracion, en que le da cuenta de toda la serie de la conjuracion: previniéndole que no tema, porque tiene tomadas tam oportunas providencias, que toda la tempestad recaerá sobre la cabeza de Catilina, y de sus cómplices. Asi sucedió; pues los Conjurados que se habian quedado en Roma, fueron sentenciados á muerte afrentosa: y Catilina con la flor de los suyos pereció á manos de las Tropas de la República.

¶ Esta Oracion contiene tres partes: Exôrdio, Confirmacion y Epílogo.

EXORDIO.

1 TAndem aliquando, Quirites, L. Catilinam furentem audaciâ, scelus anhelantem, pestem patriæ nefarie molientem, vobis, atque huic urbi ferrum, flammamque minitantem, ex urbe vel eiecimus, vel emisimus, vel ipsum egredientem verbi, pro-

1.

Anhelantem. Resplrando, ó vomitando maldades.

Eiecimus. Advierte aqui Mureto la diversa significacion de los verbos que parecen sinonimos: *Eiicimur nolentes, emittitur volentes, sed utrumque ab alio; egredimur autem per nos.* Fue echado Catilina, porque no queria partirse antes de matar á Ciceron; despidióse de Roma, porque ya no podia vivir en ella seguro; finalmente, salia muy gustoso, por ir á los reales de Manlio.

prosecuti sumus. Abiit, excessit, evasit, erupit. Nulla iam pernicies à monstro illo atque prodigio mœnibus ipsis intra mœnia comparavitur. Atque hunc quidem unum huius belli domestici ducem sine controversia vicimus. Non enim iam inter latera nostra sica illa versabitur; non in campo, non in foro, non in curia, non denique intra domesticos parietes pertimecemus. Loco ille motus est, cum est ex urbe depulsus. Palam iam cum hoste, nullo impediente, bellum iustum geremus. Sine dubio perdidimus hominem, magnificeque vicimus, cum illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium coniecimus. Quod vero non cruentum mucronem, ut voluit, extulit; quod vivis nobis egressus est; quod ei ferrum de manibus extorsimus: quod incolumes cives, quod stantem urbem reliquid: quanto tandem illum mærore afflictum esse & profligatam putatis? Iacet ille nunc postratus, quirites, & se perculsum atque abiectum esse sentit, & retorquet oculos profecto sæpe ad hanc urbem; quam ex suis faucibus ereptam esse luget. Quæ quidem lætari mihi videtur, quod tantam pestem evomuerit, forasque proiecerit.

Confirmacion. II. At si quis est talis, quales esse omnes oportebat, qui in hoc ipso, in quo exsultat & triumphat oratio mea, me vehementer accusset, quod tam capitalem hostem non comprehenderim potius, quam emiserim: non est ista mea culpa, Quirites, sed temporum. Interemtum esse L. Catilinam, & gravissimo supplicio affectum, iampridem oportebat: idque à me & mos maiorum, & huius imperii severitas, & respublica postulabat. Sed quam multos fuisse putatis, qui quæ ego deferrem, non crederent? quam multos, qui pro-

Abiit. Estos sinónimos hacen relacion á los precedentes.

Comparabitur. Se fraguará dentro de sus muros.

In campo. En el campo Marcio donde se hacian las elecciones.

In foro. Ni en la audiencia, ni el Senado.

Loco ille. Cayó de su estado. Es término militar; porque el enemigo echado de su puesto es facilmente vencido

Stantem urbem. El haber dejado en pie la ciudad.

Profligatum. Abatido.

Ex suis. A la letra, de su garganta, pero equivale de entre sus dientes ó garras.

II.

At si quis est talis. Empieza á dar razon de su proceder: porque se resolvió antes á permitir la salida libre á Catilina, que á mandar ajusticiarle.

Quæ ego. Lo que yo proponia, ó decia en el Senado de Catilina.

propter stultitiam non putarent? quam multos qui etiam defenderent? quam multos, qui propter improbitatem faverent? Ac si, sublato illo, depelli à vobis omne periculum iudicarent: iampridem ego L. Catilinam non modo invidiæ meæ, verum etiam vitæ periculo sustulissem. Sed cum viderem, ne vobis quidem omnibus re etiam tum probata, si illum, ut erat meritus, morte multassem, fore, ut eius socios invidia oppressus persequi non possem, rem huc deduxit, ut tum palam pugnare possetis, cum hostem aperte videretis.

Quem quidem ego hostem, Quirites, quam vehementer foris esse timendum putem, licet hinc intelligatis, quod illud etiam moleste fero, quod ex urbe parum comitatus exierit. Utinam ille omnes secum suas copias eduxisset! Tongillum mihi eduxit, quem amare in prætextâ calumnia ceperat: Publicium & Munatium, quorum æs alienum contractum in popina nullum reipublicæ motum afferre poterat: reliquit quos viros! quanto alieno ære, quam valentes, quam nobiles!

III. Itaque ego illum exercitum, præ Gallicanis legionibus, & hoc delectu, quem in agro Piceno & Gallico Q. Metellus habuit, & his copiis, quæ à nobis quotidie comparantur, magnopere contemno; collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis decoctoribus: ex his, qui vadimonia deserere, quam illum exercitum, maluerunt: quibus ego non modo si aciem

Non modo. No solo esponiéndome á las calumnias de los envidiosos, sino tambien á perder la misma vida.

Ne vobis. Ni entonces todos vosotros aprobabais el que se le quitase la vida.

Rem huc deduxit. He puesto la cosa en términos.

In prætexta. En la niñez. *Prætexta* era la toga que traian los niños hasta los diez y seis años. *Véase* el índice.

Quorum æs. Cuyas deudas.

Reliquit quos viros. Catilina sacó de Roma solos trescientos hombres los mas inútiles y despreciados entre los suyos; y dejó los mas atrevidos y arrestados.

Quam valentes. ¡Qué sanos, qué robustos! Ironía.

III.

In Agro Piceno. Hoy la Marca de Ancona. *Et Gallico.* Lombardía.

Ex agresti. De villanos impuros.

Decoctoribus. Disipadores de su hacienda, y la agena.

Ex his, qui vandimonia De los que quisieron mas faltar á sus fiadores en el dia convenido, que al exército de Catilina. *Vandimonium* es la palabra dada con fianzas de comparecer en juicio á cierto plazo.

ciem exercitus nostri, verum etiam si edictum prætoris ostendero concident. Hos, quos video volitare in foro, quos stare ad curiam, quos etiam in senatum venire: qui nitent unguentis, qui fulgent purpurâ, mallem secum suos milites eduxisset: qui, si hic permanent, mementote non tam exercitum illum esse nobis, quam hos, qui exercitum deseruerunt, pertimescendos.

Atque hoc etiam sunt timendi magis, quod, quid cogitent, me scire sentiunt: neque tamen permoventur. Video, cui Apulia sit attributa, qui habeat Etruriam, qui agrum Picenum, qui Gallicum, qui sibi has urbanas insidias cædis atque incendiorum depoposcerit. Omnia superioris noctis consilia ad me perlata esse sentiunt; patefeci in senatu hesterno die: Catilina ipse pertimuit, profugit: hi quid exspectant? næ illi vehementer errant, si illam meam pristinam lenitatem perpetuam sperant futuram.

IV. Quod exspectavi, iam sum assecutus, ut vos omnes factam esse aperte coniurationem contra remp. videritis. Nisi vero si quis est, qui Catilinæ similes cum Catilina sentire non putet. Non est iam lenitati locus: severitatem res ipsa flagitat. Unum etiam nunc concedam: exeant, proficiscantur, ne patiantur desiderio sui Catilinam miserum tabescere. Demonstrabo iter: Aureliâ viâ profectus est. Si accelerare volent, ad vesperam consequentur. O fortunatam rempublicam, siquidem hanc sentinam huius urbis ejecerit! Uno mehercule Catilina exhausto, relevata mihi & recreata respublica videtur. Quid enim mali, aut sceleris fingi, aut excogitari potest, quod non ille conceperit? Quis totâ Italiâ veneficus, quis gladiator, quis latro, quis sicarius, quis parricida, quis testamentorum subiector, quis cir-

Edictum prætoris. El Pretor podia mandar que los acreedores entraseu en posesion de todos los bienes de aquellos que no cumplian su palabra.

Qui fulgent. Entiende los Senadores, los cuales solo podian usar de este trage.

Superioris noctis. En que se juntaron los conjurados en casa de Leca.

IV.

Sentire non. Que sus semejantes no tienen sus mismos pensamientos.

Quid enim. Enumeracion de los enormes delitos de Catilina.

Sicarius. Asesino.

Testamentorum. Falsificador de testamentos.

circumscriptor, quis ganeo, quis nepos, quis adulter, quæ mulier infamis, quis corruptor iuventutis, quis corruptus, quis perditus inveniri potest, qui se cum Catilina non familiarissime vixisse fateatur? Quæ cedes per hosce annos sine illo facta est? quod nefarium stuprum non per illum? Iam vero quæ tanta in ullo unquam homine iuventutis illecebra fuit, quanta in illo? qui alios ipse amabat turpissime, aliorum amori flagitiosissime serviebat: aliis fructum libidinum, aliis mortem parentum, non modo impellendo, verum etiam adiuvando pollicebatur. Nunc vero quam subito non solum ex urbe, verum etiam ex agris iugentem numerum perditorum hominum collegerat? Nemo, non modo Romæ, sed nec ullo in angulo totius Italiæ oppressus ære alieno fuit, quem non ad hoc incredibile sceleris fœdus adsciverit.

V. Atque ut eius diversa studia in dissimili ratione perspicere possitis, nemo est in ludo gladiatorio paulo ad facinus audacior, qui se non intimum Catilinæ esse fateatur? nemo in scena levior, & nequior, qui se non eiusdem prope sodalem fuisse commemoret. Atque idem tamen stuprorum, & scelerum exercitatione assuefactus, frigore, & fame, & siti, ac vigiliis preferendis: fortis ab istis prædicabatur, cum industriæ subsidia, atque instrumenta virtutis, in libidine, audaciaque consumeret.

Hunc vero si sui fuerint comites secuti: si ex urbe exierint desperatorum hominum flagitiosi greges, ó nos beatos, ó rempublicam fortunatam, ó præclaram laudem consulatus mei! Non enim iam sunt mediocres hominum libidines: non humanæ audaciæ, ac tolerandæ: nihil cogitant, nisi cædes, nisi incendia, nisi rapinas: patrimonia sua profuderunt: fortunas suas obligu-

Circumscriptor. Tramposo, chismoso, falsario.
Ganeo. Truan.
Nepos. Pródigo, que gasta en vicios su patrimonio.
Illecebra. Tuvo tanto atractivo de la juventud.
Oppressus. Cargado de deudas.
Adsciverit. Atraxese, conduxese.

V.

Nemo est. Ninguno hay entre los que aprenden á jugar la espada.
Levior. Algo liviano y perverso.
Consumeret. Empleando los auxilios de la industria, y medios de la virtud en la livianidad, y audacia.
Obligurierunt. Consumieron sus bienes en francachelas.

gurierunt; res eos iampridem, fides deficere nuper cœpit: eadem tamen illa, quæ erat in abundantia, libido permanet. Quod se in vino, & alea comessationes solum, & scorta quærerent, essent illi quidem desperandi; sed tamen essent ferendi. Hoc vero quis ferre possit; inertes homines fortissimis viris insidiari, stultissimos prudentissimis, ebrios sobriis, dormientes vigilantibus? qui mihi accubantes in convivïs, vino languidi, conforti cibo, sertis redimiti, unguentis obliti, eruciant sermonibus suis cædem bonorum, atque urbis incendia. Quibus ego confido impendere fatum aliquod, & pœnas iam diu improbitati, nequitiæ, sceleri, libidini debitas, aut instare iam plane, aut certe iam appropinquare. Quos si meus consulatus, quoniam sanare non potest, sustulerit: non breve nescio quod tempus, sed multa sæcula propagarit reipublicæ. Nulla est enim natio quam pertimescamus: nullus rex, qui bello populo Romano facere possit. Omnia sunt externa, unius virtute, terrâ, marique pacata. Domesticum bellum manet: intus insidiæ sunt: intus inclusum periculum est, intus est hostis. Cum luxuriâ nobis, cum amentiâ, cum scelere decertandum est. Huic ego me bello ducem profiteor, Quirites: suscipio inimicitias hominum perditorum. Quæ sanari poterunt, quacumque ratione sanabo. Quæ resecanda erunt, non patiar ad perniciem civitatis manare. Proinde aut exeant, aut quiescant: aut, si & in urbe, & in eadem mente permanent, ea quæ merentur, exspectent.

VI. At etiam sunt, Quirites, qui dicant, à me in exsilium eiectum esse Catilinam. Quod ego si verbo assequi possem, istos ipsos eiicerem, qui hæc loquuntur. Homo enim videlicet timidus, & permodestus vocem consulis ferre non potuit: simul atque ire in exsilium iussus est, paruit, ivit. He-

Res eos. Antes perdieron la hacienda, y ya empiezan á perder el crédito.

Vino languidi. Debilitados del vino; repletos de comida, coronados con guirnaldas, cargados de afeites, regüeldan en sus pláticas matanzas, &c.

Meus consulatus. Mientras yo fuere Consul. Metonimia.

Propagarit. Por muchos siglos hará bien mi consulado á la Republica.

Unius virtute. Por el valor de Pompeyo.

Suscipio inimicitias. Tomo á mi cargo de buena gana las enemistades, &c.

VI.

Si verbo. Si con solo decirlo.

Homo enim. Catilina como es hombre tímido, &c. Ironía.

Hesterno die, cum domi meæ pene interfectus essem, senatum in ædem Iovis Statoris convocavi: rem omnem ad Patres conscriptos detuli. Quo cum Catilina venisset: quis cum Senator appellavit? quis salutavit? quis denique ita aspexit, ut perditum civem, ac non potius ut importunissimum hostem? Quin etiam principes eius ordinis partem illam subselliorum, ad quam ille accesserat, nudam atque inanem reliquerunt. Hic ego vehemens ille consul, qui verbo cives in exsilium eiicio, quæsivi à Catilina, an nocturno conventu apud M. Leccam fuisset, necne. Cum ille homo audacissimus, conscientiâ convictus, primo reticuisset: patefeci cetera. Quid ea nocte egisset, ubi fuisset, quid in proximam constituisset; quemadmodum esse ei ratio totius belli descripta, edocui. Cum hæsitaret, cum teneretur: quæsivi, quid dubitaret eo proficisci, quo iampridem pararat: cum arma, cum secures, cum fasces, cum tubas, cum signa militaria, cum aquilam illam argenteam, cui ille etiam sacrarium scelerum domi suæ fecerat, scirem esse præmissam. In exilium eiiciebam, quem iam ingressum esse in bellum videbam? Etenim, credo, Manlius iste centurio, qui in agro Fesulano castra possuit, bellum populo Romano suo nomine indixit; & illa castra nunc non Catilinam ducem exspectant: & ille eiectus in exsilium, se Massiliam, ut aiunt, non in hæc castra conferet.

VII O conditionem miseram, non modo administrandæ, verum etiam conservandæ reipublicæ? Nunc, si L. Catilina, consiliis, laboribus, periculis meis circumclusus ac debilitatus, subito pertimuerit, sententiam mutaverit, diseruerit suos, consilium belli faciendi abiecerit, ex hoc cursu sceleris, & belli iter ad fugam, atque in exsilium converterit, à non ille me spoliatus armis audaciæ, non obstupefactus ac perterritus meâ

Detuli. Di cuenta de todo á los Senadores.
Importunissimum. El mas porfiado, descarado.
Eius ordinis. Del orden senatorio.
Cum teneretur. Viéndose cogido.
Sacrarium. Véase la primera Catilinaria, cap. 9.
Agro Fesulano. En el territorio de Fiesoli.
Massiliam. Marsella lugar de destierro para los caballeros Romados.
In hæc. A los reales donde Manlio esperaba sus órdenes.

meâ diligentiâ, non de spe conatuque depulsos, sed indemnatus, innocens, in exilium eiectus à consule, vi & minis esse dicetur: & erunt, qui illum, si hoc fecerit, non improbum, sed miserum: me non diligentissimum consulem sed crudelissimum tirannum existimari velint. Est mihi tanti, Quirites, huius invidiæ falsæ atque iniquæ tempestatem subire, dummodo à vobis huius horribilis belli ac nefarii periculum depellatur. Dicatur sane eiectus esse à me, dummodo est in exilium. Sed mihi credite, non est iturus. Nunquam ego à diis immortalibus optabo, Quirites, invidiæ meæ levandæ causâ, ut L. Catilinam ducere exercitum hostium, atque in armis volitare audiatis: sed triduo tamen audietis, multoque magis illud timeo, ne mihi sit invidiosum aliquando, quod illum emiserim potius, quam quod eiecerint. Sed cum sint homines qui illum, cum profectus sit, eiectum esse dicant, iidem, si interfectus esset, quid dicerent?

Quanquam isti, qui Catilinam Massiliam ire dictitant, non tam hoc queruntur, quam verentur. Nemo est istorum tam misericors, qui illum non ad Mallium, quam ad Masilienses ire malit. Ille autem, si mehercule hoc quod agit nunquam ante cogitasset, tamen latrocinantem se interfici mallet, quem exulem vivere. Nunc vero, cum ei nihil adhuc præter ipsius voluntatem cogitationemque acciderit, nisi quod vivis nobis Româ profectus est; optemus potius, ut eat in exilium, quam queramur.

VIII. Sed cur tamdiu de uno hoste loquimur: & de eo hoste, qui iam fatetur se esse hostem: & quem, quia, quod semper volui, murus interest, non timeo? de his, qui dissimulant, qui Romæ remanent, qui nobiscum sunt, nihil dicimus? Quos quidem ego, si ullo modo fieri posset, non tam ulcisci studeo, quam sa-

VII.

Indemnatus. Sin hacerle proceso, sin oir sus descargos.
Est mihi. A mi me importa poco.
Ducere. Que capitanee un exército enemigo.
Ne mihi. No me culpen y censuren.
Quod illum. Por haberle dexado ir libre.
Massiliam. Marsella, puerto y ciudad de Francia, fundada por una colonia de Griegos. Era aliada del Pueblo Romano: y por eso los Ciudadanos desterrados solian retirarse á ella.
Latrocinantem. Quisiera antes ser muerto como salteador.
Præter ipsius. Contra su voluntad.

sanare, & ipsos placare reipublicæ. Neque, id quare fieri non possit, si me audire volent, intelligo. Exponam enim vobis, Quirites, ex quibus generibus hominum istæ copiæ comparentur: deinde singulis medicinam consilii atque orationis meæ, si quam potero, afferam.

Unum est eorum, qui magno in ære alieno, maiores etiam possessiones habent: quarum amore adduci, dissolvi nullo modo possunt. Horum hominum species est honestissima: sunt enim locupletes; voluntas vero, & causa impudentissima. Tu agris, tu edificiis, tu argento, tu familia, tu rebus omnibus ornatus & copiosus sis: & dubites de possessione detrahere, adquirere ad fidem? quid enim exspectas? Bellum? quid? ergo in vastatione omnium, tuas possessiones sacrosanctas futuras puta? An tabulas novas? errant qui istas à Catilina exspectant. Meo beneficio tabulæ novæ proferentur, verum auctionariæ. Neque enim isti, qui possessiones habent, alia ratione ulla salvi esse possunt. Quod si matutius facere voluissent, neque (id quod stultissimum est) certare usuris cum fructibus prædiorum, & locupletioribus hic & melioribus civibus uteremur. Sed hosce homines minime puto pertimescendos, quod aut deduci de sententia possint, aut, si permanebunt, magis mihi videntur vota facturi contra rempublicam, quam arma laturi.

IX. Alterum genus est eorum, qui quanquam premuntur ære alieno, dominationem tamen exspectant: rerum potiri volunt: honores, quos quieta republicâ de spe-

VIII.

Comparentur. Se componen estas tropas.

Qui magno. Que aun teniendo grandes deudas, son mayores sus posesiones.

Dissolvi nullo. No pueden desempeñarse.

Tu agris. Habla impersonalmente, y es elegante este modo.

Acquirere. Y adquirir para pagar.

Futuras putas? Juzgas que han de quedar intactas?

Tabulas novas. Nuevas escrituras, que anulen las antiguas, por las quales no se les obligase á pagar las deudas.

Auctionarias. De embargo, vendiendo en pública almoneda los bienes de los deudores.

Certare usuris. Presumir que los frutos de sus heredades basten á pagar los censos, y usuras, siendo estas mayores.

Vota facturi. Harán promesas, ó tendrán deseos, &c.

IX.

Rerum potiri. Quieren hacerse dueños de todo. No es lo mismo *potiri rebus*, que *potiri rerum*. *Potiri rerum* es ser Señor absoluto, mandarlo todo; *potiri rebus* es gozar de las cosas, como del deleite, del dinero, de la hacienda, &c.

sperant, perturbatæ se consequi posse arbitrantur. Quibus hoc præcipiendum videtur, unum scilicet & idem quod ceteris omnibus, ut desperent, se id, quod conantur, consequi posse. Primum omnium me ipsum vigilare, adesse, providere reipublicæ: deindè magnos animos esse in bonis viris, magnam concordiam, maximam multitudinem, magnas præterea militum copias: deos denique immortales huic invicto populo, clarissimo imperio, pulcerrimæ urbi, contra tantam vim sceleris, præsentes auxilium esse laturos. Quod si jam sint id, quod cum summo furore cupiunt, adepti: num illi in cinere illo, & sanguine civium, quæ mente conscelerata, ac nefaria concupierunt, se consules, ac dictatores, aut etiam reges sperant futuros? non vident id si cupere, quod si adepti fuerint, fugitivo alicui, aut gladiatori concedi sit necesse?

Tertium genus est ætate jam affectum, sed tamen exercitatione robustum, quo ex genere est ipse Manlius, cui nunc Catilina succedit. Hi sunt homines ex iis colonis, quas Fesulis Sylla constituit: quas ego universas, civium esse optimorum, & fortissimorum virorum sentio: sed tamen hi sunt coloni, qui se inspiratis repentinisque pecuniis sumtuosius insolentiusque iactarunt. Hi dum ædificant, tanquam beati, dum prædiis, lectis, familiis magnis, conviviis apparatis delectantur, in tantum æs alienum inciderunt, ut, si salvi esse velint, Sylla sit iis ab inferis excitandus. Qui etiam nonnullos agrestes, homines tenues atque egentes in eandem illam spem rapinarum veterum impulerunt. Quos ego utrosque, Quirites, in eodem genere prædatorum, direptorumque pono. Sed eos hoc moneo, desi-

Præsentes. Propicios.

Fugitivo alicui. Porque si Catilina salia con su intento, no tanto premiaria á los que con solo los deseos apoyaban su partido, quanto á los que se habian espuesto en su compañia á todos los peligros.

Ætate iam. Consumidos de la vejez.

Fesulis. Mureto borra el *Fesulis*; porque en una ciudad sola, qual es Fiésoli, no podia haber muchas colonias.

Sumtuosius. Hicieron mayores gastos, se portaron con mas fausto y ostentacion de lo que su estado, y caudal les permitia.

Lectiis. Sillas de manos, ó literas.

In tantum. Se han empeñado tanto.

Excitandus. Deben resucitar á Sila para que dé los bienes de los buenos á los malos.

sinant fureré, ac proscriptiones & dictaturas cogitare. Tantus enim illorum temporum dolor inustus est civitati, ut jam ista non modo homines, sed ne pecudes quidem mihi passuræ esse videantur.

X. Quartum genus est sane varium, & mistum, & turbulentum: qui iampridem premuntur: qui nunquam emergent: qui partim inertiâ, partim male gerendo negotio, partim etiam sumtibus: in vetere ære alieno vacillant: qui vadimoniis, iudiciis, proscriptionibus bonorum defatigati, permulti & ex urbe, & ex agris se in illa castra conferre dicuntur. Hosce ego non tam milites acres, quam inficiatores lentos esse arbitror. Qui homines primum si stare non possunt, corruant: sed ita, ut non modo civitas sed ne vicini quidem proximi sentiant. Nam illud non intelligo, quamobrem, si vivere honeste non possunt, perire turpiter velint: aut cur minore dolore perituros secum multis, quam si soli pereant, arbitrentur.

Quintum genus est parricidarum, sicariorum, denique omnium facinerosorum, quos ego à Catilina non revoco. Nam neque divelli ab eo possunt; & pereant, sane in latrocinio, quoniam sunt ita multi, ut eos capere carcer non possit.

Postremum autem genus est, non solum numero, verum etiam genere ipso, atque vitâ: quod proprium est Catilinæ, de eius delectu, immo vero de complexu eius ac sinu: quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos videtis, manicatis, & talaribus tunicis, velis amictos, non togis: quorum omnis industria vinum, & vigilandi labor in antelucanis cœnis expromitur. In

hic-

Proscriptiones. Confiscaciones de los bienes, y encartaciones de las personas.

Illorum temporum. Los tiempos de Sila. *Véase* el Indice.

X.

Qui iampridem. Que hace ya tiempo se ven oprimidos.

Partim male. Parte por su mal gobierno, por ser unos perdidos.

In illa castra. A juntarse con las tropas de Catilina.

Inficiatores. Perezosos, niega deudas.

Quam si soli. Porque mal de muchos consuelo de tontos.

Non revoco. Que no quiero que dexen á Catilina.

De complexu eius. De sus mas íntimos.

Bene barbatos. Lindamente afeitados.

Manicatis. De mangas anchas, de que solo usaban las mugeres.

Velis. Telas finísimas, y en extremo delgadas.

In antelucanis cœnis. Cenas que duran de la noche á la mañana.

his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudicique versantur. Hi pueri tam lepidi ac delicati, non solum amare, & amari, neque cantare, & saltare, sed etiam sicas vibrare, & spargere venena didicerunt: qui nisi exeunt, nisi pereunt, etiam si Catilina perierit, scitote hoc in republica seminarium Catilinarium futurum. Veruntamen quid sibi isti miseri volunt? num suas secum mulierculas sunt in castra ducturi? quemadmodum autem illis carere poterunt, his præsertim iam noctibus? quo autem pacto illi Apenninum, atque illas pruinas ac nives perferent? Nisi idcirco se facilius hiemem toleraturos putant quod nudi in conviviis saltare didicerunt. O bellum magnopere pertimescendum, cum hanc sit habiturus Catilina scortatorum cohortem prætoriam!

XI. Instruite nunc, Quirites, contra has tam præclaras Catilinæ copias vestra præsidia, vestrosque exercitus; & primum gladiatori illi confecto & saucio, consules, imperatoresque vestros opponite: deinde contra illam naufragorum ejectam ac debilitatam manum, florem totius Italiæ ac robur educite. Iam vero urbes coloniarum ac municipiorum respondebunt Catilinæ tumulis silvestribus. Neque vero ceteras copias, ornamenta, præsidia vestra cum illius latronis inopia atque egestate conferre debeo. Sed, si omissis is rebus omnibus, quibus non suppeditamus, eget ille senatu, equitibus Romanis, populo, urbe, ærario, vectigalibus, cunctâ Italiâ, provinciis omnibus, exteris nationibus: si, inquam, his rebus omissis, ipsas causas, quæ inter se confligunt, contendere velimus; ex eo ipso, quam valde illi iaceant, intelligere possumus. Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum: hinc fides, illinc fraudatio: hinc

Aleatores. Jugadores de dados.
Seminarium Catilinarium. Será una sementera de muchos Catilinas.
Cohortem prætoriam. Nosotros diriamos guardias de Corps.

XI.

Confecto & saucio. Consumido, y estropeado.
Tumulis silvestribus. Porque no tenia otras fortalezas que los montes, y bosques.
Suppeditamus. De que nosotros tenemos tanta abundancia.
Ipsas causas. Si nos ponemos á cotejar las diversas causas que mueven á los dos partidos.
Quam valde. A qué estado tan infeliz se hallan reducidos.
Pudicitia. La castidad. Antithesis.

hinc pietas, illinc scelus: hinc constantia, illinc furor: hinc honestas, illinc turpitudo: hinc continentia, illinc libido: denique æquitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes, certant cum iniquitate, cum luxuria, cum ignavia, cum temeritate, cum vitiis omnibus: postremo copiæ cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia, bona denique spes cum omnium rerum desperatione confligit. In huiusmodi certamine ac prælio, nonne, etiam si hominum studia deficiant, dii ipsi immortales cogent ab his præclarissimis virtutibus, tot & tanta vitia superari?

Epilogo. XII. Quæ cum ita sint, Quirites, vos, quemadmodum iam antea dixi, vestra tecta custodiis, vigiliisque defendite: mihi, ut urbi sine vestro motu, ac sine ullo tumulto, satis esset præsidii, consultum ac provisum est. Coloni omnes, municipesque vestri, certiores à me facti de hac excursione Catilinæ, facile urbes suas, finesque defendent; gladiatores, quam sibi ille maximam manum, & certissimam fore putavit, quanquam meliore animo sunt, quam pars patriciorum, potestate tamen nostra continebuntur. Q. Metellus, quem ego prospiciens hoc, in agrum Gallicanum Picenumque præmisi, aut opprimet hominem, aut omnes eius motus conatusque prohibebit. Reliquis autem de rebus constituendis, maturandis, agendis, iam ad senatum referemus, quem vocari videtis.

Nunc illos, qui in urbe remanserunt, atque adeo qui contra urbis salutem, omniumque vestrum, in urbe à Catilina relicti sunt, quamquam sunt hostes, tamen quia nati sunt cives, monitos etiam atque etiam volo. Mea lenitas adhuc si cui solutior visa est, hoc exspe-

Copiæ cum egestate. La abundancia con la escasez.

Denique spes. Buenas esperanzas de salir bien por la justicia de la causa.

Studia. La voluntad.

XII.

Vestra tecta. Vuestras casas.

Consultum. He proveido y mirado.

Pars patritiorum. Salustio cuenta muchos Senadores entre los conjurados.

Maturandis. Para acelerarlas.

Quam vocare videtis. Ciceron hacia este razonamiento al Pueblo mientras se juntaban los Senadores.

Monitos etiam. Quiero tengan entendido.

Mea lenitas. Si la blandura de que hasta aqui he usado, le parece á alguno demasiado remisa ó indulgente.

spectavit, ut id, quod latebat, erumperet. Quod reliquum est, iam non possum oblivisci; meam hanc esse patriam; me horum esse consulem: mihi aut cum his vivendum, aut pro his esse moriendum. Nullus est portæ custos: nullus insidiator viæ: si qui exire volunt, consulere sibi possunt. Qui vero in urbe se commoverit, cuius ego non modo factum, sed inceptum ullum conatumve contra patriam deprehendero: sentiet in hac urbe esse consules vigilantes, esse egregios magistratus, esse fortem senatum, esse arma, esse carcerem, quem vindicem nefariorum ac manifestorum scelerum maiores nostri esse voluerunt.

XIII. Atque hæc omnia sic agentur, Quirites, ut res maximæ minimo motu, pericula summa nullo tumultu, bellum intestinum ac domesticum, post hominum memoriam crudelissimum ac maximum, me uno togato duce & imperatore, sedetur. Quod ego sic administrabo, Quirites, ut si ullo modo fieri poterit, ne improbus quidem quisquam in hac urbe pœnam sui sceleris sufferat. Sed si vis manifestæ audaciæ, si impendens patriæ periculum me necessario de hac animi lenitate deduxerint; illo profecto perficiam, quod in tanto, & tam insidioso bello vix optandum videtur, ut nequis bonus intereat, paucorumque pœna vos iam omnes salvi esse possitis.

Quæ quidem ego neque meâ prudentiâ, neque humanis consiliis fretus polliceor vobis, Quirites: sed multis, & non dubiis deorum immortalium significationibus: quibus ego ducibus in hanc spem sententiamque sum ingressus: qui iam non procul, ut quondam solebant, ab extero hoste atque longinquo, sed hic præsentes suo numine atque auxilio sua templa atque urbis tecta defendunt: quos, Quirites, precari, venerari, at-

Inceptum. Empresa, conato.
Vindicem. Castigadora, ó vengadora.

XIII.

Minimo motu. Con poquísimo ruido.
Post hominum. La mas cruel y grande despues que hay mundo.
Me uno. Porque haria las veces de Consul de Capitan y General.
Me necessario. Me forzasen á renunciar la profesion que hago de inclinarme siempre á la blandura.
Insidioso bello. Traidora guerra.
Non dubiis. Con señales ciertas del cielo.
In hanc spem. He tomado todas mis resoluciones.
Præsentes suo. Asistiendo con su providencia y auxilio.

atque implorare debetis, ut, quam urbem pulcerrimam florentissimamque esse voluerunt hanc omnibus hostium copiis, terra marique superatis, à perditissimorum civium nefario scelere defendant.

ORATIO

PRO A. LICINIO ARCHIA POETA.

ARGUMENTO.

A. Licinio Archias, buen Poeta Griego, natural de Siria, viniendo á Italia, se naturalizó en Tarento, en Regio, en Locros, en Nápoles, y en Heraclea; porque todas las Ciudades á porfia querian hacerle suyo. Ultimamente el año 661 de la fundacion de Roma logró todos los privilegios de Ciudadano Romano. Un cierto Gracio al cabo de veinte y ocho años de pacífica posesion, puso en disputa el derecho de Archias, citándole á juicio. Ciceron, que habia sido su discípulo, salio á su defensa, demostrando, que no solo se le debian conservar sus privilegios de Ciudadano, sino que, si no los gozase, merecia que los Romanos se los concediesen, para premiar así los méritos de este insigne Poeta, y honrar á su República con ingenio tan sublimè y elevado.

¶. Las partes de esta oracion son quatro: Exórdio, Narracion, Confirmacion, Epílogo.

EXORDIO.

1. Si quid est in me ingenii, Iudices, quod sentio quam sit exiguum; aut si qua exercitatio dicendi, in qua me non inficior mediocriter esse versatum: aut si

1. *Exercitatio.* Algun egercicio en perorar.

Non inficior. No niego estar mediananente versado.

si huiusce rei ratio aliqua, ab optimarum artium studiis ac disciplina profecta, à qua ego nullum confiteor ætatis meæ tempus abhorruisse; earum rerum omnium, vel in primis hic A. Licinius fructum à me repetere prope suo iure debet. Nam quoad longissime potest mens mea respicere spatium præteriti temporis, & pueritiæ memoriam recordari ultimam, inde usque repetens, hunc video mihi principem, & ad suscipiendam, & ad ingrediendam rationem horum studiorum exstitisse. Quod si hæc vox huius hortatu, præceptisque conformata, nonnullis aliquando saluti fuit: à quo id accepimus, quo ceteris opitulari, & alios servare possemus, huic profecto ipsi, quantum est situm in nobis, & opem & salutem ferre debemus.

Ac ne quis à nobis hoc ita dici forte miretur, quod alia quædam in hoc facultas sit ingenii, neque hæc dicendi ratio, aut disciplina: ne nos quidem huic uni studio penitus unquam dediti fuimus. Etenim omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum, & quasi cognatione quadam inter se continentur.

II. Sed ne cui vestrum mirum esse videamur, me in quæstione legitima, & in iudicio publico, cum res agatur apud prætorem populi Romani, lectissimum virum, & apud severissimos iudices, tanto convectu hominum, ac frequentiâ, hoc uti genere dicendi, quod non modo à consuetudine iudiciorum, verum etiam à forensi sermone abhorreat; quæso à vobis, ut in hac cau-

Tempus abhorruisse. Que en ningun tiempo las dexe.

Vel in primis. Sobre todos con derecho especial, este Aul. Licinio &c.

Nam quoad. Pues cuando me pongo á considerar el largo espacio de mi vida pasada, y renuevo la memoria de mi primera infancia.

Inde usque. Empezando de alli.

Rationem. La carrera de estos estudios.

Conformata. Instruida, disciplinada con los preceptos, &c.

Quantum est. Quantas facultades tengamos.

In hoc. En Archias, que hacia profesion de la poesía, de la oratoria.

Ne nos quidem. Quiere dar á entender Ciceron, que tambien él entiende de Poesía. Lo cierto es, que compuso varios poemas en Latin, y en Griego.

Omnes artes. Todas las letras humanas, todas las artes liberales.

II.

In quæstione. En un pleyto sobre la observancia de las leyes.

A forensi. Es agena del estilo que se usa en la audiencia.

causa mihi detis hanc veniam, accomodatam huic reo, vobis, quemadmodum spero, non molestam; ut me, pro summo poeta atque eruditissimo homine dicentem, hoc concursu hominum litteratissimorum, hac vestra humanitate, hoc denique prætore exercente iudicium, patiamini de studiis humanitatis, ac litterarum paulo loqui liberius: & in huiusmodi persona, quæ propter otium ac studium minime in iudiciis periculisque tractata est, uti prope novo quodam & inusitato genere dicendi. Quod si mihi à vobis tribui, concedique sentiam, perficiam profecto, ut hunc A. Licinium non modo non segregandum, cum sit civis, à numero civium; verum etiam, si non esset, putetis adsciscendum fuisse.

Narracion. III. Nam ut primum ex pueris excessit Archias, atque ab iis artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendi studium contulit, primum Antiochiæ (nam ibi natus est, loco nobili, celebri quondam urbe & copiosa, atque eruditissimis hominibus, liberalissimisque studiis affluenti) celeriter antecellere omnibus ingenii gloriâ contigit. Post in ceteris Asiæ partibus, cunctæque Græciæ sic eius adventus celebrabatur, ut famam ingenii exspectatio hominis, exspectationem ipsius adventus admiratioque superaret. Erat Italia tunc plena Græcarum artium ac disciplinarum: studiaque hæc & in Latio vehementius tum colebantur, quam nunc iisdem in oppidis: & hic Romæ propter tranquilitatem reipublicæ non negligebantur. Itaque hunc & Tarentini, & Rhegini & Neapolitani, civitate, ceterisque præmiis donarunt; & omnes, qui aliquid de ingeniis poterant iudicare, cognitione atque hospitio dignum existimarunt.

Hac tanta celebritate famæ cum esset iam absentibus notus, Romam venit, Mario consule & Catulo. Natus

Hanc veniam. Esta licencia ó facultad.

Hac vestra, humanitate. Segun es vuestra erudicion, y aficion á las letras humanas.

Tractata. Porque los Poetas, que solamente se ocupan en sus estudios, no suelen ser citados á juicio.

Adsciscendum. Que se debia alistar en el número de ciudadanos.

III.

Ex pueris. Luego que salió de la niñez.

Scribendi. A escribir poesías.

Gloria contigit. Tuvo la suerte de exceder en la fama de ingenio, &c.

Studiaque hæc. La poesia se cultivaba entonces con mas ardor en la Italia, &c.

ctus est primum consules eos, quorum alter res adscribendum maximas, alter cum res gestas, tum etiam studium atque aures adhibere posset. Statim Luculli, cum prætextatus etiam, tum Archias esset: eum domum suam receperunt. Sed etiam hoc non solum ingenii ac litterarum, verum etiam naturæ atque virtutis fuit, ut domus, quæ huius adolescentiæ prima fuerit, eadem esse familiarissima senectuti. Erat temporibus illis iucundus Q. Metello illi Numidico, & eius Pio filio: audiebatur à M. Æmilio: vivebat cum Q. Catulo, & patre & filio: à L. Crasso colebatur; Lucullos vero & Drusum & Octavios, & Catonem, & totam Hortensiorum domum devinctam consuetudine cum teneret, afficiebatur summo honore, quod eum non solum colebant, qui aliquid percipere, atque audire studebant, verum etiam quid forte simulabant.

Interim satis longo intervallo, cum esset cum L. Lucullo in Siliciam profectus, & cum ex ea provincia cum eodem Luculo decederet, venit Heracleam: quæ cum esset civitas æquissimo iure ac fœdere, adscribi se in eam civitatem voluit: idque, cum ipse per se dignus putaretur, tum auctoritate & gratia Luculli ab Heracliensibus impetravit. Data est civitas Salvani lege, & Carbonis, *si quid fœderatis civitatibus adscripti fuissent: si tum, cum lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent: & si sexaginta diebus apud prætorem essent professi.* Cum id domicilium Romæ multos iam annos haberet, professus est apud Prætorem, Q. Metellum, familiarissimum suum.

IV. Si nihil aliud, nisi de civitate ac lege dicimus, ni-

Studium atque. Porque tenia ciencia y distinguia bien los versos buenos de los malos.

Cum prætextatus. Siendo todavia muy mozo

Verum etiam. Sino que se debió tambien á su índole y virtud.

Devictam consuetudine. Obligada con su trato.

Simulabant. Aunque fuesen á oirle solo por curiosidad.

Heracleam. Ciudad de la Magna Grecia en el golfo Tarentino, que hoy pertenece al Reyno de Nápoles.

Fœderatis iure Los Heracliense se confederaron con los Romanos en la guerra de Pirro, siendo Consul Fabricio, año de la fundacion de Roma 475.

Data est. El tenor de esta ley era que los estrangeros pudiesen ser ciudadanos Romanos con estas tres condiciones. Primera, que estuviesen agregados á alguna de las ciudades confederadas. Segunda, que tuviesen domicilio en Italia. Tercera, que dentro de sesenta dias viniesen á empadronarse ante el Pretor en Roma.

nihil dico amplius; causa dicta est. Quid enim horum infirmari, Grati potest? Heracleæne esse tum adscriptum negabis? Adest vir summa auctoritate, & religione, & fide M. Lucullus, qui se non opinari, sed scire; non audivisse, sed vidisse; non interfuisse, sed egisse dicit. Adsunt Heraclienses legati, nobilissimi homines: huius iudicii causâ, cum mandatis, & cum publico testimonio venerunt; qui hunc adscriptum Heracliensem dicunt.

Hic tu tabulas desideras Heracliensium publicas, quas Italico bello, incenso tabulario, interiisse scimus omnes. Est ridiculum, ad ea quæ habemus, nihil dicere: quærere, quæ habere non possumus; & de hominum memoria tacere, litterarum memoriam flagitare: & cum habeas amplissimi viri religionem, integerrimi municipii iusiurandum, fidemque, ea quæ depravari nullo modo possunt, repudiare: tabulas, quas idem dicis solere corrumpi, desiderare.

At domicilium Romæ non habuit; is qui tot annis, ante civitatem datam, sedem omnium rerum ac fortunarum suarum Romæ collocavit. At non est, professus. Imo vero iis tabulis professus, quæ solæ ex illa professione, collegioque prætorum, obtinent publicarum tabularum auctoritatem.

V. Nam cum Appii tabulæ negligentius asservatæ dicerentur: Gabinii, quandiu incolumis fuit, levitas, post damnationem, calamitas, omnem tabularum fidem re-

IV.

Causa dicta. Está decidido el pleyto.

Qui se non. El qual depone, que tiene de esto cierta ciencia.

Non interfuisse. Que no como quiera se halló presente á este negocio, sino que él mismo fue el agente.

Huius iudicii. Solo por asistir á esta causa de Archias.

Tabulas desideras. Tú echas menos las matrículas de Heraclea.

Incenso tabulario. Quemado el archivo.

Et de hominum. No hacer mencion de lo que pueden dar razon los hombres, y pedir escritos.

Amplissimi viri. La conciencia de un hombre tan ilustre.

Municipii. De Heraclea.

Ad domicilium. Hácese Ciceron esta réplica; pero dirasme, que no vivió de asiento en Roma; y responde inmediatamente: *is qui, &c.* ¿Como no? un hombre, que, &c.

At non. Otra réplica. Mas no vino á matricularse.

Ex illa. De aquella matrícula, &c.

Obtinent publicarum. Son reputadas por escrituras auténticas.

V.

Quamdiu incolumis fuit. Antes de ser condenado.

Omnem tabularum. Habiendo hecho sospechosas todas las escrituras y testimonios públicos.

resignasset: Metellus, homo sanctissimus modestissimusque omnium, tantâ diligentiâ fuit, ut ad L. Lentulum prætorem, & ad iudices venerit, & unius nominis litura se commotum esse dixerit. His igitur tabulis nullam lituram in nomen A. Licini videtis.

Quæ cum ita sint, quid est, quod de eius civitate dubitetis, præsertim cum aliis quoque in civitatibus fuerit adscriptus? Etenim cum mediocribus multis, & aut nulla, aut humili aliqua arte præditis, gratuito civitatem in Græcia homines impertiebantur, Rheginos, credo, aut Locrenses, aut Neapolitanos, aut Tarentinos, quod scenicis artificiis largiri solebant, id huic, summâ ingenii prædito gloriâ, noluisse. Quid? cum ceteri non modo post civitatem datam, sed etiam post legem Papiam aliquo modo in eorum municipiorum tabulas irrepserint: hic, qui ne utitur quidem illis, in quibus est scriptus, quod semper se Heracliensem esse voluit, reiicietur?

Census nostros requiris scilicet. Est enim obscurum, proximis censoribus, hunc cum clarissimo imperatore L. Lucullo apud exercitum fuisse: superioribus, cum eodem quæstore fuisse in Asia: primis Iulio & Crasso, nullam populi partem esse censam. Sed quoniam census non ius civitatis confirmat, ac tantummodo indicat, eum, qui sit census, ita se iam tum gessisse pro cive: iis temporibus, quæ tu criminaris, ne ipsius quidem iudicio eum in civium Romanorum iure esse versatum; & testamentum sæpe fecit nostris legibus, & adiit hæ-

Unius nominis: Declaró entrar en sospecha, viendo borracho uno de los nombres.

Gratuito. Sin méritos algunos.

Quod scenicis. Que solian hacer Ciudanos á los cómicos. Argumento de menor á mayor.

Post civitatem. Por la ley de Carbon, y Silvano

Post legem. Esta ley era: *Ne quis peregrinus pro cive se gereret*.

Census nostros. Echas sin duda de ménos el nombre de Archias en los registros, ó catálogos que se han hecho de los ciudadanos.

Proximis censoribus. Los últimos Censores. *Superioribus*; los antecedentes: *Primis*: los Censores inmediatos á la venida de *Archias* á Roma.

Eodem quæstore. Siendo Questor Luculo.

Primis. Con los primeros Censores Julio y Craso.

Ipsius quidem. Este lugar es contradictorio, si en vez de *Quæ tu criminaris*, no se sustituye, *Quis vel in quibus tu*, &c., y entonces el *ne ipsius quidem iudicio* será objecion del contrario, que ni aun por juicio de Archias no era ciudadano por el derecho; y lo demas respuesta de Ciceron.

hereditates civium Romanorum, & in beneficiis ad ærarium delatus est à L. Lucullo prætore & consule.

Segunda parte de la confirmacion. VI. Quære argumenta, si qua potes: nunquam enim hic neque suo, neque amicorum iudicio revincetur. Quæres à nobis, Grati, cur tantopere hoc homine delectemur. Quia suppeditat nobis, ubi & animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, & aures convicio defessæ conquiescant. An tu existimas, aut suppetere nobis posse, quod quotidie dicamus in tanta varietate rerum, nisi animos nostros doctrinâ excolamus: aut ferre animos tantam posse contentionem, nisi eos doctrinâ eadem relaxemus? Ego vero fateor, me his studiis esse deditum. Ceteros pudeat, si qui ita se litteris abdiderunt, ut nihil possint ex his neque ad communem afferre fructum, neque in aspectum lucemque proferre. Me autem quid pudeat, qui tot annos ita vivo, Iudices, ut ab nullius unquam me tempore aut commodum, aut otium meum abstraxerit, aut voluptas avocarit, aut denique somnus retardarit. Quare quis tandem me reprehendat, aut quis mihi iure succenseat, si, quantum ceteris ad suas res obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates, & ad ipsam requiem animi & corporis conceditur temporis, quantum alii tribuunt tempestivis conviviis, quantum denique aleæ, quantum pilæ: tantum mihi egomet ad hæc studia recolenda sumsero? Atque hoc adeo mihi concedendum est magis, quod ex his studiis hæc quoque censetur oratio & facultas: quæ quantacumque est in me, nunquam amicorum periculis defuit. Quæ si cui levior videtur; illa qui-

In beneficiis. Consta por el archivo de la tesorería, que fue habilitado para todos los honores y empleos.

VI.

Revincetur. No se le podrá sacar de su juicio, &c.

Suppeditat. Suministra.

Reficiatur. Se recobre.

Convicio defessæ. Cansadas del trafago.

Nobis posse. Que nos podrá bastar.

Aspectum lucemque. Publicar, y dar á luz.

Ad res. Para el manejo de sus negocios, para cuidar de su casa, y familia.

Tempestivis conviviis. Convites hechos por el dia contra el uso, que los empezaba despues de nona, y por esto se tenian por viciosos.

Censetur. Lambino lee *crescit*; pero la tentencia es la misma, conviene á saber, que la oratoria recibe muchos realces, y ornamentos del estudio de la poesia; y que la una sin la otra es de poco aprecio.

quidem certe, quæ summa sunt, ex quo fonte hauriam, sentio. Nam nisi multorum præceptis, multisque litteris mihi ab adolescentia suasissem, nihil esse in vita magnopere expetendum, nisi laudem, atque honestatem; in ea autem persequenda omnes cruciatus corporis, omnia pericula mortis atque exsilii parvi esse ducenda: nunquam me pro salute vestra in tot ac tantas dimicationes, atque in hos profligatorum hominum quotidianos impetus obiecissem. Sed pleni omnes sunt libri, plenæ sapientium voces, plena exemplorum vetustas; quæ jacerent in tenebris omnia, nisi litterarum lumen accederet. Quam multas nobis imagines, non solum ad intuendum, verum etiam ad imitandum, fortissimorum virorum expressas scriptores, & Græci & Latini reliquerunt? quas ego mihi semper in administranda republica proponens animum, & mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabam.

VII. Quæret quispiam, quid? illi ipsi summi viri, quorum virtutes litteris proditæ sunt, istane doctrina, quam tu laudibus effers, eruditi fuerunt? Difficile est hoc de omnibus confirmare. Sed tamen est certum, quid respondeam. Ego multos homines excellenti animo ac virtute fuisse, & sine doctrina naturæ ipsius habitu prope divino, per se ipsos & moderatos, & graves exstitisse fateor. Etiam illud adiungo, sæpius ad laudem atque virtutem naturam sine doctrinâ, quam sine naturâ valuisse doctrinam. Atque idem ego contendo, cum ad naturam eximiam atque illustrem accesserit ratio quædam conformatioque doctrinæ: tum illud nescio quid præclarum ac singulare solere existere. Ex hoc esse hunc numero, quem patres nostri viderunt, divinum hominem

Sentio. Sé no obstante las cosas de mayor monta de qué fuentes las saco.

In ea autem. En alcanzar la alabanza y honestidad.

Parvi esse. Se deben estimar en poco todos los peligros, &c.

Lumen accederet. Si no fuera por la luz de los escritos.

Expressas. Pintadas.

Animum, & mentem. Procuraba copiar en mi alma las virtudes de los varones ilustres, al mismo tiempo que las iba leyendo, y meditando.

VII.

Quæret quispiam. Preguntará alguno, pues que aquellos mismos, &c.

Et sine doctrina. Sin estudios.

Tum illud. A los que tienen ambas cosas en grado supremo llaman Héroes.

nem Africanum; ex hoc C. Lælium. L. Furium moderatissimos homines & continentissimos: ex hoc fortissimum virum & illis temporibus doctissimum, M. Catonem illum senem: qui profecto si nihil ad percipiendam, collendamque virtutem litteris adiuvarentur, nunquam sé ad earum studium contulissent.

Quod si non hic tantus fructus ostenderetur, & si ex his studiis delectatio sola peteretur? tamen, ut opinor, hanc animi remissionem, humanissimam ac liberalissimam iudicaretis. Nam ceteræ neque temporum sunt, neque ætatum omnium, neque locorum. Hæc studia adolescentiam alunt senectutem oblectant secundas res ornant, adversis perfugium ac solatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Quod si ipsi hæc nec attingere, neque sensu nostro gustare possemus; tamen ea mirari deberemus, etiam cum in aliis videremus.

VIII. Quis nostrum tam animo agresti ac duro fuit ut Roscii morte nuper non commoveretur? qui cum esset senex mortuus, tamen propter excellentem artem ac venustatem, videbatur omnino mori non debuisse. Ergo ille corporis motu tantum amorem sibi conciliarat à nobis omnibus: nos animorum incredibiles motus, celeritatemque ingeniorum negligemus? Quoties ego hunc Archiam vidi, iudices, (utar enim vestra benignitate, quoniam me in hoc novo genere dicendi tam diligenter attenditis) quoties ego hunc vidi, cum litteram scripsisset nullam magnum numerum optimorum versuum de his ipsis rebus, quæ tum agerentur, dicere, ex tempore? Quo-

Africanum. Publio Scipion: de quien dice *lib.* 1. *de Offic. Eloquentiæ cumulavit bellicam gloriam.*

C. Lælium. Latino amigo de Scipion: llamabanle comunmente el Sabio.

L. Furium. Del mismo dice en el libro de *Clar. Orator. L. Furius perbene latine loqui putabatur, litteratiusque, quam ceteri.*

M. Catonem. Que en su última vejez aprendió la lengua Griega.

Hanc animi. Este recreo del ánimo le juzgarias sin duda muy humano y generoso.

Secundas res. Sirven de adorno á los sucesos.

Pernoctant. Velan con nosotros, nos acompañan en los viages, y en el campo.

VIII.

Roscii morte. Roscio fue un comediante tan afamado, que de él dice Ciceron *lib.* 1. *de Orat. Itaque hèc est tamdiu consecutus, ut in quo quisque artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur.*

Excellentem artem. Por su excelencia, y gallardía en representar.

Corporis motu. Aquella deman de cuerpo.

Cum litteram. Sin escribir nada.

Ex tempore. De repente.

Quoties revocatum eandem rem dicere, commutatis verbis, atque sententiis? Quæ vero accurate, cogitateque scripsisset, ea sic vidi probari, ut ad veterum scriptorum laudem pervenirent. Hunc ego non diligam? non admirer? non omni ratione defendendum putem? Atqui sic à summis hominibus, eruditissimisque accepimus, ceterarum rerum studia, & doctrinâ, & preceptis, & arte constare: poetam natura ipsâ valere, & mentis viribus excitari, & quasi divino quodam spiritu afflari. Quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poetas, quod quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur.

Sit igitur, Iudices, sanctum apud vos, humanissimos homines, hoc poetæ nomen, quod nulla unquam barbaria violavit. Saxa & solitudines voci respondent: bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur, atque consistunt: nos instituti rebus optimis non poetarum voce moveamur? Homerum Colophonii civem esse dicunt suum; Chii suum vindicant; Salamini repetunt; Smyrnæi vero suum esse confirmant. Itaque etiam delubrum eius in oppido dedicaverunt. Permulti alii præterea pugnant inter se, atque contendunt.

IX. Ergo illi alienum, quia poeta fuit, post mortem etiam expetunt; nos hunc vivum, qui & voluntate, & legibus noster est, repudiamus? Præsertim cum omne olim studium, atque omne ingenium contuluerit Archias ad populi Romani gloriam, laudemque celebrandam? Nam & Cimbricas res adolescens attigit, & ipsi illi C. Mario, qui durior ad hæc studia videbatur, iucundus fuit.

Revocatum. Volviéndole á pedir dixese lo mismo, &c.
Vero accurate. Con cuidado, y despacio.
Pervenirent. Que sus poemas competian con el mérito de los antiguos poetas.
Studia. Las demas ciencias.
Poetam. Que el Poeta era solo por naturaleza.
Afflari. Se llenan de entusiasmo como dicen los Griegos.
Sanctum Venerable, ó respetable el nombre de poeta.
Saxa. Con el canto de Apolo, y Lino.
Instituti. Educados.
Homerum. Este Principe de los Poetas fue tan modesto, que jamás se le soltó una palabra en sus copiosísimos poemas sobre su persona, ó patria: y asi ni su nombre supiéramos, si el que recogió sus versos no lo hubiese puesto al principio.

X.

Alienum. A Homero siendo extrangero, porque si todos decian ser suyo, no se sabia de donde era.
Cimbricas res. La guerra contra los Cimbrios, en que mandó Cayo Mario.

fuit. Neque enim quisquam est tam aversus à Musis, qui non mandari versibus æternum suorum laborum facile præconium patiatur. Themistoclem illum, summum Athenis virum, dixisse aiunt, cum ex eo quæreretur; quod acroama, aut cuius vocem libentissime audiret: *Eius à quo sua virtus optime prædicaretur.* Itaque ille Marius item eximie L. Plotium dilexit: cuius ingenio putabat ea, quæ gesserat, posse celebrari.

Mithridaticum vero bellum magnum atque difficile, & in multa varietate terrâ marique versatum, totum, ab hoc expressum est, qui libri non modo L. Lucullum, fortissimum & clarissimum virum, verum etiam populi Romani nomen illustrant. Populus enim Romanus aperuit, Lucullo imperante, Pontum & regiis quondam opibus, & ipsâ naturâ regionis vallatum: populi Romani exercitus, eodem duce, non maximâ manu innumerabiles Armeniorum copias fudit: populi Romani laus est, urbem amicissimam Cizycenorum eiusdem consilio, ex omni impetu regio, ac totius belli ore ac faucibus ereptam esse, atque servatam: nostra semper feretur, & prædicabitur, L. Lucullo dimicante, cum interfectis ducibus depressa hostium classis, & incredibilis apud Tenedum pugna illa navalis: nostra sunt tropæa; nostra monumenta, nostri triumphi. Quare, quorum ingeniis hæc feruntur, ab his populi Romani fama celebratur. Carus fuit Africano superiori noster Ennius. Itaque etiam in sepulcro Scipionis putatur is esse constitutus è marmore. At iis laudibus certe non solum ipsi, qui laudantur, sed stiam populi Romani nomen ornatur. In cælum huius proavus Cato tollitur: magnus ho-

Aversus à Musis. Tan contrario de la poesía.

Præconium patiatur. Que no lleve á bien se ponga en verso el eterno elogio de sus trabajos.

Quod acroama. Qué música ó cancion.

Sua virtus. Sus hazañas.

L. Plotium. A quien pone Suetonio entre los Retóricos.

Totum ab hoc. Escribió en verso toda la guerra Mithridática.

Lucullo imperante. Teniendo el mando de las tropas Lúculo. *Véase* el Indice.

Opibus. Con las tropas de Mitridates.

Armeniorum... Cizycenorum. *Véase* la Oracion pro Lege Manilia.

Ore ac faucibus. De la mayor fuerza, y ardor de la guerra. Metáfora.

Semper feretur. Siempre se predicará por nuestra, &c.

Ab his populi. Aquellos por cuyos ingenios se divulgan estos hechos, celebran la fama del pueblo, &c.

Is esse. Que la Estatua de Enio está, &c.

Huius proavus. Caton el mayor, visabuelo del menor, que se hallaba presente á este discurso.

honos populi Romani rebus adiungitur Omnes denique illi Maximi, Marcelli, Fulvii, non sine communi omnium nostrum laude decorantur.

X. Ergo illum qui hæc fecerat, Rudium hominem maiores nostri in civitatem recepérunt: nos hunc Heracliensem multis civitatibus expetitum, in hac autem legibus constitutum, de nostra civitate ejiciemus? Nam si quis minorem gloriæ fructum putat ex Græcis versibus percipi quam ex Latinis, vehementer errat: propterea quod Græca leguntur in omnibus fere gentibus: Latina suis finibus, exiguis sane, continentur. Quare si res hæ quas gessimus urbis terræ regionibus definiuntur: cupere debemus, quo manuum nostrarum tela pervenerint, eodem gloriam famamque penetrare: quod cum ipsis populis de quorum rebus scribitur, hæc ampla sunt; tuum iis certe qui de vita, gloriæ causâ, dimicant, hoc maximum & periculorum incitamentum est, & laborum.

Quam multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur? Atque is tamen cum in Sigæo ad Achilis tumulum astitisset, *O fortunate*, inquit, *adolescens, qui tuæ, virtutis Homerum præconem inveneris*! Et vere. Nam nisi Ilias illa exstitisset; idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruiset. Quid? noster hic Magnus, qui cum virtute fortunam adæquavit, nonne Theophanem Mitylenæum, scriptorem rerum suarum, in concione militum civitate donavit? Et nostri illi fortes viri, sed rustici, ac mi-

Maximi, Marcelli, Fulvii. Todos estos florecieron en la segunda guerra Púnica, que describió Enio en verso.

X.

Rudium hominum. Natural de Rudia, hoy Rula, ciudad de la Pulia.

In hac. Hecho Ciudadano de Roma por las leyes.

Exiguis sane. Cortos en comparacion con los de Grecia, porque en España, Francia, Africa é Italia, ya se entendia, y hablaba Latin.

Definiuntur. Se han de publicar por todo el mundo.

Quo manuum. Que á donde llegaron nuestras armas, &c.

Quod cum. Y como no solo son honrosas estas cosas á los mismos pueblos, &c.

Gloriæ causa. Por adquirir gloria.

Quam multos. Solia llevar consigo este Rey en sus expediciones á Calistenes, Aristobulo, Clitarco, y Kerilo, malicioso poeta.

Ad Achillis. Al sepulcro de Achiles, cuyos hechos escribió el famoso Homero baxo el nombre de Iliada.

Hic Magnus. Este era Pompeyo que estaba presente.

Civitati donavit. Lo hizo Ciudadano.

Sed rustici. Porque no eran los Romanos muy amigos de músicas, y romances.

militès, dulcedine quadam gloriæ commoti, quasi participes eiusdem laudis, magno illud clamore approbaverunt?

Itaque, credo, si civis Romanus Archias legibus non esset, ut ab aliquo imperatore civitate donaretur, perficere non potuit. Sylla, cum Hispanos & Gallos donaret, credo, hunc petentem repudiasset: quem nos in concione vidimus, cum ei libellum malus poeta de populo subiecisset, quod epigramma in eum fecissent tantummodo alternis versibus longiusculis, statim ex his rebus, quas tunc vendebat, iubere ei præmium tribui sub ea conditione, *ne quid postea scriberet.* Qui sedulitatem mali poetæ duxerit aliquo tamen præmio dignam, huius ingenium & virtutem in scribendo, & copiam non expetisset? Quid? à Q. Metello Pio, familiarissimo suo, qui civitate multos donavit; neque per se, neque per Lucullos impetravisset? qui præsertim usque eo de suis rebus scribi cuperet, ut etiam Cordubæ natis poetis, pingue quiddam sonantibus atque peregrinum, tamen aures suas dederet.

XI. Neque enim est hoc dissimulandum, quod obscurari non potest, sed præ nobis ferendum: trahimur omnes laudis studio; & optimus quisque maxime gloriâ ducitur. Ipsi illi philosophi, etiam illis libellis, quos de contemnenda gloria inscribunt, in eo ipso, in quo prædicationem nobilitatemque despiciunt, prædicari de se, ac nominari volunt. Decimus quidem Brutus summus ille vir & imperator, Accii, amicissimi sui, carminibus templorum, ac monumentorum aditus exornavit suorum. Iam vero ille, qui cum Ætolis, Ennio co-

Non potuit. Esto es, lo hubiera podido alcanzar facilmente: habla irónicamente.
Donaret. sup. *civitate.*
Malus poeta. Un mal poeta popular.
Alternis. En hexámetros, y pentámetros.
Sedulitatem. La importunidad.
Non expetisset. No hubiera deseado.
Cordubæ natis. Roma estuvo antiguamente llena de Poetas, y Maestros de Retórica Españoles.
Pingue quiddam. Habla de la pronunciacion, y acento no tan dulce como el Romano.
Suas dederet. Les dió oidos.

XI.

Sed præ nobis. Sino que lo debemos tener presente.
Prædicationem. La alabanza.
Brutus. Consul que fue con Scipion año 616. de la fundacion de Roma, y viniendo á España, derrotó sesenta mil hombres en Galicia, de donde tomó el apellido *Gallaico.*
Accii. Que compuso muchas tragedias latinas.
Aditus. Las portadas.

comite, bellavit, Fulvius, non dubitabat Martis manubias Musis consecrare. Quare in qua urbe imperatores prope armati poetarum nomen & Musarum delubra coluerunt, in ea non debent togati Iudices à Musarum honore, & à poetarum salute abhorrere.

Atque ut id libentius faciatus, iam me vobis, Iudices, indicabo, & de meo quodam amore gloriæ, nimis acri fortasse, veruntamen honesto, vobis commemorabo. Nam, quas res nos in consulatu nostro vobiscum simul pro salute huius urbis atque imperii, & pro vita civium, proque universa republica gessimus, attigit hic versibus, atque inchoavit; quibus auditis, quod mihi magna res iucunda visa est, hunc ad perficiendum hortatus sum. Nullam enim virtus aliam mercedem laborum periculorumque desiderat, præter hanc laudis, & gloriæ: quâ quidem detractâ, Iudices, quid est, quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo, & tam brevi, tantis nos in laboribus exerceamus? An vero tam parvi animi videamur esse omnes, qui in republica, atque in his vitæ periculis laboribusque versamur, ut cum usque ad extremum spatium nullum tranquillum, atque otiosum spiritum duxerimus; nobiscum simul moritura omnia arbitremur? An cum statuas, & imagines, non animorum simulacra, sed corporum, studiose multi summi homines reliquerint; consiliorum relinquere, ac virtutum nostrarum effigiem nonne multo malle debemus, summis ingeniis expressam & politam? Ego vero omnia, quæ gerebam, iam tum in gerendo, spargere me ac disseminare arbitrabar in orbis terræ memoriam sempiternam. Hæc vero sive à meo sensu post mortem abfutura est, sive ut sapientissimi homines putaverunt, ad aliquam animi mei partem pertinebit: nunc quidem certe cogitatione quadam, speque delector.

Cer-

Martis manubias. Los despojos de la guerra.

Attigit hic. Lo empezó á escribir en verso.

Parvi animi. De ánimo tan vil.

Spiritum duxerimus. No hemos respirado con sosiego, ó tranquilidad.

Multo malle. Debemos querer mas dexar la imagen, &c. pintada, y pulimentada por los grandes ingenios.

Hæc vero. Ya pierda yo la memoria despues de muerto, ó quede en alguna parte de mi alma, &c.

Certe, si nihil animus præsentiret in posterum, & si quibus regionibus vitæ spatium circumscriptum est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas, nec tantis se laboribus frangeret, neque tot curis vigiliisque argeretur, neque toties de vita ipsa dimicaret. Nunc insidet quædam in optimo quoque virtus, quæ noctes & dies animum gloriæ stimulis concitat, atque admonet, non cum vitæ tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri; sed cum omni posteritate adæquandam.

Epilogo. XII. Quare conservate, Iudices, hominem pudore eo, quem amicorum videtis comprobari tum dignitate, tum etiam vetustate: ingenio autem tanto, quantum id convenit existimari, quod summorum hominum ingeniis expetitum esse videatis: causa vero eiusmodi, quæ beneficio legis, auctoritate municipii, testimonio Luculli, tabulis Metelli comprobetur. Quæ cum ita sint, petimus à vobis, Iudices, si qua non modo humana, verum etiam divina in tantis negotiis commendatio debet esse, ut eum, qui vos, qui vestros imperatores, qui populi Romani res gestas semper ornavit: qui etiam his recentibus nostris, vestrisque domesticis periculis æternum se testimonium laudum daturum esse profitetur: quique est ex eo hominum numero, qui semper apud omnes sancti sunt habiti, atque dicti: sic in vestram accipiatis fidem, ut humanitate vestra levatus potius, quam acerbitate violatus esse videatur. Quæ de causa pro mea consuetudine breviter, simpliciterque dixi, Iudices, ea confido probata esse omnibus: quæ non fori, neque iudiciali consuetudine, & de hominis ingenio, & communiter de ipsius studio locutus

Et si quibus. Esta es la construccion: *Si animus terminaret cogitationes suas eisdem regionibus quibus, &c.*

Adæquandam. Que ha de ser igual á la duracion del mundo.

XII.

Pudore eo. Con tal atencion, ó respeto cual veis, &c.

Vetustate. Antigüedad.

Quantum id. Cuanto se puede juzgar del que veis ser deseado, &c.

Municipii. De Heraclea.

Si qua. Debe ser grato á los hombres el que canta sus alabanzas: y á Dios el que participa de su espíritu: estas dos cosas cuadran á nuestro poeta.

Hominum. Esta palabra se suprime en la edicion de Olivet: y puede ser una elegancia latina.

Habiti atque. Que todos tuvieron y reputaron por santos.

Quæ de causa. Lo que hablo sobre las matrículas de Archias.

tus sum, ea, Iudices, vobis spero esse in bonam partem accepta; ab eo, qui iudicium exercet, certe scio.

ORATIO

PRO QUINTO LIGARIO.

ARGUMENTO.

Habiéndose originado la guerra civil entre César, y Pompeyo, habian enviado á Africa á P. Acio Varo para suceder en el gobierno á Quinto Ligario, que gobernaba aquella Provincia como Lugar Teniente. Pero habiéndose Ligario detenido algo en Africa, despues de la llegada de Acio, no quiso dejar entrar en Africa á Quinto Tuberon, que junto con su padre iba á ganar aquella Provincia para el partido de Pompeyo. Por esta causa, concluida la guerra, le acusó ante el César Quinto Tuberon; y Tulio le defendió con esta elegante Oracion, que casi toda es una deprecacion y una de las Oraciones mas delicadas, y hermosas de cuantas escribió Ciceron; tanto, que dicen que el César estuvo tan absorto de oirle, que dejó caer de las manos los papeles de la sentencia firmada contra Ligario.

¶ La Oracion tiene cinco partes: Exôrdio, Narracion, Proposicion, Confirmacion y Epílogo.

EXORDIO.

1. Novum crimen, C. Cæsar, & ante hunc diem inauditum propinquus meus ad te Q. Tubero detulit; Q. Ligarium in Africa fuisse: idque C. Pansa, præstanti vir

Ab eo qui. El que preside á este juicio, el Pretor, amigo sin duda del Orador, y del Poeta.

1.

Novum crimen. Ironía. Porque si fuese crimen, Tuberon, y su padre habian cometido el mismo.

Propinquus. Tuberon era pariente de Ciceron.

vir ingenio, fretus forsasse ea familiaritate, quæ est ei tecum, ausus est confiteri. Itaque quo me vertam nescio. Paratus enim veneram, cum tu id neque per te scires, neque audire aliande petuisses, ut ignoratione tua ad hominis miseri salutem abuterer: sed quoniam diligentia inimici investigatum est, quod latebat, confitendum est, ut opinor: præsertim cum meus necessarius C. Pansa fecerit, ut id iam integrum non esset: omissâque controversiâ, omnis oratio ad misericordiam tuam conferenda est, quâ plurimi sunt conservati cum à te non liberationem culpæ, sed errati veniam impetravissent.

Habes igitur, Tubero, quod est accusatori maxime optandum, confitentem reum: sed tamen ita confitentem, se in ea parte fuisse, quâ te, Tubero, quâ virum omni laude dignum, patrem tuum. Itaque prius de vestro delicto confiteamini necesse est, quam Ligarii ullam culpam reprehendatis.

Narracion. II. Q. igitur Ligarius, cum esset adhuc nulla belli suspicio, legatus in Africam cum C. Considio profectus est: qua in legatione & civibus & sociis ita se probavit, ut decedens Considius provinciâ satisfacere hominibus non posset, si quemquam alium provinciæ præfecisset. Itaque Q. Ligarius cum diu recusans nihil profecisset, provinciam accepit invitus, cui sic præfuit in pace, ut & civibus, & sociis gratissima esset eius integritas, & fides. Bellum subito exarsit: quod, qui erant in Africa, ante audierunt geri, quam parari. Quo audito, partim cupiditate in-

con-

C. Pansa. Este fue Consul dos años despues.

Itaque quo. Dubitatio. Irónica.

Abuterer. Lo mismo que *uterer.*

Ut id iam. Que ya no sea posible negar el delito.

Omissâque controversia. sup. *Fuerit ne in Africa Ligarius, an non fuerit.*

Liberationem. El librarlos de la culpa no podia ser, porque ya habian pecado en ser partidarios de Pompeyo.

Habes igitur. Apostrophe.

In ea parte. En aquel partido; es á saber el de Pompeyo.

II.

Legatus. Por teniente de Considio nombrado Gobernador de Africa.

Et civibus. Polysindoton.

Ita se probavit. Se portó tan bien.

Provinciæ præfecisset. Si dexaba en el gobierno á otro.

Diu recusans. Rehusan mucho el quedar con el gobierno de Africa.

Bellum. sup. *Inter Cæsarem & Pompeium.* Metaphora.

Cupiditate. Como si dixera: *Studio partium Pompeianarum.*

considerata, partim cæco quodam timore, primo salutis, post etiam studii sui quærebant aliquem ducem; cum Ligarius domum spectans, & ad suos redire cupiens, nullo se implicari negotio passus est. Interim P. Attius Varus, qui prætor Africam obtinuerat, Uticam venit. Ad eum statim concursum est. Atque ille non mediocri cupiditate arripuit imperium; si illud imperium esse potuit, quod ad privatum clamore multitudinis imperitæ, nullo publico consilio, deferebatur. Itaque Ligarius, qui omne tale negotium cupere effugere, paulum adventu. Vari conquievit.

Adhuc, C. Cæsar, Q. Ligarius omni culpa vacat. Domo est egressus non modo nullum ad bellum, sed ne ad minimam quidem suspicionem belli: legatus in pace profectus, in provincia pacatissima ita se gessit, ut ei pacem esse expediret. Profectio certe animum turum non debet offendere. Num igitur remansio? multo minus. Nam profectio voluntatem habuit non turpem, remansio etiam necessitatem honestam. Ergo hæc duo tempora carent crimine, unum, cum est legatus profectus: alterum, cum efflagitatus à provincia, præpositus Africæ est.

Proposicion. Tertium est tempus, quo post adventum Vari in Africa restitit. Quod si est criminosum, necessitatis crimen est, non voluntatis. An ille, si potuisset illinc ullo modo evadere, Uticæ potius quam Romæ: cum P. Attio, quam cum concordissimis fratribus; cum alienis esse, quam cum suis maluisset? Cum

Cæco quodam. Temor vano, y sin fundamento, terror pánico.
Studii sui. De su parcialidad, ó faccion.
Domum spectans. Pensando solo en volver á su casa á Roma.
Imperium. El mando del exercito, el baston de General.
Si illud imperium. Correctio Oratoria.
Nullo publico. Sin ningun acuerdo, ó decreto del Senado.
Conquievit. Se detuvo un poco con la llegada de Varo.
In pace. Conjugata.
Ut ei pacem. A Ligario le tenia mucha cuenta la paz, para mantener su autoridad en el gobierno político.
Num igitur. Interrogatio, & subiectio.
Nam profectio. Similiter cadens, & Anthitesis.
Restitit. Lo mismo que *substitit, vel remansit.*
Quod si, &c. En esta sola cláusula propiamente está incluida la proposicion.
An ille, &c. Interrogatio á repugnantibus.

Cum ipsa legatio plena desiderii ac sollicitudinis fuisset, propter incredibilem quemdam fratrum amorem: hic æquo animo esse potuit, belli discidio distractus à fratribus?

Confirmacion. III. Nullum igitur habes, Cesar, adhuc in Q. Ligario signum alienæ à te voluntatis. Cuius ego causam animadverte, quæso, quâ fide defendam, cum prodo meam. O clementiam admirabilem, atque omni laude, prædicatione, litteris, monumentisque decorandam! M. Cicero apud te defendit, alium in ea voluntate non fuisse: in qua se ipsum confitetur fuisse: nec tuas tacitas cogitationes extimescit: nec quid tibi de alio audienti, de se ipso occurrat, reformidat.

Vide, quam non reformidem: vide, quanta lux liberalitatis, & sapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur. Quantum potero, voce contendam, ut hoc populus Romanus exaudiat. Suscepto bello, Cæsar, gesto etiam ex magna parte, nulla vi coactus, iudicio ac voluntate ad ea arma profectus sum, quæ erant sumta contra te. Apud quem igitur hoc dico? nempe apud eum, qui cum hoc sciret, tamen me, antequam vidi, Reipublicæ reddidit: quî ad me ex Egypto litteras misit, ut essem idem, qui fuissem: qui cum ipse imperator in toto imperio populi Romani unus esset, esse me alterum passus est: à quo, hoc ipso C. Pansa mihi nuncium perferente, concessos fasces tenui, quoad tenendos putavi: qui mihi tum denique se salutem putavit dare, si eam nullis spoliatam ornamentis dedisset. Vi-

Plena desiderii. Muy sensible por la ausencia de sus hermanos. Argumento de menor á mayor.

III.

O clementiam. Exclamacion llena de afectuoso agradecimiento.

Decorandam. Digna de honrarse con todo género de alabanza, &c.

Quid tibi. Porque al oir César lo que se decia de Ligario, y otros que fueron del partido de Pompeyo, le habia de ocurrir que tambien lo era el orador.

Quanta lux. Con cuanta claridad conózco la generosidad de tu corazon. Metáphora, & Metonimia.

Suscepto bello. Pondera Tulio la clemencia del César, refiriendo todas las circunstancias agravantes de su ofensa.

Reipublicæ reddidit. Porque el Cesar le perdonó, y mandó volver á Roma.

Me alterum. Ciceron fue Proconsul de Cilicia, y General del exército que tenia allí la República, los cuales honores mantuvo cuatro años, despues de haber dejado el gobierno de dicha Provincia.

Concessos fasces. Los Maceros que por razon de su gobierno se le habian concedido. Y los conservó hasta el mes de Octubre, que siendo César Dictador segunda vez, parece dejó el generalato.

Vide, quæso, Tubero, ut qui de meo, facto non dubitem dicere, de Ligarii non audeam confiteri. Atque hæc propter ea de me dixi, ut mihi Tubero, cum de se eadem dicerem, ignosceret. Cuius ego industriæ gloriæque faveo, vel propter propinquam cognationem, vel quod eius ingenio, studiisque delector, vel quod laudem adolescentis propinqui existimo etiam ad meum aliquem fructum redundare. Sed hoc quæro, quis putet esse crimen, fuisse in Africa Ligarium? nempe is, qui & ipse in eadem Africa esse voluit, & prohibitum se à Ligario queritur, & certe contra ipsum Cæsarem est congressus armatus. Quid enim, Tubero, destrictus ille tuus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Nimis urgeo: commoveri videtur adolescens: ad me revertar. Iisdem in armis fui.

IV. Quid autem aliud egimus, Tubero, nisi, ut quod hic potest, nos possemus? Quorum igitur impunitas, Cæsar, tuæ clementiæ laus est, eorum ipsorum ad crudelitatem te aquet oratio? Atque in hac causa nonnihil equidem, Tubero, etiam tuam, sed multo magis patris tui prudentiam desidero; quod homo, cum ingenio, tum etiam doctrina excellens, genus hoc cau-

sæ

Vide quæso ut. Pónese aquí *ut* por *quam*: esto es, *Vide quam non dubitem de Ligarii facto confiteri, qui de meo facto non dubitem dicere.* Mira qué lejos estoy de confesar el hecho de Ligario, confesando el mio, que es mas reprehensible. Yo sin embargo alcancé el perdon del César: luego mas fácilmente lo alcanzará Ligario. Argumento de mayor á menor.

Ut mihi. Para que Tuberon me perdonase cuando diga lo mismo de él.

Et prohibitum. Ligario le prohibió entrar en Africa.

Quid enim. Diciones elegantes por metáphoras, metonymias, congeries de synonomos, y interrogaciones, no para preguntar, sino para instar.

Qui sensus. Qué fin tenian tus armas.

Nimis urgeo. Figura semejante á la *Reticencia.*

IV.

Quod id. Lo que puede el César, que ahora es árbitro soberano de los negocios de la república.

Quorum igitur. Quiere decir; en qué ley cabe, que los mismos que por tu clemencia gozan de la libertad, y la vida, pretendan hacerte cruel para con otros, que no son tan dignos de castigo? *Epiphrema ex repugnantibus.*

Prudentiam desidero. Echo menos tu prudencia.

sæ quod esset, non viderit. Nam si vidisset, quovis profecto, quam isto modo, à te agi maluisset. Arguis fatentem. Non est satis. Accusas eum, qui causam habet, aut, ut ego dico, meliorem, quam tu: aut ut tu vis, parem.

Hæc non modo mirabilia sunt, sed prodigii simile est quod dicam. Non habet eam vim ista accusatio, ut Q. Ligarius condemnetur: sed ut necetur. Hoc egit civis Romanus ante te nemo. Externi isti sunt mores. Usque ad sanguinem incitari solet odium, aut levium Græcorum, aut immanium barbarorum. Nam quid aliud agis? ut Romæ ne sit? ut domo careat? ne cum optimis fratribus, ne cum hoc T. Broccho avunculo suo, ne cum eius filio, consobrino suo, ne nobiscum vivat? ne sit in patria? Num est? num potest magis carere iis, omnibus, quam caret? Italia prohibetur, exsulat. Non tu, ergo hunc patria privare, quâ caret, sed vitâ, vis. At istud ne apud eum quidem dictatorem, qui omnes, quos oderat, morte multabat, quisquam egit isto modo. Ipse iubebat occidi, nullo postulante; præmiis etiam invitabat. Quæ tamen crudelitas ab hoc eodem aliquot annis post, quem tu nunc crudelem esse vis, vindicata est.

V. Ego vero istud non postulo, inquies. Ita mehercle existimo, Tubero. Novi enim te, novi patrem, novi domum, nomenque vestrum: studia denique generis ac familiæ vestræ, virtutis, humanitatis, doctrinæ, plurimarum artium atque optimarum; nota sunt mihi omnia. Itaque certo scio, vos non petere sanguinem, sed parum attenden-

Quovis profecto. De otro cualquier modo, ó pretexto, pero no con este en que eres tambien reo.

Arguis fatentem. Le acusas que está confeso.

Non habet. Esta acusacion no se encamina á la condenacion de Q. Ligario, sino á que se le quite la vida.

Aut leviam. Similiter desineos, y comparacion.

Ut Romæ. Synonimia, enumeracion de partes, interrogaciones oratorias.

Avunculo suo. Tio materno.

Num est. ¿Está acaso en Roma?

Dictatorem. Lucio Sila. Argumento de mayor á menor.

Ab hoc. César siendo Consul hizo un decreto severísimo contra los asesinos. *Vindicata.*

V.

Ita mehercle. Prolepsis, & concessio ex adiunctis personarum.

Sed parum: sino que no reflexionais lo que haceis.

tenditis. Res enim eo spectat, ut eâ pœnâ, in quâ adhuc Q. Ligarius sit, non videamini esse contenti. Quæ est igitur alia, præter mortem? Si enim in exsilio est, sicuti est, quid aliud postulatis? An, ne ignoscatur? Hoc vero, multo acerbius, multoque est durius. Quod nos domi petimus; precibus & lacrymis prostrati ad pedes, non tam causæ nostræ fidentes, quam huius humanitati: id ne impetremus, pugnabis? & in nostrum fletum irrumpes? & nos iacentes ad pedes supplicum voce prohibebis?

Si, cum hoc domi faceremus, quod & fecimus, & ut spero, non frustra fecimus, tu derepente irrupisses, & clamare cœpisses; C. Cæsar, cave ignoscas, cave te fratrum, pro fratris salute obsecrantium, misereatur: nonne omnem humanitatem exuisses? Quanto hoc durius, quod nos domi petimus, id à te in foro oppugnari? Et in tali miseria multorum, perfugium misericordiæ tollere?

Dicam plane, C. Cæsar, quod sentio. Si in hac tanta tua fortuna lenitas tanta non esset, quantam tu per te, per te, inquam, obtines, (intelligo quid loquar) acerbissimo luctu redundaret ista victoria. Quam multi enim essent de victoribus, qui te crudelem esse vellent, cum etiam de victis reperiantur? quam multi, qui cum à te nemini ignosci vellent, impedirent clementiam tuam, cum etiam ii, quibus ipse ignovisti, nolint te in alios esse misericordem?

Quod si probare Cæsari possemus, in Africa Ligarium

Res enim. Vuestra accion á esotra, quien no se contenta con la pena de destierro de su enemigo, sin duda pretende que se le dé la de muerte: vosotros no os contentais con ver desterrado á Ligario: luego, &c.

Hoc vero. Seria crueldad en Tuberon el embarazar nuestras súplicas por Ligario en la casa del Cesar; ¿pues cuánto mayor es hacerlo en presencia de todo el Pueblo? *Argumentum à minore.*

Irrumpes. Y querrás embarazar, ó reprehender nuestro llanto.

Tu derepente. Hypotyposis, & Prosopopœia.

Cave te. Guárdate de tener compasion de los hermanos que ruegan, &c. El verbo. *Misereatur* tiene aqui la construccion de *misereat misereberet.*

Miseria multorum. Coniugata.

Dicam plane, Licencia.

Intelligo quid. Zahiere á muchos amigos del Cesar, que le instaban al rigor, y á la venganza contra sus enemigos. *Emphasis, & Reticentia.*

Ista victoria. El haber vencido el partido de Pompeyo.

De victis. Porque Tuberon, del partido de Pompeyo, fue vencido, y perdonado por César.

rium omnino non fuisse: si honesto & misericordi mendacio saluti civi calamitoso esse vellemus: tamen hominis non esset, in tanto discrimine & periculo civis refellere & coarguere nostrum mendacium; &, si esset alicuius, eius certe non esset, qui in eadem causa & fortuna fuisset. Sed tamen aliud est errare Cæsarem nolle, aliud nolle misereri. Tu diceres: cave, Cæsar, credas: fuit in Africa Ligarius: tulit arma contra te. Nunc quid dicis? cave ignoscas. Hæcne hominis ad hominem vox est? quâ qui apud te, C. Cæsar, utetur, suam citius abiiciet humanitatem, quam extorquebit tuam.

VI. Ac primus aditus, & postulatio Tuberonis, hæc, ut opinor, fuit, velle se de Q. Ligarii scelere dicere. Non dubito, quin admiratus sis, vel quod de nullo alio quisquam, vel quod, is qui in eadem causa fuisset, vel quid novi facinoris afferret. Scelus tu illud vocas, Tubero? cur? isto enim nomine illa adhuc causa caruit. Alii errorem appellant: alii timorem: qui durius, spem, cupiditatem, odium, pertinaciam: qui gravissime, temeritatem: scelus, præter te, adhuc nemo. Ac mihi quidem, si proprium & verum nomen nostri mali quæratur, fatalis quædam calamitas incidisse videtur, & improvidas hominum mentes occupavisse: ut nemo mirari debeat, humana consilia divinâ necessitate esse superata.

Liceat esse miseros, quanquam hoc victore esse non possumus Sed non loquor de nobis: de illis loquor, qui occiderunt. Fuerint cupidi, fuerint irati, fuerint pertinaces: sceleris vero crimine, furoris, parricidii, liceat Cn.

Refellere. El rebatir nuestra mentira compasiva.

Si esset. Y si alguno debia rebatirla, no habia de ser Pompeyano, y vencido y perdonado.

Aliud est. Es distinto el no querer que el César yerre, ó no querer que perdone.

Hæcne hominis. Traductio.

VI.

Ac primus. El exordio de la acusacion.

De nullo. sup. *Dixerit.*

Scelus tu. El haber sido partidario de Pompeyo, no era maldad: explica el hecho por la definicion.

Quid durius. Los que le definen menos mal, la llaman pasion ciega, ódio del César, obstinacion, los que peor, temeridad en hacer la guerra.

Fatalis quædam. Una calamidad enviada de Dios.

Necessitate. Dice *necessitate*, porque los decretos de los hados se tenian por irrevocables.

Liceat esse. Concesio, & Correctio.

Liceat Cn. No se atribuya á Pompeyo, y á otros que murieron, el que estuvieron manchados del delito, &c.

Cn. Pompeio mortuo, liceat multis aliis carere. Quando hoc quisquam ex te, Cæsar, audivit? aut tua quid aliud arma voluerunt, nisi à te contumeliam propulsare? quid egit tuus ille invictus exercitus, nisi ut suum ius tueretur, & dignitatem tuam? Quid? tu cum parem esse cupiebas, idne agebas, ut tibi cum sceleratis, an ut cum bonis civibus conveniret?

Mihi vero, Cæsar tua in me maxima merita tanta certe non viderentur, si me, ut sceleratum, à te conservatum putarem. Quomodo autem tu de republica bene meritus esse, si tot sceleratos incolumi dignitate esse voluisses? secessionem tu illam existimavisti, Cæsar, initio, non bellum: non hostile odium, sed civile dissidium, utrisque cupientibus rempublicam salvam, sed partim consiliis, partim studiis á communi utilitate aberrantibus. Principum dignitas erat pene par: non par fortasse eorum qui sequebantur: causa tum dubia, quod erat aliquid in utraque parte, quod probari posset: nunc melior certe ea iudicanda est, quam etiam dii adiuverunt. Cognitâ vero clementiâ tua, quis non eam victoriam probet, in qua occiderit nemo, nisi armatus?

VII. Sed, ut omittam communem causam, veniamus ad nostram: utrum tandem existimas facilius fuisse, Tubero, Ligario ex Africa exire, an vobis in Africam non venire? Poteramusne, inquies, sum senatus censuisset? Si me consulis, nullo modo. Sed tamen Ligarium senatus idem legaverat. Atque ille eo tempore paruit, cum

Quando hoc. El César fue tan circunspecto en hablar de Pompeyo, que dice el mismo Ciceron en una carta á Cecina: *Admiraci soleo gravitatem, & iustitiam, & sapientiam Cæsaris; numquam nisi honorificentissime Pompeium appellat.*

Tu cum. Argumentum à repugnantibus.

Conveniret. El que la paz te sirviese á ti de honor con los malvados, ó con los buenos Ciudadanos.

Incolumi; dignitate. Sin ninguna ignominia de tu dignidad; porque el que honra á los malos es peor que ellos.

Secessionem. Desunion, disension.

Utrisque. Cesar y Pompeyo.

Aberrantibus. No duda Ciceron en decirle al César, que tambien habia errado.

Principum. Los dos Gefes, César y Pompeyo.

Quam etiam. Ciceron da la razon á César porque los Dioses le hicieron ganar la batalla, y tiene el juicio de los Dioses por regla de la justicia: Lucano al contrario, *victrix causa Diis placuit, sed victa Catoni*, y da la razon á Caton.

VII.

Non venire. No ir al Africa.

cum parere senatui necesse erat: vos tum paruistis, cum páruit nemo, qui noluit. Reprehendo igitur? minime vero. Neque enim licuit aliter vestro generi, nomini, familiæ, disciplinæ. Sed hoc non concedo, ut, quibus rebus gloriemini in vobis, eásdem in aliis reprehendatis.

Tuberonis sors conjecta est ex senatusconsulto, cum ipse non adesset, morbo etiam impediretur: statuerat, se excusare. Hæc ego novi propter omnes necessitudines, quæ mihi sunt cum L. Tuberone. Domi una eruditi, militiæ contubernales, post affines, in omni denique vita familiares. Magnum etiam vinculum, quod iisdem studiis semper usi sumus. Scio igitur Tuberonem domi manere voluisse. Sed ita quidem agebat. Ita reipublicæ sanctissimum nomen opponebat, ut, etiam si aliter sentiret, verborum tamen ipsorum pondus sustinere non posset. Cessit auctoritati amplissimi viri, vel potius paruit. Una est profectus cum iis, quorum erat una causa. Tardius iter fecit. Itaque in Africam venit iam occupatam. Hinc in Ligarium crimen oritur, vel ira potius. Nam si crimen est ullum, prohibere illum voluisse, non minus magnum est, vos Africam, omnium provinciarum arcem, natam ad bellum contra hanc urbem gerendum, obtinere voluisse, quam aliquem se imperatorem esse maluisse. Atque is tamen aliquis, Ligarius non fuit. Varus se imperium habere dicebat: fasces certe habebat. Sed quoquo modo sese illud habet, hæc, querela

ve-

Atque ille. Disparidad.

Nemo, qui. Porque apenas tenia autoridad el Senado entre el ruido de las armas.

Reprehendo. Prolepsis.

Vestro generi. Disiunctio.

Quibus rebus, &c. Repugnancia.

Tuberonis sors. Tocóle por suerte á Tuberon el gobierno de Africa.

Hæc ego. Prueba por los adjuntos.

Militiæ contubernales. Militamos en la misma condicion.

Affines. Lucio Tuberon estuvo casado con una hermana de Ciceron.

Amplissimi viri. Pompeyo.

Cum iis. Con los demas Gobernadores de las Provincias enviados por el Senado, que casi todo era de Pompeyo.

Prohibere illum voluisse. sup. *Vos Africa.* El que no quisiese daros la posesion del Gobierno de Africa. Si fue delito en Ligario mantenerse en Africa contra el partido del César, por ventura lo será menor en vosotros el haber pretendido usurpar su gobierno contra el mismo partido? *Paritas criminis in Tuberone ex hypothesi.*

Ad bellum. Alude á las guerras Púnicas.

Fasces certe. A lo menos tenia las insignias.

Quoquo modo. Fuese Varo, ó fuese Ligario el que les negó la entrada en la Provincia. Dialogismo.

vestra, Tubero, quid valet? Recepti in provinciam non sumus. Quid si essetis? Cæsarine eam traditurí fuissetis, an contra Cæsarem retenturi?

VIII. Vide, quid licentiæ, Cæsar, nobis tua liberalitas det, vel potius audaciæ. Si responderit Tubero, Africam, quo senatus eum, sorsque miserat, tibi patrem suum traditurum fuisse: non dubitabo apud ipsum te, cuius id eum facere interfuit, gravissimis verbis eius consilium reprehendere. Non enim si tibi ea res grata fuisset, esset etiam probata. Sed iam hoc totum omitto, non tam ut ne offendam tuas patienssimas aures, quam ne Tubero, quod nunquam cogitaverat, facturus fuisse videatur. Veniebatis igitur in Africam provinciam, unam ex omnibus huic victoriæ maxime infestam: in qua erat rex potentissimus, inimicus huic causæ, aliena voluntas, conventus firmi, atque magni. Quæro, quid facturi fuissetis? quanquam, quid facturi fueritis, non dubitem, cum videam, quid feceritis. Prohibiti estis in provincia vestra pedem ponere, & prohibiti, ut perhibetis, summa cum iniuria.

Quomodo id tulistis? acceptæ iniuriæ querelam ad quem detulistis? nempe ad eum, cuius auctoritatem secuti, in societatem belli veneratis. Quod si Cæsaris causâ in provinciam veniebatis: ad eum profecto exclusi Provinciâ venissetis. Venistis ad Pompeium. Quæ est ergo apud Cæsarem querela, cum eum accusatis, à quo queramini vos prohibitos contra Cæsarem bellum gerere? Atque in hoc quidem vel cum mendatio, si vultis, gloriari per me licet, vos provinciam fuisse Cæsari tradituros, etiam si à Varo, & quibusdam aliis prohibiti essetis. Ego autem confitebor culpam esse Ligarii, qui vos tantæ laudis occasione privaverit.

Sed

VIII.

Cuius id. En tu presencia, ó César, á quien importaba que hiciese esto.

Eius consilium. De entregarte la Provincia que Pompeyo le habia confiado.

Res grata. Dado que fuese cosa útil para tus intereses.

Rex potentissimus. Juba, Rey de Numidia, grande amigo de Pompeyo.

Aliena voluntas. Los naturales enagenados. *Metonymia.*

Conventus. Las Comunidades.

Quanquam quid. Correctio, argumentum a confugatis, & consequentibus.

Ad eum. A Pompeyo.

Etiam si. Concesion irónica.

XI. Sed vide quæso, C. Cæsar, constantiam ornatissimi viri, L. Tuberonis: quam ego quamvis ipse probarem, ut probo, tamen non commemorarem, nisi à te cognovissem in primis eam virtutem solere laudari. Quæ fuit igitur unquam in ullo homine tanta constantia? Constantiam dico? nescio an melius patientiam possem dicere. Quotus enim istud quisque fecisset, ut à quibus partibus in dissensione civili non esset receptus, essetque etiam cum crudelitate reiectus, ad eas ipsas rediret? Magni cuiusdam animi, atque eius viri est, quem de suscepta causa, propositaque sententia, nulla contumelia, nulla vis, nullum periculum posset depellere.

Ut enim cetera paria Tuberoni cum Varo fuissent; honos, nobilitas, splendor, ingenium, quæ nequaquam fuerunt: hoc certe præcipuum Tuberonis fuit, quod iusto eum imperio ex senatusconsulto in provinciam suam venerat. Hinc prohibitus, non ad Cæsarem, ne iratus, non domum, ne iners, non aliquam in regionem, ne condemnare causam illam, quam secutus esset, videretur: in Macedoniam, in Cn. Pompeii castra venit, in eam ipsam causam à qua erat reiectus cum iniuria.

Quid? cum ista res nihil commovisset eius animum, ad quem veneratis: languidiore, credo, studio in causa fuistis. Tantummodo in præsidiis eratis: animi vero à causa abhorrebant. An, ut fit in civilibus bellis, nec in vobis magis, quam in reliquis, omnes

IX.

Constantiam dico? Correctio cum verbi repetitione.

Quotus enim. ¿Cuántos sino muy pocos hubieran hecho esto?

Cum crudelitate. Cesar lib. 1. de bel. civ. dice de Varo: *Tuberonem portu atque oppido prohibet, neque affectum valetudine filium exponere patitur.*

Ut enim cetera paria. Argumentum ab adiunctis personæ læsæ & lædentis. Admirable es el arte de Ciceron. Los Tuberones exageraban mucho la injuria que les habian hecho; pero nuestro Orador de la misma grandeza de la injuria infiere que sus quejas no deben mover al César, por quien nada sufrieron.

Non ad Cæsarem. Parece que Ciceron alaba la constancia de Tuberon; mas en realidad de verdad pretende en esto enagenarle de César. *Distributio causarum, repetitio, & adiunctio.*

In eam ipsam. A la faccion de Pompeyo.

Languidiore, credo. Ironía.

Tantummodo. Solo con el cuerpo os hallabais en el campo de Pompeyo.

mnes vincendi studio tenebamur? Pacis equidem semper auctor fui: sed tum sero. Erat enim amentis, cum aciem videres, de pace cogitare. Omnes, inquam, vincere volebamus: tu certe præcipue, qui in eum locum venisses, ubi tibi esset pereundum, nisi vicisses. Quanquam, ut nunc se res habet, non dubito, quin hanc salutem anteponas illi victoriæ.

X. Hæc ego non dicerem, Tubero, si aut vos constantiæ vestræ, aut Cæsarem beneficii sui pœniteret. Nunc quæro, utrum vestras iniurias, an reipublicæ persequamini. Si reipublicæ; quid de vestra in ea causa perseverantia respondebitis? si vestras; videte, ne erretis, qui Cæsarem vestris inimicis iratum fore putetis, cum ignoverit suis. Itaque num tibi videor, Cæsar, in causa Ligarii occupatus esse? num de eius facto dicere? Quidquid dixi, ad unam summam referri volo vel humanitatis, vel clementiæ, vel misericordiæ tuæ.

Causas, Cæsar, egi multas, & quidem tecum, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum, certe nunquam hoc modo, *Ignoscite, Iudices: erravit: lapsus est: non putavit: si unquam posthac.* Ad parentem sic agi solet. Ad iudices, *Non fecit, non cogitavit, falsi testes, fictum crimen.* Dic te, Cæsar, de facto Ligarii iudicem esse: quibus in præsidiis fuerit, quære. Taceo. Ne hæc quidem colligo, quæ fortasse valerent etiam apud iudicem. Legatus ante bellum profectus, relictus in pace, bel-

Pacis equidem. Esto lo decia Tuberon.

Tu certe præcipue. Tuberon se halló en la batalla de Farsalia contra el César: Cicerón con otros de los principales estuvo ausente, y retirado en *Dyrrácho*, como él lo cuenta *lib.* I. *de Divin.*

X.

Si aut vos. Complexio.

Utrum vestras. Si perseguis las injurias hechas á vosotros, ó las que se hicieron á la República. Dilemma.

Cum ignoverit. Si el César perdonó sus enemigos, ¿por qué no á los otros?

Itaque num. Concluye la confirmacion, y hace tránsito á la peroracion.

Egi multas. He defendido muchos pleitos.

Tecum. El César fue grande Orador; *Quintil. lib.* 10. *Cæsar, si tantum foro vacasset, non alius ex nostris contra Ciceronem nominaretur.*

Erravit: lapsus est. Synonimia. *Si unquam posthac.* sup. *Fecerit, ne ignoscite.* Si lo volviere á hacer, no le perdonels Es frase de Plauto en la comedia Casina. *Scena IV. v.* 22.

Ne hæc quidem. Præteritio.

bello oppressus, in eo non acerbus; tum etiam totus animo, & studio tuus.

Epilogo. XI. Ad iudicem sic agi solet. Sed ego ad patrem loquor: Erravi, temere feci, pœnitet: ad clementiam tuam confugio: delicti veniam peto: ut ignoscas oro. Si nemo impetravit, arroganter: si plurimi, tu idem fer opem, qui spem dedisti. An sperandi Ligario causa non sit, cum mihi apud te sit locus etiam pro altero deprecandi? Quanquam neque in hac oratione spes est posita causæ, nec in eorum studiis, qui à te pro Ligario petunt, tui necessarii.

Vidi enim, & cognovi, quid maxime exspectares, cum pro alicuius salute multi laborarent: causas apud te rogantium gratiosiores esse, quam vultus: neque spectare, quam tuus esset necessarius is, qui te oraret, sed quam illius, pro quo laboraret. Itaque tribuis tu quidem tuis ita multa, ut mihi beatiores illi esse videantur interdum, qui tua liberalitate fruuntur, quam tu ipse, qui illis tam multa concedis. Sed video tamen, apud te causas, ut dixi, rogantium valere plus, quam preces: ab iisque te moveri maxime, quorum iustissimum dolorem videas in petendo.

In Q. Ligario conservando multis tu quidem gratum facies necessariis tuis: sed hoc, quæso, considera, quod soles. Possum fortissimos viros, Sabinos, tibi probatissimos, totumque agrum Sabinum, fibrem Italiæ, ac robur reipublicæ, proponere. Nosti optime homines. Animadverte horum omnium mœstitiam, & dolorem. Huius T. Brocchi, de quo non dubito quid existimes, lacrymas, squaloremque ipsius, & filii vides.

Quid de fratribus dicam? Noli, Cæsar, putare de unius capite nos agere. Aut tres tibi Ligarii in civitate retinendi sunt, aut tres ex civitate exterminandi. Quod-

vis

XI.

Quanquam. Aunque no fundó la esperanza del perdon en mis súplicas, ó en las de tus favorecidos.
Correctio.
Causæ apud. Los motivos justos, y razonables tienen para contigo mas cabida que los ruegos.
Quam illius. sup. *Necessarius sit.* Qué obligaciones tiene á aquel, por quien se interesa.
Multis tu. Harás una cosa gustosa á muchos.
Possum. Amplificacion por adjuntos de personas.
De unius. De la vida de uno solo.

vis exilium his est optatius, quam patria, quam domus, quam dii penates, uno illo exsulante. Si fraterne, si pie, si cum dolore faciunt, moveant te horum lacrymæ, moveat pietas, moveat germanitas, valeat tua vox illa, quæ vicit. Te enim dicere audiebamus, Nos, omnes adversarios putare, nisi qui nobiscum essent: te, omnes, qui contra te non essent, tuos. Videsne igitur hunc splendorem, omnem hanc Brocchorum, domum, hunc L. Marcium, C. Cæsetium, L. Corfidium, hosce omnes equites Romanos, qui adsunt veste mutata, non solum notos tibi, verum etiam probatos viros, qui tecum fuerunt? Atqui his maxime irascebamur, & hos requirebamus, & his nonnulli etiam minabamur. Conserva igitur tuis suos: ut, quemadmodum cetera, quæ dicta sunt à te, sic hoc verissimum reperiatur.

XII. Quod si penitus perspicere posses concordiam Ligariorum: omnes fratres tecum iudicares fuisse. An potest quisquam dubitare, quin, si Q. Ligarius in Italia esse potuisset, in eadem sententia futurus fuerit, in qua fratres fuerunt? Quis est, qui horum consensu conspirantem, & pene conflatum, in hac prope æqualitate fraterna non noverit? quis hoc non sentiat, quidvis prius futurum fuisse, quam ut mihi fratres diversas sententias, fortunasque sequerentur? Voluntate igitur omnes tecum fuerunt: tempestate abreptus est unus: qui, si consilio id fecisset, esset eorum similis, quos tu tam salvos esse voluisses.

Sed ierit, ad bellum: discesserit non à te solum, verum etiam à fratribus. Hi te orant tui. Equidem cum tuis

Quam patria. Repeticion acomodada á mover los afectos.

Dii penates. Dioses caseros. *Véase* el Indice.

Quæ vicit. Que fué la que acabó de serenar los ánimos de los contrarios.

Veste mutata. Cubiertos de luto.

Qui tecum. Los hermanos de Q. Ligario, aunque no eran del partido de César, se estuvieron quietos en Roma, y esto bastaba para ser del César.

Tuis suos. Relata.

Sic hoc. Lo que dixo el César, que los que no eran contra él, eran de su partido.

XII.

An potest. Silogismo oratorio.

Conspirantem. Metaphora.

Quidvis prius. Que todo podria suceder, menos que tales hermanos, &c.

Tempestate abreptus. Uno solo fue arrojado á diversa parte por la tempestad de la guerra. *Alegoría.*

Sed ierit. Concessio.

tuis omnibus negotiis interessem, memoriâ teneo, qualis tum T. Ligarius quæstor urbanus, fuerit erga te & dignitatem tuam. Sed parum est me hoc meminisse: spero etiam te, qui oblivisci nihil soles, nisi iniurias, quoniam hoc est animi, quoniam etiam ingenii tui, te aliquid de huius illo quæstorio officio cogitantem, etiam de aliis quibusdam quæstoribus reminiscentem recordari. Hic igitur T. Ligarius, qui tum nihil egit aliud, (neque enim hæc divinabat) nisi ut tu eum tui studiosum, & bonum virum iudicares, nunc à te supplex fratris salutem petit: quam huius admonitus officio cum utrisque his dederis, tres fratres optimos & integerrimos, non solum sibi ipsos, neque his tot ac talibus viris, neque nobis necessariis suis, sed etiam reipublicæ condonaveris.

Fac igitur, quod de homine nobilissimo & clarissimo M. Marcello fecisti nuper in curia, nunc idem in foro de optimis, & huic omni frequentiæ probatissimis fratribus. Ut concessisti illum senatui, sic da hunc populo, cuius voluntatem carissimam semper habuisti: & si ille dies tibi gloriosissimus, populo Romano gratissimus fuit: noli, obsecro, dubitare, C. Cæsar, similem illi gloriæ laudem quam sæpissime quærere. Nihil est enim tam populare, quam bonitas: nulla de virtutibus tuis plurimis, nec admirabilior, nec gratior misericordiâ est. Homines enim ad deos nulla re propius accedunt, quam salutem hominibus dando. Nihil habet nec fortuna tua maius, quam ut possis; nec natura tua melius, quam ut velis conservare quam plurimos. Longiorem orationem causa forsitan postulat, tua certe natura breviorem. Quare, cum utilis esse arbitrer, te ipsum,

Quæstor urbanus. Este oficio equivale al de Tesorero, ó Ministro de Hacienda.

De aliis. Los que se opusieron á los intereses del César: esto insinúa, para que este aprecie mas el beneficio de T. Ligario.

Condonaveris. Sino que los habrás restituido tambien á la república.

Fac igitur. Exortacion por exemplo igual.

Ut concessisti. Como volviste á aquel al Senado, vuelve á este á Roma.

Tam populare. Tan agradable al Pueblo.

Homines. Comparacion.

Tua certe. Tu generosa condicion necesita pocos motivos para inclinarse á la clemencia. En efecto asi sucedió: porque el César concedió benignamente el perdon á Ligario; y Tuberon quedó tan corrido, que juzgándose por negado para la elocuencia, se hizo Legista.

psum, quam aut me, aut quemquam loqui tecum, finem iam faciam. Tantum te ipsum admoneo, si illi absenti salutem dederis, præsentibus his omnibus te daturum.

ORATIO

PRO REGE DEIOTARO.

ARGUMENTO.

Deyotaro, Rey de la Galogrecia, en la guerra civil habia seguido el partido de Pompeyo: vencido este, dexó las armas, y en todo procuró servir á César. Por lo que hecho ya su amigo el César, y habiendo ido por aquellos Paises, Deyotaro le llamó, y le hizo un hospedage magnifico. Pero un nieto de Deyotaro llamado Castor, acusó ante el César á su abuelo de que le armaba traicion, habiéndole querido matar cuando se hallaba hospedado en su casa: dióse la defensa de Deyotaro á Cicéron, que dixo esta Oracion privadamente en casa del mismo César.

¶ La Oracion tiene cinco partes: Exôrdio, Narracion, Proposicion, Confirmacion y Epílogo.

EXORDIO.

1. Cum in omnibus causis gravioribus, C. Cæsar, initio dicendi commoveri soleàm vehementius, quam videtur vel usus, vel ætàs mea postulare: tum in hac causa ita me multa perturbant, ut, quantum mea fides studii mihi afferat ad salutem regis Deiotari defendendam, tantum facultàtis timor detrahat. Primum dico pro capite, fortunisque regis: quod ipsum etsi non in-

I.

Cum in. Periodo quadrimembre.
Mea fides. Mi sincera voluntad.

Primum dico. En primer lugar debo hablar en defensa del honor, y bienes de un Rey.

iniquum est, in tuo dumtaxat periculo; tamen est ita inusitatum, regem capitis reum esse, ut ante hoc tempus non sit auditum. Deinde eum regem, quem ornare antea cuncto cum senatu solebam, pro perpetuis eius in nostram rempublicam meritis, nunc contra atrocissimum crimen cogor defendere. Accedit, ut aecusatorum alterius crudelitate, alterius indignitate, conturber. Crudelis Castor est, ne dicam sceleratum, & impium, qui nepos avum in discrimen capitis adduxerit, adolescentiæque suæ terrorem intulerit ei, cuius senectutem tueri, & tegere debebat: commendationemque ineuntis ætatis ab impietate & scelere duxerit: avi servum corruptum præmiis ad accusandum dominum impulerit & à legatorum pedibus abduxerit. Fugitivi autem dominum accusantis, & dominum absentem, & dominum amicissimum nostræ reipublicæ, cum os videbam, cum verba audiebam, non tam afflictam regiam conditionem dolebam, quam de fortunis communibus extimescebam. Nam cum more maiorum de servo in dominum, ne tormentis quidem, quæri liceat: in qua quæstione dolor veram vocem elicere possit, etiam ab invito: exortus est servus, qui, quem in eculeo appellare non posset, cum acusset solutus.

Par-

In tuo dumtaxat. La vida del César era tan preciosa, que aun los Reyes que intentasen algo contra ella debian ser llamados á juicio. Entonces tenia este Príncipe autoridad soberana en todo el Imperio Romano, con nombre de Dictador perpetuo.

Capitis reum. Esta expresion no siempre significa reo de muerte. El Jurisconsulto Paulo, hablando de *capite minutis* dice: *Capitis deminutionis tria genera sunt, maxima, media, minima. Tria enim sunt, quæ habemus, libertatem, civitatem, familiam. Igitur cum omnia hæc amittimus..... maximam esse capitis deminutionem: cum vero amittimus civitatem, libertatem retinemus, mediam esse capitis deminutionem: cum & libertas, & civitas retinetur, familia tantum mutatur, minimam tantum capitis deminutionem esse constat.* Si Deyotaro era convencido del delito, podia ser privado del reyno, ó desterrado, ó confiscada su hacienda, ó reducido á la condicion de siervo, sin que por eso perdiese su vida.

Indignitate. Porque Phidipo era esclavo.

Nepos avum. Relata, & antithesis.

Et à legatorum. Habia de Phidipo, que por órden del Rey Deyotaro venia sirviendo á sus Embajadores: al mismo le llama fugitivo, porque acusando á su Señor pretendia eximirse de su dominio.

De fortunis. Porque todos pueden temer no hagan otro tanto con ellos sus esclavos.

Quæri liceat. No se podia hacer averiguacion de los esclavos contra los dueños por medio de los tormentos.

II. Perturbat me, C. Cæsar, etiam illud interdum: quod tamen, cum te penitus recognovi, timere desino. Re enim iniquum est, sed tuâ sapientiâ fit æquissimum. Nam dicere apud eum de facinore, contra cuius vitam consilium facinoris inisse arguare, si per se ipsum consideres, grave est. Nemo enim fere est, qui sui periculi iudex, non sibi se æquiorem, quam reo præbeat. Sed tua, C. Cæsar, præstans, singularisque natura hunc mihi metum minuit. Non enim tam timeo, quid tu de rege Deiotaro, quam intelligo, quid de te, ceteros velis iudicare.

Moveor etiam loci ipsius insolentiâ, quod tantam causam, quanta nulla unquam in disceptatione versata est, dico intra domesticos parietes, dico extra conventum & eam frequentiam, in qua oratorum studia niti solent: in tuis oculis, in tuo ore, vultuque acquiesco: te unum intueor; ad te unum omnis mea spectat oratio: quæ mihi ad spem obtinendæ veritatis gravissima sunt, ad motum animi, & ad omnem impetum dicendi contentionemque leviora.

Hanc enim, C. Cæsar, causam si in foro dicerem, eodem audiente & disceptante te, quantam mihi alacritatem populi Romani concursus afferret? Quis enim civis ei regi non faveret, cuius omnem ætatem in populi Romani bellis consumtam esse meminisset? Spectarem curiam, intuerer forum, cælum denique testarer ipsum. Sic, cum & deorum immortalium, & populi Romani, & senatus beneficia in Regem Deiotarum recordarer, nullo modo mihi deesse posset oratio. Quæ quoniam an-

II.

Re enim. En realidad es cosa inicua.

Inisse arguare. Contra cuya vida se le acusa á uno de la determinacion de la tal maldad, &c. Habla impersonalmente, y se advierte que es modo elegante.

Quid tu. sup. *iudices.*

Insolentia. El no estar acostumbrado: porque hablaba en el palacio del César.

Studia niti. En que suelen estrivar los conatos del Orador.

Obstinendæ veritatis. De sacar triunfante la verdad.

Leviora. Porque en faltando auditorio cualquiera desmaya.

Disceptante te. Siendo tú el Juez. El mismo Ciceron lib. de partit. Orat. dice: *Aut auscultator est, qui audit: aut disceptator, id est, rei sentiaque moderator.*

Spectarem curiam. Obsérvese la armonia con que corresponden las partes de este periodo á las del siguiente: *Curiam senatus: forum populi Romani: cælum deorum immortalium.*

angustiora parietes faciunt, actioque causæ maxime debilitatur loco; tuum est, Cæsar, qui pro multis sæpe dixisti, quid nunc mihi animi sit, ad te ipsum referre; quo facilius tum æquitas tua, tum audiendi diligentia minuat hanc perturbationem meam. Sed antequam de accusatione ipsa dico, de accusatorum spe pauca dicam: qui cum videantur neque ingenio, neque usu atque exercitatione rerum valere, tamen ad hanc causam non sine aliqua spe, & cogitatione venerunt.

Narracion. III. Iratum te regi Deiotaro fuisse non erant nescii: affectum illum quibusdam incommodis, & detrimentis propter offensionem animi tui, meminerant: teque cum huic iratum, tum sibi amicum cognoverant: cumque apud ipsum te de tuo periculo dicerent, fore putabant, ut in exulcerato animo facile fictum crimen insideret. Quamobrem hoc nos primum metu, C. Cæsar, per fidem & constantiam, & clementiam tuam libera, ne residere in te ullam partem iracundiæ suspicemur. Per dexteram te istam oro, quam regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti: istam, inquam, dexteram, non tam in bellis, & in prælüs, quam in promissis, & fide firmiorem. Tu illius domum inire, tu vetus hospitium renovare voluisti: te eius dii penates acceperunt: te amicum & placatum Deiotari regis aræ, focique viderunt.

Cum facile exorari, Cæsar, tum semel exorari soles. Nemo unquam te placavit inimicus, qui ullas residisse in te simultatis reliquias senserit. Quanquam cui-

Angustiora parietes. Alegoría.
At te ipsum. Hacer concepto de lo que á mí me pasa por lo que te sucederia á ti en semejante lance.
Sed antequam. Division de la oracion.

III.

Non erant. Los acusadores Castor, y Phidipo.
Detrimentis. El César despojó á Deyótaro de la Armenia menor, que poseia por decreto del Senado, en castigo de haber seguido á Pompeyo.
Tuo periculo. Del riesgo en que se halló de morir á manos de Deyotaro.
Exulcerato. Exasperado, irritado.
Per fidem. Obsecracion hermosa.
Libera. El *libera* va con el *nos* de arriba.
Deiotaro hospes. Traductio. Siendo huesped le diste á un huesped.
Dii penates. Lo dice porque le recibió en su casa. *Véase* el índice.
Aræ focique. Aras, y hogares todo era sagrado, y dentro de casa.
Tum semel. Porque no conservas rencor alguno despues de haberte reconciliado una vez.
Quanquam. Correctio.

cui sunt inauditæ cum Deiotaro querelæ suæ? Nunquam tu illum accusavisti ut hostem, sed ut amicum officio parum functum, quod propensior in Cn. Pompeii amicitiam fuisset, quam in tuam. Cui tamen ipsi regi veniam te daturum fuisse dicebas, si tum auxilia Pompeio, vel si etiam filium misisset, ipsi tamen excusatione ætatis usus esset. Itaque cum maximis eum rebus liberares, perparvam amicitiæ culpam relinquebas.

Itaque non solum in eum non animadvertisti, sed omni metu liberavisti, hospitem agnovisti, regem reliquisti. Neque enim ille odio tui progressus, sed errore communi lapsus est. Is rex, quem senatus hoc nomine sæpe honorificentissimis decretis appellavisset, quique illum ordinem ab adolescentia gravissimum sanctissimumque duxisset, iisdem rebus est perturbatus, homo longinquus, & alienigena, quibus nos in media republica nati semperque versati.

IV. Cum audiret senatus consentientis auctoritate arma sumta: consulibus, prætoribus, tribunis plebis, nobis imperatoribus rempublicam defendendam datam; movebatur animo, & vir huic imperio amicissimus de salute populi Romani extimescebat, in qua etiam suam inclusam esse videbat. In summo tamen timore quiescendum sibi esse arbitrabatur. Maxime vero perturbatus est, ut audivit, consules ex Italia profugisse: omnesque consulares, (sic enim nuntiabatur) cunctum senatum, totam Italiam esse effusam. Talibus enim nunciis & rumoribus patebat ad Orientem via, nec ulli veri subsequebantur. Nihil ille de conditionibus tuis, nihil de studio concordiæ & pacis, nihil de conspiratio-

Excusatione. Deyotaro pasaba de 60. años cuando fue á la guerra contra el César.

Animadvertisti. Similiter desinens.

Hoc nomine. Con este nombre del Rey.

Illum ordinem. Al Senado.

IV.

Auctoritate. Con la autoridad del Senado, que venia bien en que se hiciése guerra al Cesar.

Nobis imperatoribus. Cicéron venía entonces del gobierno de Cilicia, donde por sus hazañas militares fue aclamado *Imperator*.

Totam Italiam. Que todo se habia despoblado. Metonymia y Metáfora.

Patebat ad. Era ancho el camino para llevar tales noticias, pero verdadera ninguna.

De conditionibus. El César, antes de hacer hostilidad alguna, propuso condiciones muy razonables de paz á Pompeyo: el cual nunca quiso dar oidos á ellas. Vide *Cæs. lib. 1. de bel. civ.*

tione audiebat certorum hominum contra dignitatem tuam. Quæ cum ita essent, tamen usque eo se tenuit, quoad à Cn. Pompeio ad eum legati, litteræque venerunt.

Ignosce, ignosce, Cæsar, si eius viri auctoritati rex Deiotarus cessit, quem nos omnes secuti sumus: in quem cum dii atque homines omnia ornamenta congessissent, tum tu ipse plurima, & maxima. Neque enim si tuæ res gestæ ceterorum laudibus obscuritatem attulerunt, idcirco Cn. Pompeii memoriam amisimus. Quantum nomen eius fuerit, quantæ opes, quanta in omni genere bellorum gloria, quanti honores populi Romani, quanti senatus, quanti tui, quis ignorat? Tanto ille superiores vicerat gloriâ, quanto tu omnibus præstitisti. Itaque Cn. Pompeii bella, victorias, triumphos, consulatus, admirantes numerabamus: tuos enumerare non possumus.

V. Ad eum igitur rex Deiotarus venit, hoc misero, fatalique bello, quem antea iustis, hostilibusque bellis adiuverat: quocum erat non hospitio solum, verum etiam familiaritate coniunctus, & venit vel rogatus, ut amicus; vel arcesitus, ut socius; vel evocatus, ut is, qui senatui parere didicisset: postremo venit, ut ad fugientem, non ut ad insequentem, id est, ad periculi, non ad victoriæ societatem. Itaque, Pharsalico prælio facto, à Pompeio discessit; spem infinitam persequi noluit. Vel officio, si quid debuerat; vel errori, si quid nescierat, satis factum esse duxit: domum se contulit: teque Alexandrinum bellum gerente, utilitatibus tuis paruit.

Ille exercitum Cn. Domitii, amplissimi viri, suis tectis & copiis sustentavit: ille Ephesum ad eum, quem tu

Ignosce. Conduplicatio.
Et maxima. sup. *congessisti.*
Quantum nomen. Traductio.
Admirantes. Los contábamos con admiracion; los tuyos no se pueden contar. Parece una fuerte adulacion; pero sabiendo quien fué el César, se quita toda sospecha.

V.

Ad eum. A Pompeyo. Excusa á Deyotaro por los adjuntos.
Spem infinitam. No quiso aventurarse á seguir una nueva guerra, que lleva trazas de nunca acabarse.
Vel officio. Y si debia algo por los beneficios.
Cn. Domitii. Dos Domicios anduvieron en la guerra civil, el uno por sobrenombre *Calvino*, que es este, y el otro *Ahenobarbo*, que siguió el partido de Pompeyo.

tu ex tuis fidelissimum, & probatissimum omnibus delegisti, pecuniam misit: ille iterum, ille tertio auctionibus factis, pecuniam dedit, quâ ad bellum utereris: ille corpus suum periculo obiecit, tecumque in acie contra Pharnacem fuit, tuumque hostem esse duxit suum. Quæ quidem à te in eam partem accepta sunt, C. Cæsar, ut eum amplissimo regis honore & nomine affeceris.

Proposicion. Is igitur non modo à te periculo liberatus, sed etiam honore amplissimo ornatus, arguitur domi te suæ interficere voluisse. Quod tu, nisi eum furiosissimum iudicas, suspicari profecto non potes.

Confirmacion. VI. Ut enim omittam, cuius tanti sceleris fuerit, in conspectu deorum penatium necare hospitem: cuius tantæ importunitatis, omnium gentium, atque omnis memoriæ clarissimum lumen extinguere: cuius tantæ ferocitatis, victorem orbis terrarum non extimescere: cuius tam inhumani & ingrati animi, à quo rex appellatus esset, in eum tyrannum inveniri: ut hæc omittam; cuius tanti furoris fuit, omnes reges, quorum multi erant finitimi, omnes liberos populos, omnes socios, omnes provincias, omnia denique omnium arma contra se unum excitare? quonam ille modo cum regno, cum domo, cum coniuge, cum carissimo filio distractus esset, tanto scelere non modo perfecto, sed etiam cogitato?

At, credo, hæc domo inconsultus & temerarius non videbat? Quis consideratior illo? quis rectior? quis prudentior? Quanquam in hoc loco Deiotaro non tam ingenio, & prudentiâ, quam fide, & religione vitæ defendendum puto. Nota est tibi, C. Cæsar, hominis probitas, noti mores, nota constantiâ. Cui porro, qui modo po-

Pharnacem. Hijo del célebre Mithridates, que se habia apoderado de la Armenia en esta revolucion de las guerras civiles.

In eam partem. De tal suerte las recibiste, que &c.

VI.

Ut enim omittam. Preteritio oratoria.

Cuius tantæ. Expolitio. *Importunitas, idem quod feritas, & immanitas.*

In eum. El que se hubiese hallado un tirano contra aquel que le llamó Rey.

Omnes reges. Enumeratio partium.

Distractus esset. Hubiera sido despedazado.

At, credo. Objecion que pueden hacer los contrarios: *Prolepsis* llaman los Retóricos.

populi Romani non audivit, Deiotari integritas, gravitas, virtus, fides non audita est? Quod igitur facinus nec in hominem imprudentem, cadere posset, propter metum præsentis exitii, nec in facinorosum, nisi esset idem amentissimus, id vos & à viro optimo & ab homine minime stulto cogitatum esse confingitis.

At quam non modo non credibiliter, sed ne suscipiose quidem. Cum, inquit, in Castellum Luceium venisses, & domum regis, hospitis tui, divertisses, locus erat quidam, in quo erant ea composita, quibus rex te munerare constituerat. Huc te è balneo, priusquam accumberes, ducere volebat. Ibi enim erant armati, qui te interficerent, in eo ipso loco collocati. En crimen, en causa, cur regem fugitivus, dominum servus accuset. Ego mehercule, C. Cæsar, initio, cum est ad me ista causa delata, Phidippum medicum, servum regium, qui cum legatis missus esset, ab isto adolescente esse corruptum: hac suspicione sum percussus: medicum indicem sobornavit: finget videlicet aliquod crimen veneni. Etsi à veritate longe, tamen à consuetudine criminandi non multum res abhorrebat.

Quid ait medicus? nihil de veneno. At id fieri potuit, primo occultius in potione, vel in cibo: deinde etiam impunius fit, quod, cum est factum, negari potest. Si palam te interemisset: omnium in se gentium, non solum odia, sed etiam arma convertisset. Si veneno: Iovis illius quidem hospitalis numen numquam celare po-

Quod igitur. Conclusion del silogismo retórico.

Id vos. Vuelvese el Orador á los acusadores.

At quam. Previene de antemano la iniquidad de la narracion del hecho.

Cum inquit. Introduce hablando á uno de los acusadores, que es Phidipo.

Huc te è balneo. Los antiguos solian bañarse antes de la cena.

En crimen. Epiphonema per indignationem.

Ego mehercule. Lo que se sigue se puede reducir á este silogismo Si Deyotaro hubiera intentado matar al Cesar, mejor lo hubiera ejecutado dándole veneno por mano del médico confidente suyo, que á fuerza de armas por manos de sus soldados: no se valió del medio para esto: luego no es crébleque tuviese tal intento. La mayor se prueba: *Id fieri potuit: primo occultius, &c.*

Ab isto adolescente. Castor, el nieto, y acusador de Deyotaro, habrá sobornado á Phidipo.

Primo occultius. Lo primero porque se hace mas oculto dando el veneno en la comida, ó bebida.

Iovis illius. Jupiter protector de los huéspedes.

potuisset, homines fortasse celavisset. Quod igitur & occultius conari, & efficere cautius potuit: id tibi & medico callido, & servo putabat, fideli, non credidit; de armis, de ferro, de insidiis celare te noluit? At quam festine crimen contexitur! Tua te, inquit, eademque semper, forma servavit: negavisti tuum te inspicere velle.

VII. Quid postea? An Deiotarus, re illo tempore non perfecta, continuo dimisit exercitum? nullus erat alius insidiandi locus? At eodem te, cum cenavisses, rediturum dixeras: itaque fecisti. Horam unam aut duas eodem loco armatos, ut collocati fuerunt, retinere magnum fuit? Cum in convivio comiter & iucunde fuisses, tum illuc iivisti ut dixeras. Quo in loco Deiotarum talem erga te cognovisti, qualis rex Attalus in P. Africanum fuit: cui magnificentissima dona, ut scriptum legimus, usque ad Numantiam misit ex Asia; quæ Africanus, inspectante exercitu, accepit. Quod cum præsens Deiotarus regio & animo, & more fecisset, tu in cubiculum discessisti.

Obsecro, Cæsar, repete temporis illius memoriam; pone illum ante oculos diem; vultus hominum te intuentium, atque admirantium recordare. Num quæ trepidatio? num qui tumultus? num quid, nisi moderate, nisi quiete, nisi ex hominis gravissimi, & sanctissimi disciplina? Quid igitur causæ excogitari potest, cur te lautum voluerit, cœnatum noluerit occidere?

In posterum, inquit, diem distulit, ut cum in Castellum Luceium ventum esset, ibi cogitata perficeret.

Quod igitur. Conclusio Oratoria.

Non credidit. Todo esto lo dice para mostrar la ignorancia de los acusadores, y su falsedad; porque ya que fingia un crimen podian haberlo fingido mejor diciendo le quiso dar veneno.

Negavisti. sup. *Ea, quibus te rex muneraro constituerat.* Vide supra. VII.

Non perfecta. No habiendo podido lograr.

Dimisit exercitum. Egército llama por burla a los asesinos que decia Phidipo tener Deyotaro en celada para matar al Cesar.

Retinere magnum. Le hubiera costado mucho trabajo detener los armados segun los habia colocado, &c.

Rex Attalus. Otros pretenden que este Rey no fue Atalo, sino antioco.

Obsecro. Obsecracion, y comunicacion.

Num quæ. Traductio, y argumento por repugnantes.

Lautum. Al salir, ó entrar en el baño, ó lavado, y no cenado.

ret. Non video causam loci mutandi, sed tamen acta res criminose est. Cum inquit, vomere te post cœnam velle dixisses, in balneum te ducere cœperunt. Ibi enim erant insidiæ. At te eadem tua fortuna servavit: in cubiculum te ire malle dixisti. Dii te perdant, fugitive: ita non modo nequam & improbus, sed fatuus & amens est. Quid? ille signa ænea in insidiis posuerat, quæ è balneo in cubiculum transferri non possent?

Habes crimina insidiarum: nihil enim dixit amplius. Horum inquit, eram conscius. Quid tum? Ita demens ille erat, ut eum, quem conscium tanti sceleris habebat, à se dimitteret, Romam etiam mitteret, ubi & inimicissimum sciret esse nepotem suum, & C. Cæsarem, cui fecisset insidias? præsertim cum is unus esset, qui posset de absente se vindicare? & fratres meos, inquit, quod erant conscii, in vincula coniecit. Cum igitur eos vinciret, quos secum habebat; te solutum Romam mittebat, qui eadem scires, quæ illos scire dicis?

VIII. Reliqua pars accusationis duplex fuit: una regem semper in speculis fuisse, cum à te animo esset alieno: altera exercitum eum contra te magnum comparasse. De exercitu dicam breviter, ut cetera. Nunquam eas copias rex Deiotarus habuit, quibus inferre bellum populo Romano posset: sed quibus fines suos ab excursionibus hostium & latrociniis tueretur, & imperatoribus nostris auxilia mitteret. Atque antea quidem maiores copias alere poterat: nunc exiguas vix tueri potest.

At

Acta res. Interprétase así *res ita est acta, ut crimini obnoxia esse videatur.* Dialogismo.

Vomere. Era costumbre de Romanos y Griegos tomar algun vomitivo despues de los banquetes esplendidos.

Dii te perdant. Exécracion.

Signa ænea. ¿Eran acaso algunas estatuas de bronce los soldados, dispuestos ocultamente para cometer este atentado?

Ita demens: Argumento por consiguientes, y repúgnantes.

Nepotem suum. Castor.

Is unus esset. Phidipo.

VIII.

In speculis. Siempre estuvo á la mira de todas las acciones, teniendo en muchas partes espías.

Atque antea. Si cuando podia mas Deyotaro, jamas llegó á juntar exército, que fuese capaz de hacer frente á nuestras tropas: cuanto menos ahora, que está despojado de la mejor parte de sus estados? Argumento de menor á mayor.

At misit ad Cœlium nescio quem: sed eos, quos misit, quod ire noluerunt, in vincula coniecit. Non quæro quam verisimile sit, aut non habuisse regem, quos mitteret: aut eos quos misisset, non paruisse: aut, quid dicto audientes in tanta re non fuissent, eos vinctos potius, quam necatos fuisse. Sed tamen cum ad Cælium mittebat, utrum causam illam victam esse nesciebat, an Cælium istum magnum hominem putabat? quem profecto is, qui optime nostros homines novit, vel quia nosset, vel quia non nosset, contemneret. Addidit etiam illud, equites non optimos misisse. Veteres credo, Cæsar: nihil ad tuum equitatum: sed misit ex iis, quos habuit electos. Ait nescio quem ex eo numero servum iudicatum. Non arbitror: non audivi. Sed in eo, etiam si accidisset, culpam regis nullam fuisse arbitrarer.

IX. Alieno autem à te animo fuit. Quomodo? speravit, credo, difficiles tibi Alexandriæ fore exitus propter regionis naturam, & fluminis. At eo ipso tempore pecuniam dedit; exercitum aluit; ei, quem Asiæ præfeceras, nulla in re defuit; tibi victori non solum ad hospitium, sed ad periculum etiam, atque ad aciem præsto fuit. Secutum est bellum Africanum. Graves de te rumores sparsi, qui etiam furiosum illum Cælium excitaverunt. Quo tum erga te rex animo fuit? qui auctionatus sit, seseque exspoliare maluerit, quam tibi pe-

Ad Cœlium. Otros leen *Cæcilium.*
Non quæro. Præteritio.
Utrum causam. Si envió tropas á Celio, esto lo haria, ó porque ignoraba que Pompeyo hubiese sido vencido, ó porque juzgaba que Celio era un gran hombre: ni uno, ni otro se puede decir: luego, &c. *Dilemma.*
Vel quia. Otro dilema. Si conocia á Celio, le tendria por lo que es, si no le conocia, por lo mismo le despreciaria.
Addidit etium. Phidipo acusaba tambien á Deyotaro de que por tropas auxiliares habia enviado al Cesar el desecho de la caballería.
Nihil ad. Es verdad que se pueden comparar con los de tu caballería.
Servum iudicatum. Era contra ley de Romanos, el que militasen los esclavos.

IX.

Speravit. Confutacion por Ironía.
Tibi victori. El Cesar victorioso volvió sus armas contra Farnaces Rey de Ponto, y en esta guerra le ayudó con sus tropas Deyotaro.
Africanum. La guerra que hizo Cesar á Juba Rey de Numidia despues de haber vencido á Farnaces.
Graves de te. Noticias falsas de tus desastres.
Qui auctionatus. Que quiso antes ser confiscado.

pecuniam non subministrare. At eo, inquit, tempore ipso Nicæam Ephesumque mittebat, qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad se referrent. Itaque, cum esset ei nunciatum, Domitium naufragio periisse, te in castello circumsideri: De Domitio dixit versum Græcum eâdem sententiâ, quâ etiam nos habemus Latinum: *Pereant amici, dum una inimici intercidant*: quod ille, si esset tibi inimicissimus, nunquam tamen dixisset. Ipse enim mansuetus; versus immanis. Qui autem Domitio poterat esse amicus, qui tibi esset inimicus? Tibi porro inimicus cur esset, à quo cum vel interfici belli lege potuisset, regem & se, & filium suum constitutos esse meminisset?

Quid deinde? furcifer quo progreditur? Ait, hac lætitia Deiotarum elatum, vino se obruisse, in convivioque nudum saltavisse. Quæ crux huic fugitivo potest satis supplicii afferre? Deiotarum saltantem quisquam, aut ebrium vidit unquam? omnes sunt in illo regiæ virtutes: quod te, Cæsar, ignorare non arbitror: sed præcipue singularis, & admiranda frugalitas; etsi hoc verbo scio laudari reges non solere. Frugi hominem dici non multum habet laudis in rege: fortem, iustum, severum, gravem, magnanimum, largum, beneficum, liberalem, hæ sunt regiæ laudes: illa privata est. Ut volet quisque accipiat: ego tamen frugalitatem, id est, modestiam & temperantiam, virtutem esse maximam iudico. Hæc in illo est ab ineunte ætate, tum à cuncta Asia, tum à magistratibus, legatisque nostris, tum ab equitibus Romanis, qui in Asia negotiati sunt, perspecta, & cognita.

Multis ille quidem gradibus officiorum erga rempublicam nostram ad hoc regium nomen ascendit: sed tamen quidquid à bellis populi Romani vacabat, cum homi-

Ipse enim. Argumento por repugnantes. El es muy manso, y el versículo es fiero.

Qui autem. El amigo del enemigo se tiene comunmente por enemigo: Domicio era amigo del Cesar, de quien dicen era Deyotaro enemigo; luego tambien era Domicio enemigo de Deyotaro.

Quid deinde? Sustentatio, sive suspensio. *Furcifer quo progreditur?* Hasta donde llega la malicia de Phidipo esclavo fugitivo de Deyotaro, que merece ser puesto en un palo?

Frugalitas. Templanza en todo genero de deleytes.

minibus nostris, consuetudines, amicitias, res, rationesque iungebat: ut non solum tetrarcha nobilis, sed optimus paterfamilias, & diligentissimus agricola, & pecuarius haberetur. Qui igitur adolescens, nondum tantâ gloria præditus, nihil unquam nisi severissime & gravissime fecerit, is ea existimatione, eaque ætate saltavit?

X. Imitari potius, Castor, avi tui mores, disciplinamque debebas, quam optimo, & clarissimo viro, fugitivi ore maledicere. Quod si saltatorem avum habuises, neque eum virum unde pudoris, pudicitiæque exempla peterentur, tamen hoc maledictum minime in illam ætatem conveniret. Quibus ille studiis ab ineunte ætate se imbuerat, non saltandi, sed bene ut armis, optime ut equis uteretur; ea tamen illum cuncta, iam ætate exactâ, defecerunt. Itaque Deiotarum cum plures in equum sustulissent, quod hærere in eo senex posset, admirari solebamus. Hic vero adolescens, qui meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit, cum in illo nostro exercitu equitaret cum suis delectis equitibus, quos una cum eo ad Pompeium pater miserat, quos concursus facere solebat? quam se iactare? quam se ostentare? quam nemini in illa causa studio & cupiditate concedere. Cum vero, exercitu amisso, ego, qui pacis auctor semper fui, post Pharsalicum autem prælium

Diligentissimus, Ciceron lib. de Senect. dice: *Xenophonti nihil tam regale videri, quam studium agricolendi*; y lo confirma con la historia de Ciro.

Et pecuarius. Varron, lib. 2. de Re Rust. cap. 1. dice de los antiguos: *Illustrissimus quisque pastor erat*. Paris, y Ganimedes pastores, eran hijos de Reyes; y quién ignora la vida de los Patriarcas nobilísimos del Pueblo escogido de Dios?

Qui igitur. Quien siendo mozo empleó tan honestamente su vida en exercicios tan agenos de la livandad, no es creible que se hiciese en la vejez amigo de baylar, y lascivo. Argumento por repugnantes.

Ea existimatione. Teniendo tal reputacion de templanza.

X.

Exempla peterentur. De donde se pudiese tomar ejemplo.

Defecerant. Todas estas habilidades se le disminuyeron con la vejez.

In equum. Entre muchos le subian á caballo.

Hic vero. Habla de Castor.

Meus in Cilicia. Siendo Ciceron Proconsul de aquella provincia. *In Græcia commilito*. Porque ambos seguian el mismo partido de Pompeyo, Gefe de la Liga contra el Cesar.

Causa studio: Como no queria ceder á ninguno en ser mas contrario de Cesar?

lium suasor fuissem armorum non deponendorum, se arbitriciendorum; hunc ad meam auctoritatem non potui adducere, quod & ipse ardebat studio ipsius belli, & patri satisfaciendum esse arbitrabatur. Felix ista domus, quæ non impunitatem solum adepta sit, sed etiam accusandi licentiam; calamitosus Deiotarus, qui & ab eo, qui in iisdem castris fuerit, non modo apud te, sed etiam à suis accusetur! vos vestrâ secundâ fortunâ, Castor, non potestis sine propinquorum calamitate esse contenti.

XI. Sint sane inimicitiæ, quæ esse non debebant. Rex enim Deiotarus vestram familiam abiectam & obscuram è tenebris in lucem evocavit. Quis tuum patrem ante, qui esset, quam cuius gener esset, audivit? Sed quamvis ingrate, & impie necessitudinis nomen repudiaritis, tamen inimicitias hominum more gerere poteratis, non ficto crimine insectari, non expetere vitam, non capitis arcessere. Esto: concedatur hæc quoque acerbitatis, & odii magnitudo. Adeone, ut etiam omnia vitæ salutisque communis, atque etiam humanitatis iura violentur? Servum sollicitare verbis: spe, promissisque corrumpere, adducere dominum, contra dominum armare: hoc est, non uni propinquo, sed omnibus familiis bellum nefarium indicere. Non ista corruptela servi, si non modo impunita fuerit, sed etiam à tanta auctoritate approbata: nulli parietes nostram salutem, nullæ leges, nulla iura custodient. Ubi enim id, quod intus est, atque nostrum, impune evolare potest contraque nos pugnare, fit in dominatu servitus, in servitute dominatus.

O-

Ad meam. No pude reducir á que imitase mi ejemplo.

Ardebat studio. Metáfora.

Arbitrabatur. Juzgaba ó daba por escusa que no cumpliria con la voluntad de su padre.

Felix ista. Esclamacion llena de indignacion, y comparacion por los contrarios, y adjuntos.

XI.

Quæ esse. sup. *inter nepotem & avum.*

Abiectam & obscuram. Deyotaro casó á una hija suya con Segundario, hombre de oscuro linage, y de este matrimonio nació Castor. *Alegoría.*

Necessitudinis nomen. La obligacion del parentesco.

Hominum more. Como acostumbran los hombres de juicio; con la verdad por delante.

Esto. Concesion.

Quod intus. Que está dentro de nuestra casa, y tenemos dominio sobre ello.

Fit in dominatu. Si esto se permite á los esclavos, ellos vendrán á ser señores de sus amos. *Antítesis.*

O tempora, ó mores! Cn. Domitius ille, quem nos pueri consulem, censorem, pontificem maximum vidimus, cum tribunus plebis M. Scaurum, principem civitatis, in iudicium populi vocasset, Scaurique servus ad eum clam domum venisset, & crimina in dominum delaturum se esse dixisset: prehendi hominem iussit, ad Scaurumque deduci. Vide, quid intersit: etsi inique Castorem cum Domitio comparo: sed tamen ille inimico servum remisit, tu ab avo abduxisti: ille incorruptum audire noluit, tu corrupisti: ille adiutorem servum contra dominum repudiavit, tu etiam accusatorem adhibuisti.

At semel iste est corruptus à vobis? Nonne cum esset productus, & cum tecum fuisset, refugit ad legatos? nonne etiam ad hunc Cn. Domitium venit? nonne audiente hoc Serv. Sulpicio, carissimo viro, qui tum casu apud Domitium cœnabat, & hoc T. Torquato optimo adolescente, se à te corruptum, tuis promissis in fraudem impulsum esse confessus est?

XII. Quæ est ista tam impudens, tam crudelis, tam immoderata inhumanitas? Idcirco in hanc urbem venisti; ut huius urbis iura & exempla corrumperes, domesticaque immanitate inquinares? At quam acute collecta crimina! Blesamius, inquit, (eius enim nomine, optimi hominis, nec tibi ignoti, maledicebat tibi) ad regem scribere solebat, te in invidia esse: tyrannum existimari: statuâ inter reges positâ, animos homi-

Etsi inique. Correccion.
Ille inimicum. Desemejanza, repeticion, y similiter cadens.
Adiutorem. Porque Domicio queria perder á Scauro, y el esclavo de este le ayudaba.
Cum esset. sup. *Testis.* Citado ante el Juez por testigo.
Refugit ad legatos. Adde *Deiotari, à quorum pedibus, per te abstractus erat.* ¿Quien habrá de dar crédito á hombre tan inconstante?
A te. Castor habia sobornado al esclavo Phidipo.

XII.

Tam impudens. Apostrophe á Castor.
Iura & exempla. Porque el derecho Romano prohibia que el esclavo fuese acusador del amo: los ejemplos que tenian en Roma eran conformes á la humanidad, y á la Ley, como el de Domicio, y otros muchos.
Blesamius. Este era uno de los Embajadores de Deyotaro.
Maledicebat tibi. Te decia injurias. Pretende Tulio que el acusador alegaba el contenido de las cartas de Blesamio, para vomitar contra el Cesar el veneno que tenia oculto en su pecho.
Te in invidia. Que eras malquisto.

mirum vehementer offensos: plaudi tibi non solere. Nonne intelligis, Cæsar, ex urbanis malevolorum servunculis hæc ab istis esse collecta? Blesamius tyrannum Cæsarem scriberet? multorum enim civium capita viderat: multos iussu Cæsaris vexatos, verberatos, necatos, multas affictas, & eversas domos: armatis militibus refertum forum: quæ semper in civili victoria sensimus, ea te victore non vidimus.

Solus, inquam, es, C. Cæsar cuius in victoria ceciderit nemo, nisi armatus. Et quem nos liberi, in summa populi Romani libertate nati, non modo non tyrannum, sed etiam clementissimum in victoria ducimus: is Blesamio, qui vivit in regno, tyrannus videri potest? Nam de statua quis queritur, unâ præsertim, cum tam multas videat? Valde enim invidendum est eius statuis, cuius tropæis non invidimus. Nam, si locus affert invidiam, nullus locus est ad statuam quidem Rostris clarior. De plausu autem quid respondeam? qui nec desideratus unquam à te est, & nonnunquam, obstupefactis hominibus, ipsa admiratione compressus est: & fortasse eo prætermissus, quia nihil vulgare te dignum videri potest.

Epilogo. XIII. Nihil à me arbitror prætermissum sed aliquid ad extremam causæ partem reservatum. Id autem aliquid est, te ut plane Deiotaro reconciliet oratio mea. Non enim iam metuo, ne tu illi succenseas: illud vereor, ne tibi illum succensere aliquid suspicere. Quod abest longissime, mihi crede, Cæsar. Quid enim retineat per

Plaudi tibi. Que ya no te vitoreaban cuando salias en público.

Multorum enim. Si que habia visto tantas cabezas cortadas. Ironia, *Multos iussu Cæsaris vexatos, &c.* Traduccion, é incremento.

Sensibus. Lo conocimos, ó lo sufrimos durante la guerra civil.

Et quem nos. Argumento de mayor á menor.

Is Blesamio. Deyotaro ha de parecer tyrano á Blesamio, hombre nacido baxo el dominio de Reyes?

Invidendum. Se deben aborrecer.

Nam si. La estatua erigida al Cesar entre los Reyes estaba en un lugar retirado: las otras en el mas patente de Roma, *in foro.* Dolabela despues de muerto el Cesar la hizo derribar.

De plausu. Sobre que no te daban aplausos.

Compressus est. Dexaban de aplaudirte absortos con la admiracion de verte.

Nihil vulgare. Los aplausos son cosas del vulgo, y esto no era digno del Cesar: noble modo de eludir esta acusacion.

XIII.

Ne tibi illum: Que le queda algun resentimiento. Traductio, y Commutatio.

per te, meminit, non quid amiseris: neque se à te multatum arbitratur: sed, cum existimaret multis tibi multa esse tribuenda, quod minus à se, qui in altera parte fuisset, ea sumeres, non recusavit.

Etenim si Antiochus Magnus ille, Rex asiæ, cum posteaquam à Scipione devictus, Tauro tenus regnare iussus esset, omnemque hanc Asiam, quæ est nunc nostra provincia, amisisset, dicere est solitus, benigne sibi à populo Romano esse factum, quod nimis magna procuratione liberatus modicis regni terminis uteretur potest multo facilius se Deiotarus consolari. Ille enim furoris multam sustinuerat, hic erroris. Omnia tu Deiotaro, Cæsar, tribuisti, cum & ipsi, & filio nomen regium concessisti. Hoc nomine retento, atque conservato, nullum beneficium populi Romani, nullum iudicium de se senatus imminutum putat: magno animo, & erecto est, nec unquam succumbet inimicis, ne fortunæ quidem.

Multa se arbitratur & peperisse ante factis, & habere in animo, atque virtute, quæ nullo modo possit amittere. Quæ enim fortuna, aut quis casus; aut quæ tanta possit iniuria, omnium imperatorum de Deiotaro decreta delere? Ab omnibus enim est ornatus, qui, postquam in castris esse potuit per ætatem, in Asia, Cappadocia, Ponto, Cilicia, Syria, bella gesserunt. Senatus vero iudici de illo tam multa, tamque honorifica, quæ publicis populi Romani literis, monumentisque consignata sunt: quæ unquam vetustas obrueret, aut quæ tanta delebit oblivio? Quid de virtute eius dicam? Quid de magnitudine animi, gravitate,

Meminit. Se acuerda de lo que posee por beneficio tuyo, no de lo que perdió.

Multis tibi. Que por muchas causas se te debian muchas cosas.

Etenim. Argumento por exemplo.

Tauro tenus. Que sus dominios no pasasen del monte Tauro, ó tuviesen á este monte por límites.

Esse factum. Que le habia tratado con benignidad.

Uteretur. Luego tendria menos cuidados; consuelo filosófico.

Furoris multam. Antioco hizo guerra al pueblo Romano, arrebatado de su ambicion, sin haber sido provocado.

Nullum iudicium. Nada del concepto que de él tenia el Senado.

Magno animo. Digresion en alabanza de Deyotaro.

Et peperisse. Que no solo adquirió, &c.

Decreta. Los honrosos decretos que dió de Deyotaro el Senado.

Ab omnibus. Los Generales Romanos.

Esse potuit. Deyotaro.

te, constantiâ? Quæ omnes docti atque sapientes summa; quidam etiam sola bona esse dixerunt: hisque non modo ad bene, sed etiam ad beate vivendum contentam virtutem esse. Hæc ille reputans, & dies, & noctes cogitans, non modo tibi non succenset, (esset enim non solum ingratus, sed etiam amens) verum omnem tranquilitatem, & quietem senectutis acceptam refert clementiæ tuæ.

XIV. Quo quidem animo cum antea fuit, tum non dubito, quin tuis litteris, quarum exemplum legi, quas ad eum Tarraconę huic Blesamio dedisti, se magis etiam erexerit, ab omnique sollicitudine abstraxerit. Iubes enim eum bene sperare, & bono esse animo; quod scio te non frustra scribere solere. Memini enim iisdem fere verbis ad me te scribere, meque tuis litteris bene sperare non frustra esse iussum. Laboro equidem regis Deiotari causâ, quocum mihi amicitiam respublica conciliavit, hospitium voluntas utriusque coniunxit, familiaritatem consuetudo attulit, summam vero necessitudinem magna eius officia in me, & in exercitum meum effecerunt: sed cum de illo laboro, tum de multis amplissimis viris, quibus semel ignotum à te esse oportet, nec beneficium tuum in dubium vocari, nec hærere in animis hominum sollicitudinem sempiternam, nec accidere, ut quispiam te timere incipiat eorum, qui semel à te sint liberati timore. Non debeo, C. Cæsar, quod fieri solet in tantis periculis, tentare quonam modo dicendo misericordiam tuam commovere possim: nihil opus est: occurrere ipsa solet supplicibus & calamitosis nullius oratione evocata. Propone tibi duos reges: & id animo contemplare, quod oculis non potes. Dabis profecto misericordiæ, quod iracundiæ negavisti.

Mul-

Summa. Que son los principales bienes.

Hisque. Con estas virtudes.

XIV.

Quarum exemplum. Cuya copia.

Tarraconę. Ciudad antiquísima, y nobilísima de España en el Principado de Cataluña.

Amicitia. Gradatio.

In exercitum. Siendo Proconsul de Cilicia.

Semel ignotum. Sinonymia.

Non debeo. Por pretericion implora misericordia.

Propone tibi. Los dos Deyotaros, padre, é hijo.

Multa sunt tuæ clementiæ monumenta: sed maxime eorum incolumitates, quibus salutem dedisti. Quæ si in privatis gloriosa sunt, multo magis commemorabuntur in regibus. Semper regium nomen in hac civitate sanctum fuit: sociorum vero regum & amicorum sanctissimum.

XV. Quod nomen hi reges ne amitterent, te victore, timuerunt: retentum vero, & à te confirmatum, posteris etiam suis tradituros esse confido. Corpora vero sua pro salute regum suorum hi legati tibi regii tradunt. Hieras, & Blesamius, & Antigonus, tibi nobisque omnibus iam diu noti; eademque fide & virtute præditus Dorylaus, qui nuper cum Hiera legatus est ad te missus: tum regum amicissimi, tum tibi etiam, ut spero, probati. Exquire de Blesamio, numquid ad regem contra tuam dignitatem scripserit. Hieras quidem causam omnem suscipit, & criminibus illis pro rege se supponit reum: memoriam tuam implorat: quâ vales plurimum: negat unquam se à te in Deiotari retrachia pedem discessisse; in primis finibus tibi se præsto fuisse dicit, usque ad ultimos prosecutum: cum è balneo exisses, tecum se fuisse, cum illa munera inspexisses cœnatus, cum in cubiculo recubuisses; eamdemque assiduitatem tibi se præbuisse postridie. Quamobrem, si quid eorum, quæ obiecta sunt, cogitatum sit, non recusat, quin id facinus suum iudices. Quo circa, C. Cæsar, velim existimes, hodierno die sententiam tuam, aut cum summo dedecore miserrimam pestem importaturam esse regibus; aut incolumem famam cum salute: quorum alterum optare: illorum crudelitatis est; alterum conservare, clementiæ tuæ.

Finis Excerpt. ex Cic. Orationibus.

SE-

Multa sunt. Los Romanos erigieron al Cesar un Templo, en que pusieron su estatua al lado de la *Clemencia* como Diosa.

Quæ si in. Es cosa gloriosa perdonar á los particulares; luego mas lo será á los Reyes.

Semper regium. Thesis tomada de la magestad de un Rey.

XV.

Hieras. Nombres de los Embaxadores del Rey Deyotaro.

Cum é balneo Similiter cadens, & desinens.

Quin id. Que lo tengas por una maldad suya.

Cum summo. Distribucion y Antitesis.

Regibus. Deyotaro el padre, y Deyotaro el hijo.

Illorum. De Castor, y Phidipo: el primero nieto, y el segundo esclavo de Deyotaro.

Clementiæ tuæ. Algunos creen que el Cesar dilató la decision de este pleyto para su ida al Oriente, aunque no llegó el caso, porque poco despues fue muerto á puñaladas en el Senado.

SELECTÆ ORATIONES

EX QUINTI CURTII.

LIBRO TERTIO.

Este lugar ha parecido el mas propio para colocar las Harengas, de las que no tenemos nada que advertir, porque del estilo de sus Autores ya se habló en su lugar, y de Quinto Curcio nada sabemos de su vida, y solo por el estilo se colige vivió en el siglo de oro, ó poco despues.

Verba Alexandri ægrotantis ad amicos medicosque. C. 5.

In quo me articulo rerum mearum fortuna deprehenderit, cernitis. Strepitum hostilium armorum exaudire mihi videor: & qui ultro intuli bellum, iam provocor. Darius ergo cum superbas litteras scriberet, fortunam meam in consilio habuit: sed nequicquam, si mihi arbitrio meo curari licet. Lenta remedia & segnes medicos non expetunt tempora mea. Vel mori strenue, quam tarde convalescere, mihi melius est. Proinde, si quid opis, si quid artis in medicis est: sciant me non tam mortis quam belli remedium quærere.

EX LIBRO QUARTO.

Oratio Legatorum Darii pacem ab Alexandro petentium. C. 11.

Darium, inquit unus è legatis, ut pacem à te iam ter-

V.

In quo me. En qué deplorable estado.

Fortunam meam. Puso en duda mi fortuna.

Tempora mea. La ocasion en que me hallo.

Quærere. Con efecto se le dió una bebida tan fuerte, que pensaron muriese; pero le dió la salud.

tertio peteret, nulla vis subegit: sed iustitia & continentia tua expresit. Matrem, coniugem, liberosque eius, nisi quod sine illo sunt, captos esse non sensit: pudicitiæ earum, quæ supersunt, curam haud secus quam parens, agens, reginas apellas: speciem pristinæ fortunæ retinere pateris. Vultum tuum video, qualis Darii fuit, quum dimitteremur ab eo: & ille tamen uxorem, tu hostem luges. Iam in acie stares, nisi cura te sepulturæ eius moraretur. Et quid mirum est, si tam ab amico animo pacem petit? quid opus est armis, inter quos odia sublata sunt? Antea imperio tuo destinabat Halyn amnem, qui Lydiam terminat. Nunc quidquid inter Hellespontum & Euphratem est in dotem filiæ offert, quam tibi tradit. Ochum filium, quem habes, pacis & fidei obsidem retinere, matrem & duas virgines filias redde: pro tribus corporibus tria millia talentum auri precatur accipias. Nisi moderationem animi tui notam haberem, non dicerem hoc esse tempus, quo pacem non dare solum, sed etiam occupare deberes. Respice quantum post te reliqueris: intuere quantum petas. Periculosum est prægrave imperium: difficile est continere, quod capere non possis. Videsne ut navigia, quæ modum excedunt, regi nequeant? Nescio an Darius ideo tam multa amiserit, quia nimiæ opes magnæ iacturæ locum faciunt. Facilius est quædam vincere, quam tueri. Quam hercule expeditius manus nostræ rapiunt, quam continent? Ipsa mors uxoris Darii te admonere potest, minus iam misericordiæ tuæ licere quam licuit.

Verba Parmenionis ad Alexandrum de conditionibus à Dario latis. Ibid.

Ante suasissem, ait, captivos apud Damascum redi-

XI.

Nulla vis subegit. Ninguna fuerza obligó á Dario.
Expresit. Le obligó á pedirle la paz.
Quæ supersunt. Que viven.
Speciem. El aparato externo.
Eius. La muger de Dario que murió en los Reales de Alexandro. *Véase* el Indice.
Destinabat. Determinaba darte solo hasta el rio Halis.
Talentum. Véase el Indice.
Occupare. La pidieses antes.
Regi nequeant. Que no se pueden gobernar las naves demasiado grandes, enormes.
Magnæ iacturæ. Abren grande campo á la ruina.
Rapiunt quam. Mas abarcan, que aprietan.

imentibus redderes; ingentem pecuniam potuisse redigi ex iis, qui multi vincti virorum fortium occupaverant manus. Et nunc magnopere censerem, ut unam anum, & duas puellas, itinerum agminumque impedimenta, tribus millibus talentis auri permutes. Opimum regnum occupari posse conditione, non bello: nec quemquam alium inter Istrum & Euphratem possedisse terras ingenti spatio intervalloque discretas. Macedoniam quoque respiceret potius, quam Bactra & indos intueretur.

Verba Alexandri ad Parmenionem. Ibid.

Et ego pecuniam, quam gloriam mallem, si Parmenio essem. Nunc Alexander, de paupertate securus sum: & me non mercatorem memini esse, sed regem. Nihil quidem habeo venale: sed fortunam meam utique non vendo. Captivos si placet reddi, honestius dono dabimus, quam pretio remittemus.

4. *Oratio Alexandri, Legatis Darii respondentis.* Ibid.

Nuntiate Dario, gratiarum actionem apud hostem supervacaneam esse: & me, quæ fecerim clementer & liberaliter, non amicitiæ eius tribuisse, sed naturæ meæ, nec adversus calamitates, sed adversus hostium vires contendere. Bellum cum captivis, & feminis gerere non soleo. Armatus sit oportet quem oderim. Quod si saltem pacem bona fide peteret, debilitarem forsitan, an darem. Verum enimvero, quum modo milites meos litteris ad proditionem, modo amicos, ad perniciem meam pecunia sollicitet, ad internecionem mihi persecuendus est; non ut iustus hostis, sed ut percussor & veneficus. Conditiones vero pacis, quas fertis, si accepero, victorem eum faciunt. Quæ post Euphratem sunt, liberaliter donat: ubi igitur me adfami-

IBID.

Redimentibus. A los que venian á rescatarlos.
Qui multi. Que siendo muchos, y estando atados, ocupan las manos de muchos valerosos.
Anum. La vieja madre de Darío.
Tribus millibus. Cada talento valia siete mil y cinco reales y treinta maravedis.

IBID.

Contendere. Peleo.
Ad internecionem. Le he de perseguir hasta la muerte.
Et veneficus. Hechicero, envenenador.
Ubi igitur. ¿Pues en donde me hablais? y es que estaba ya de la otra parte del Euphrates.

mihi ? nempe ultra Euphratem suum. Summum ergo dotis quam promittit, terminum castra mea transeunt. Hinc me depellite, ut sciam vestrum esse, quod ceditis. Eadem liberalitate dat mihi filiam suam, nempe quam scio alicui servorum suorum nupturam. Multum vero mihi præstat, si me Mazæo generum præponit! Ite, nuntiate regi vestro, & quæ amisit, & quæ adhuc habet, præmia esse belli: hoc regente utriusque terminos regni, id quemque habiturum, quod proximæ lucis assignatura fortuna est, & me in Asiam non venisse, ut ab aliis acciperem, sed ut aliis darem. Si secundus, & non par mihi vellet haberi; facerem forsitan, quæ petit. Ceterum, nec mundus duobus solibus potest regi; nec duo summa regna salvo statu terrarum potest habere. Proinde aut deditionem hodie, aut in crastinum bellum paret: nec aliam sibi, quam expertus est, polliceatur fortunam.

EX LIBRO QUINTO.

Oratio Nabarzanis Dario suadentis ut fiduciariam regni possessionem Besso tradat, donec Asia decedat hostis. C. 9.

Scio me sententiam esse dicturum prima specie haud quaquam auribus tuis gratam. Sed medici quoque graviores morbos asperis remediis curant; & gubernator, ubi naufragium timet, iactura, quidquid servari potest redimit. Ego tamen, non ut damnum quidem facias, suadeo; sed te ac regnum tuum salubri rarione coverserves. Dis adversis bellum inimus, & pertinax fortuna Persas urgere non desinit. Novis initiis & ominibus opus est. Auspicium & imperium alii trade interim, qui tandiu rex appelletur, donec Asia decedat hostis; victor deinde regnum tibi reddat. Hoc autem brevi futurum ratio promittit. Bactra intacta sunt, Indi & Sagæ in tua potestate: tot populi, tot exercitus, tot equitum pedi-

tum-

Si me mazæo. Si me antepone á Mazeo haciéndome su yerno.
Præmia esse. Son premios que yo he ganado con las armas.
Hoc regente. Siendo el Juez, ó Arbitro la guerra.
Proximæ lucis. Lo que al dia siguiente señalase á cada uno la fortuna.

IX.

Inimus. Emprendimos, empezamos.
Et ominibus. Es necesario mirar otros principios, y otros presagios, porque al empezar las guerras consultaban á los Agoreros.
Auspicium. La conducta, el mando.
Brevi. sup. *Tempore.*

dituinque millia ad renovandum bellum vires paratas habent; ut maior belli moles supersit, quam exhausta sit. Quid ruimus belluarum ritu in perniciem non necessariam? Fortium virorum est magis mortem contemnere, quam odisse vitam. Sæpe tædio laboris ad vilitatem sui compelluntur ignavi: at virtus nihil inexpertum omittit. Itaque ultimum omnium mors est, ad quam non pigre ire satis est. Proinde si Bactra, quod tutissimum receptaculum est, petimus; præfectum regionis eius Besum, regem temporis gratiâ statuamus. Compositis rebus, iusto regi tibi fiduciarum restituet imperium.

EX LIBRO OCTAVO.

Oratio Callisthenis adversus Cleonem, qui divinos honores Alexandro haberi iubebat. C. 5.

Si rex sermoni tuo adfuisset, nullius profectus vos responsuri tibi desideraretur: ipse enim peteret, ne in peregrinos ritus degenerare se cogeres, neu rebus felicissime gestis invidiam tali adulationi contraheres. Sed quoniam abest, ego tibi pro illo respondeo, nullam esse eiusdem & diuturnum & præcocem fructum; cælestesque honores non dare te regi, sed auferre. Intervallo enim opus est, ut credatur Deus, semperque hanc gratiam magnis viris posteri reddunt. Ego autem seram immortalitatem precor regi; ut vita diuturna sit, & æterna maiestas. Hominem consequitur aliquando, nunquam comitatur divinitas. Herculem modo & patrem Liberum consecratæ immortalitatis exemplar referebas. Credisne illos unius convivii decreto deos factos? Prius ab oculis mortalium amolita natura est, quam in cœlum fama preveheret. Scilicet ego & tu, Cleo, deos facimus! à nobis divinitatis suæ auctoritatem

Belluarum ritu. A modo de fieras.
Ad vilitatem. Al desprecio de sí mismo.
Inexpertum. Nada dexa sin tentar.
Fiduciarium. Confiado, prestado.
V.
Nullius profecto. No faltaria quien respondiese, esto es, el mismo Alexandro.
Nullum esse. No hay fruto alguno que sea á un tiempo duradero y temprano ó primerizo.
Intervallo. De mucho tiempo.
Seram. Que muera tarde para lograr la immortalidad; lo dice porque deseaba viviese mucho.
Consequitur aliquando. Le sigue alguna vez despues de su muerte.
Amolita. Se consumió con los trabajos, y desapareció, &c.

tem accepturus est rex? Potentiam tuam experiri libet: fac aliquem regem, si deum potes facere: facilius est imperium dare, quam cœlum. Dii propitii sine invidia, quæ Cleo dixit, audierint; eodemque cursu, quo fluxere res, ire patiantur: nostris moribus velint nos esse contentos. Non pudet patriæ; nec desidero, ad quem modum rex mihi colendus sit, à victis discere: quos victores esse confiteor, si ab illis legis, queis vivamus, accipimus.

EX LIBRO NONO.

Oratio Alexandri, Milites ad penetrandum in interiore Indiæ Cohortantis. C. 2.

Non ignoro, milites, multa quæ terrere vos possent, ab incolis Indiæ per hos dies de industria esse iactata: sed non est improvisa vobis mentientium vanitas. Sic Ciliciæ fauces, sic Mesopotamiæ campos; sic Tigrim & Euphratem, quorum alterum vado transivimus, alterum ponte, terribilem fecerant Persæ? Nunquam ad liquidum fama perducitur: omnia illa tradente, maiora sunt vero: nostra quoque gloria, quum sit ex solido, plus tamen habet nominis, quam operis. Modo quis belluas offerentes mœnium speciem, quis Hydaspem amnem, quis cetera auditu maiora, quam vera, sustinere posse credebat? olim hercule fugissemus ex Asia, si nos fabulæ debellare potuissent. Creditisne elephantorum greges maiores esse, quam usquam armentorum sunt? quum & rarum sit animal, nec facile capiatur, multoque difficilius mitigetur. Atqui eadem vanitas copias peditum equitumque numeravit: nam flumen, quo latius fusum est, hoc placidius stagnat: quippe angustis ripis coercita, & in angustiorem alveum eli-

Non pudet. Nos avergonzamos de y nuestra patria.

II.

Esse iactata. Se han esparcido.
Non est improvisa. No os viene de nuevo la vanidad de los mentirosos.
Nunquam. La fama nunca llega á poner en claro las cosas.
Quum sit. Siendo real, efectiva, ó sólida.
Offerentes. Que parecen muros.
Debellare. Combatir.
Greges mayores esse. Que son mayores en número que los rebaños que hay en parte alguna.
Eadem vanitas. La misma vanidad de los mentirosos ó ponderativos.
Quo latius fusum. Quanto mas ancho es, tanto mas se encharca.
Coercita. Los rios ceñidos de estrechas márgenes.

elisa, torrentes aquas invehunt: contra spatio alvei segnior cursus est. Præterea in ripa omne periculum est, ubi applicantes navigia hostis exspectat. Ita quantumcumque flumen intervenit, idem futurum discrimen est evadentium in terram.

Sed omnia ista vera esse fingamus: utrumne vos magnitudo belluarum, an multitudo hostium terret? Quod pertinet ad elephantes, præsens habemus exemplum: in suos vehementius quàm in nos incurrerunt; tam vasta corpora securibus, falcibusque mutilata sunt. Quid autem interest totidem sint, quot Porus habuit an tria millia? quum uno aut altero vulneratis, ceteros in fugam declinare videamus. Inde paucos quoque incommode regunt: congregata vero tot millia ipsa se elidunt; ubi nec stare, nec fugere potuerint inhabiles vastorum corporum moles. Equidem sic animalia ista contemsi, ut, quum haberem, ipse non opposuerim; satis gnarus plus suis, quam hostibus, periculi inferre. At enim equitum peditumque multitudo vos commovet! Cum paucis enim pugnare soliti estis, & nunc primum inconditam sustinebitis turbam. Testis adversus multitudinem invicti Macedonum roboris Granicus amnis; & Cilicia inundata cruore Persarum; & Arbela, cuius campi devictorum à nobis ossibus strati sunt. Sero hostium legiones numerare cœpistis, postquam solitudinem in Asia vincendo fecistis. Quum per Hellespontum navigaremus, de paucitate nostra cogitandum fuit: nunc nos Scythæ sequuntur: Bactriana auxilia præsto sunt, Dahæ sogdianique inter nos militant. Nec tamen illi turbæ confido: vestras manus intueor; vestram virtutem, rerum, quas gesturus sum, vadem prædèmque habeo. Quamdiu vobiscum in acie stabo, nec meos nec hostium exercitus numerabero: vos modo animos mihi plenos alacritatis ac fiduciæ adhibete. Non in limine operum laborumque nostrorum, sed in exitu stamus:

Elisa torrentes. Comprimida el agua á cauces muy estrechos, llevan su corriente precipitada.
Spatio alvei. En una madre ancha.
Vasta corpora. Los grandes cuerpos de los elefantes.
Inhabiles. Inutiles, Inmoviles.
Satis gnarus. Sabiendo bien.
Cum paucis. Habla con emphasis, ó irónicamente.
Strati sunt. Sembrados de huesos.
Vadem prædemque. Por fianza, y fiadora.
In acie. En la batalla.
Sed in exitu. Sino que estamos para concluir.

mus: pervenimus ad solis ortum & occasum: ni obstat ignavia, inde victores, perdomito fine terrarum, revertemur in patriam. Nolite, quod pigri agricolæ faciunt, maturos fructus per inertiam è manibus amittere. Maiora sunt periculis præmia: dives eadem & imbellis est regio. Itaque non tàm ad gloriam vos duco, quàm ad prædam. Digni estis, qui opes, quas illud mare littoribus invehit, referatis in patriam: digni, qui nihil inexpertum, nihil metu omissum relinquatis.

Per ego vos gloriamque vestram, qua humanum fastigium excedistis: perque & mea in vos, & in me vestra merita, quibus invicti contendimus; oro quæsoque, ne humanarum rerum terminos adeuntem alumnum commilitonemque vestrum, ne dicam regem, deseratis. Ceteris vobis imperavi: hoc unum debiturus sum. Et is vos rogo, qui nihil unquam vobis præcepi, quin primus me periculis obtulerim; qui sæpe aciem clypeo meo texi: ne infregeritis in manibus meis palmam, qua Herculem Liberumque patrem, si invidia abfuerit, æquabo. Date hoc precibus meis, & tamen obstinatum silentium rumpite. Ubi est ille clamor alacritatis vestræ index? ubi ille meorum Macedonum vultus? Non agnosco vos milites: nec agnosci videor à vobis: surdas iamdudum aures pulso: adversus animos & infractos excitare conor. *Quumque illi in terram dimissis capitibus, tacere perseverarent*; Nescio quid, *inquit*, imprudens in vos deliqui, quod me ne intueri quidem vultis, in solitudine mihi videor esse: nemo respondet; nemo saltem negat. Quos alloquor? quid autem postulo? vestram gloriam & magnitudinem vindicamus. Ubi sunt illi, quorum certamen paulo ante vidi contendentium, qui potissimum vulnerati regis corpus exciperent? Desertus, destitutus sum, hostibus deditus. Sed solus quoque ire perseverabo: obiicite me tumultibus & belluis, & illis gentibus, quarum nomina horretis: inveniam qui-

Maiora. Mayores son los premios que los riesgos.

Littoribus invehit. Arroja á las orillas.

Humanum fastigium. La dignidad humana.

Quibus. En lo que altercamos mutuamente sin ceder, esto es, en hacerme vosotros beneficios, y yo á vosotros.

Hoc unum. En eso os estaré obligado.

Aciem. Las filas.

Ne infregeritis. Que no me saqueis de entre las manos la palma, &c.

Vulneratis regis. De Alexandro.

Qui desertum. Quienes sigan al que vosotros desamparais.

qui desertum à vobis sequantur. Scythæ Bactrianique erunt mecum, hostes paulo ante, nunc milites nostri. Mori præstat, quam precario imperatorem esse. Ite reduces domos; ite deserto rege ovantes. Ego hic à vobis desperatæ victoriæ, aut honestæ morti locum inveniam.

EX SALUSL. BELLO CATILINARIO.

Oratio Cæsaris ad Senatum.

L. Omnis homines, Patres conscripti, qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia, ira, misericordia vacuos esse decet: haud facile animus verum providet, ubi illa officiunt; neque quisquam omnium lubidini simul & usui paruit: ubi intenderis ingenium, valet: si lubido possidet, ea dominatur; animus nihil valet. Magna mihi copia est memorandi, qui reges, atque populi, ira, aut misericordia impulsi, male consuluerint: sed ea malo dicere, quæ maiores nostri, contra lubidinem animi sui, recta atque ordine facere. Bello Macedonico, quod cum rege Perse gessimus, Rhodiorum civitas, magna, atque magnifica, quæ Populi Romani opibus creverat, infida, atque adversa nobis fuit: sed postquam bello confecto de Rhodiis consultum est, maiores nostri, ne quis divitiarum magis, quam iniuriæ causa bellum inceptum diceret, impunitos eos dimisere; item bellis Punicis omnibus cum sæpe Carthaginienses & in pace, & per inducias multa nefaria facinora fecissent, nunquam ipsi per occasionem talia fecere: magis, quod se dignum foret, quam quod

Mori præstat. Mejor es morir.
Quam precario. Que ser General admitido á fuerza de súplicas.
Reduces. Salvos.

L.

Vacuos esse. Conviene que esten libres del odio, amistad &c.
Ubi illa. Quando median, ó dominan aquellas pasiones.
Libidini simul. A su utilidad, y deleyte.
Magnæ mihi. Tengo abundancia de exemplos que proponer.
Male consuluerint. Tomaron mal consejo ó determinacion: como Tigranes, que por haberse compadecido de Mitridates, perdió quasi todo su Reyo.
Contra lubidinem. Contra la mala inclinacion de su naturaleza.
Atque ordine. Y segun el buen orden.
Rege Perse. Perses Rey de Macedonia, vencido y cautivado por Paulo Emilio, fue traido á Roma en triunfo con sus hijos, y murió en la carcel de tristeza.
De Rhodiis. Que determinacion tomarian sobre los Rhodios.
Per occasionem. Nunca hicieron tal cosa, aunque tuvieron proporcion para ello.
Quod se dignum. Lo que era digno de su magestad.

quod in illos iure fieri posset, quærebant. Hoc item vobis providendum est, P. C. ne plus valeat apud vos P. Lentuli, & ceterorum scelus, quam vestra dignitas, neu magis iræ vestræ, quam famæ consulatis. Nam si digna pœna pro factis eorum reperitur, novum consilium approbo: sin magnitudo sceleris omnium ingenia exsuperat; iis utendum censeo, quæ legibus comparata sunt. Plerique eorum, qui ante me sententias dixerunt, composite atque magnifice casum reipublicæ miserati sunt: quæ belli sævitia esset, quæ victis acciderent, enumeravere: rapi virgines, pueros: divelli liberos à parentum complexu: matres familiarum pati, quæ victoribus collibuissent: fana atque domos expoliari; cædem, incendia fieri; postremo armis, cadaveribus, cruore atque luctu omnia compleri. Sed, per deos immortales, quo illa oratio pertinuit? an, uti vos infestos coniurationi faceret? scilicet, quem res tanta, atque tam atrox non permovit, eum oratio accedent? Non ita est: neque cuiquam mortalium iniuriæ suæ parvæ videntur; multi eas gravius æquo habuere, sed alia aliis licentia est, P. C. qui dimissi in obscuro vitam agunt, si quid iracundia deliquere, pauci sciunt: fama atque fortuna eorum pares sunt: qui magno imperio præditi, in excelso ætatem agunt, eorum facta cuncti mortales movere. Ita in maxuma fortuna minima licentia est, neque studere, neque odisse, sed minime irasci decet. Quæ apud alios iracundia dicitur, ea

Et ceterorum. Y de los demas conjurados.

Consulatis. Mireis.

Novum consilium. La determinacion nueva de quitarles la vida, porque no era lícito condenar á muerte á un Caballero Romano, solo sí desterrarlo.

Omnium ingenia. Excede á todos los suplicios que cualquiera pueda inventar, su maldad.

Comparata sunt. Establecidos por las leyes.

Composite atque. Con adorno, y gran aparato de palabras ponderaron las miserias de la Republica.

Matres familiarum. Que las madres de familia sufrian lo que gustaba el vencedor.

Quo illa oratio. ¿A qué fin se encaminaba aquella oracion?

Infestos. Enemigos.

Scilicet. Sin duda, que al que no movió tan grande, y atroz maldad, le moveria, &c. *Ironía.*

Iniuriæ suæ. Sus injurias le parecen pequeñas.

Gravius. Por mayores de lo que eran.

Sed alia. Pero cada uno tiene sus privilegios particulares.

Pauci sciunt. Lo saben pocos, porque no son hombres conocidos, y así es tan obscura su fama como su estado.

In excelso. En lugar visible para la vida.

Minima. Ninguna libertad.

Neque studere. Ni es permitido apasionarse, ni aborrecer, &c.

ea in imperio superbia, atque crudelitas appellatur. Equidem ego sic existumo, P. C. omnis cruciatus minores, quam facinora illorum, esse: sed plerique mortales postrema meminere: & in hominibus impiis, sceleris eorum obliti, de pœna disserunt, si ea paulo severior fuerit, D. Silanum, virum fortem, atque strenuum, certo scio, quæ dixerit, studio reipublicæ dixisse, neque illum in tanta re gratiam, aut inimicitias exercere, eos mores, eamque modestia viri cognovi. Verum sententia eius mihi non crudelis (quid enim in tales homines crudele fieri potest?) Sed aliena à republica nostra videretur. Nam profecto aut metus, aut iniuria te subegit, Silane, consulem designatum, genus pœne novum decernere. De timore, supervacaneum est disserere, cum præsertim diligentiâ clarissimi viri consulis, tanta præsidia sint in armis. De pœna, possum equidem dicere id quod res habet, in luctu atque miseriis, mortem ærumnarum requiem, non cruciatum esse; eam cuncta mortalium mala dissolvere: ultra neque curæ, neque gaudio locum esse. Sed, per Deos immortales, quamobrem in sententiam non addidisti, ut prius verberibus in eos animadverteretur? an, quia lex Porcia vetat? at aliæ leges item condemnatis civibus animam non eripi, sed exsilium permitti iubent: an quia gravius est verberari, quam necari? quid aut acerbum, aut nimis grave est in homines tanti facinoris convictos? sin quia levius est: qui convenit in minori negotio legem timere, cum eam in maiori neglc-

Quam facinora. Que las maldades de los conjurados.

Postrema meminere. Se acuerdan solo de lo último que sucede.

Disserunt. Disputan.

Strenuum. Bizarro.

Studio reipublicæ. Por amor á la República.

Re gratiam. Ni el favor, ni el odio le mueven.

In tales homines. ¿Qué crueldad podrá ejecutarse contra tales conjurados?

Te subegit. Te obligó.

Supervacaneum. Es superfluo el disputar.

Viri consulis. Del Consul Ciceron.

Id quod. Lo que es en la realidad.

Eam. La muerte.

Ultra. Que despues de la muerte ya no hay ni cuidados, ni alegria.

In sententiam. Añadiste á la sentencia.

Prius. Antes de darles el último suplicio.

Lex Porcia. Por esta ley se prohibia el que ningun Caballero Romano fuese azotado.

Sin quia. Pero si es porque es menos ser azotado que muerto.

Qui convenit. A qué viene temer la ley, &c.

In maiori. En el mayor suplicio. La oracion es impersonal.

glexeris? At enim quis reprehendet, quod in parricidas reipublicæ decretum erit? tempus, dies, fortuna, cuius lubido gentibus moderatur; illius merito accidet, quidquid evenerit. Ceterum vos, P. C. quid in alios statuatis, considerate: omnia mala exempla ex rebus domesticis orta sunt; sed ubi imperium ad ignaros cives, aut minus bonos pervenit; novum illud exemplum ab dignis, & idoneis ad indignos & non idoneos transfertur.

LI. Lacedæmonii, devictis Atheniensibus, triginta viros imposuere; qui rempublicam eorum tractarent. In primo cœpere pessimum quemque, & omnibus invisum, indemnatum necare: populus lætari & merito dicere fieri; post ubi paulatim licentia crevit, iuxta bonos, & malos lubidinose interficere, ceteros metu terrere, ita civitas servitute oppressa stultæ lætitiæ graves pœnas dedit. Nostra memoria victor Sulla, cum Damasippum & alios huiusmodi, qui malo reipublicæ creverant, iugulari iussit, quis non factum eius laudabat? Homines scelestos, & factiosos, qui seditionibus rempublicam exagitaverant, merito necatos aiebant. Sed ea res magnæ initium cladis fuit. Nam uti quisque domum, aut villam, postremo aut vas, aut vestimentum alicuius concupiverat, dabat operam, ut is

Decretum erit. Lo que estuviese establecido.

Tempus, dies. Dias, y meses, y mutacion de estado, ó de fortuna, &c.

Cuius lubido. A cuyo arbitrio se gobierna todo el mundo.

Illis merito. A los conjurados.

LI.

Triginta viros. Los Lacedemonios habiendo vencido á los Athenienses, les dieron treinta varones para gobernar su República: estos se tomaron tanto dominio, que degeneraron en Tiranos, matando sin tiento, y robando á los principales de Athenas, hasta que Trasibulo vengó á la ciudad de esta afrenta, y los arrojó de ella.

Indemnatum. A condenarle sin oirle.

Ea. Por esta causa.

Merito dicere. Y á decir que se hacia con razon.

Licentia. La libertad, la desenvoltura.

Iusta. A quitar la vida por antojo tanto á buenos como á malos.

Graves pœnas. Pagó gravemente el castigo de su necedad.

Nostra. En nuestros tiempos el vencedor Syla. *Véase* el Indice.

Damasippum. Este era el partido de Mario, hombre de baja esfera, que hizo sacrificar muchos nobles del partido de Syla, y por ostentacion hizo llevar sobre el patíbulo el cuerpo trunco del Tribuno de la plebe Carbon Arvina. *Véase* el Indice.

Qui malo. Que con daño del público se habian enriquecido.

Exagitaverant. Habian perturbado.

Nam. Porque segun á cada uno se le antojaba, &c.

is in proscriptorum numero esset. Ita illi, quibus Damasippi mors letitiæ fuerat, paulo post ipsi trahebantur: neque prius finis iugulandi fuit, quam Sulla omnes suos divitiis explevit. Atque ego hoc non in M. Tullio, neque his temporibus vereor. Sed in magna civitate multa & varia ingenia sunt. Potest alio tempore, alio consule, cui item exercitus in manu sit, falsum aliquid pro vero credi. Ubi hoc exemplo, per senati decretum, consul gladium eduxerit, quis illis finem statuet, aut quis moderabitur?

LII. Maiores nostri, P. C. neque consilii, neque audaciæ unquam eguere; neque superbia obstabat, quo minus instituta aliena, si modo proba erant, imitarentur. Arma atque tela militaria ab samnitibus, insignia magistratum ab Tuscis pleraque sumserunt: postremo, quod, ubique apud socios, aut hostes idoneum videbatur, cum summo studio domi exsequebantur: imitari, quam invidere bonis malebant. Sed eodem illo tempore Græciæ morem imitati verberibus animadvertebant in cives, de condemnatis supplicium sumebant. Postquam respublica adolevit, & multitudine civium factiones valuere, circumveniri innocentes, aliaque, huiuscemodi fieri cœpere: tunc lex Porcia, aliæque leges paratæ sunt; quibus legibus exilium damnatis permissum est. Hanc egò causam, P. C. quo minus novum consilium capiamus, in primis magnam puto. Profecto virtus, atque sapientia maior in illis fuit, qui ex parvis opibus tantum imperium fecere, quam in nobis, qui

In proscriptorum. Que le escribiesen entre los que debian perder sus bienes.
Ipsi trahebantur. Estos mismos eran llevados á la muerte.
Omnes suos. A todos sus soldados.
Ingenia. Genios, inclinaciones.
Cui item. Que tenga tambien exercito, como le tenia Ciceron.
Ubi hoc. Quando con tal ejemplo el Consul desenvaynase la espada con decreto, &c.

LII.

Eguere. Necesitaron.
Instituta aliena. Las costumbres, ó leyes estrangeras.
Insignia. Como la silla curul, las mazas con hacha, la túnica purpúrea.
Ab tuscis. Tarquinio Prisco Rey de los Etruscos, reconocido en Roma por su Príncipe, les introdujó el adorno triunfal, y consular, &c.
Domi exsequebantur. En Roma lo ponian por obra.
Græciæ morem. A imitacion de los Griegos castigaban con azotes á los Ciudadanos Romanos.
Condemnatis. Convencidos de crimen capital.
Circumveniri. Oprimian á los inocentes con fraudes, y dolos.
Quo minus. Para que no, &c.

qui ea bene parta vix retinemus. Placet igitur eos dimitti, & augere exercitum Catilinæ? minime: sed ita censeo publicandas eorum pecunias, ipsos in vinculis habendos per municipia, quæ maxime opibus valent; neu quis de iis postea ad senatum referat, nève cum populo agat; qui aliter fecerit, senatum existimare, eum contra rempublicam, & salutem omnium facturum.

Oratio Catonis ad Senatum.

LIV. Longe mihi alia mens est, P. C. cum res atque pericula nostra considero, & cum sententias nonnulorum mecum ipse reputo. Illi mihi disseruisse videntur de pœna eorum, qui patriæ, parentibus, aris, atque focis suis bellum paravere; res autem monet cavere ab iliis magis, quam, quid in illos statuamus, consultare. Nam cetera maleficia tum persequare, ubi facta sunt, hoc nisi provideris, ne accidat, ut evenit, frustra iudicia implores. Capta urbe nihil sit reliqui victis. Sed per deos immortales, vos ego appello, qui semper domos, villas, signa, tabulas vestras pluris, quam rempublicam fecistis: si ista cuiuscumque modi sint, quæ amplexamini, retinere, si voluptatibus vestris otium præbere vultis: expergiscimini aliquando, & capessite rempublicam. Non agitur de vectigalibus, neque de sociorum iniuriis: libertas, & anima nostra in dubio est. Sæpenumero, P. C. multa verba in hoc ordine feci, sæpe de luxuria, atque avaritia nostrorum civium questus sum: multosque mortales ea causa adversos

Ea bene parta. Lo bien adquirido.
Placet igitur. Dirá alguno: luego quieres que se les dé por libres &c.
Per municipia. Ciudades libres del Imperio Romano.
Referat. Vuelva á renovar su defensa en el Senado.
Existimare. Creó debe juzgar el Senado, &c.

LIV.

Longe mihi. Muy distinto es mi juicio del que ha hecho Jul. Cesar.
Atque focis. Sus Dioses penates, ó sus casas.
Ab iliis. Los conjurados.
Maleficia tum. Entonces podreis castigar las demas maldades. Es oracion indefinida, ó impersonal.
Nihil sit. Ninguna esperanza queda.
Ego apello. Llamo, invoco.
Signa. Estatuas, esculturas.
Tabulas. Pinturas.
Fecistis. Estimasteis mas que la República.
Retinere. Si quereis conservar.
Et capessite. Empezad á cuidar atentamente de la Republica.
In dubio est. En riesgo, peligro &c.
Quæstus sum. Me queje.
Adversos habeo. Tengo por enemigos.

sos habeo: qui mihi, atque animo meo nullius unquam delicti gratiam fecissem, haud facile alterius lubidini malefacta condonabam: sed ea tametsi vos parvi pendebatis; tamen respublica firma erat: opulentiam negligentiam tolerabat. Nunc vero non id agitur, bonisne, an malis moribus vivamus: neque quantum, aut quam magnificum imperium populi R. sit: sed, cuius hæc cumque modi videntur, nostra, an nobiscum unâ hostium futura sint.

LV. Hic mihi quisquam mansuetudinem, & misericordiam nominat? iam pridem equidem nos vera rerum vocabula amissimus, quia bona aliena largiri, liberalitas, malarum rerum audacia, fortitudo vocatur: eo respub. in extremo sita est. Sint sane, quoniam ita se mores habent, liberales ex sociorum fortunis: sint misericordes in furibus ærarii: ne illi sanguinem nostrum largiantur, & dum paucis sceleratis parcunt, bonos omnes perditum erant. Bene, & composite C. Cæsar paulo ante in hoc ordine de vita, & morte disseruit, credo falsa existimans ea, quæ de inferis memorantur: diverso itinere malos à bonis loca terra, inculta, fœda, atque formidolosa habere; itaque censuit, pecunias eorum publicandas, ipsos per municipia in custodiis habendos; videlicet timens, ne, si Romæ sint, aut à popularibus coniurationis, aut à multitudine conducta, per vim eripiantur. Quasi vero mali, atque scelesti tantummodo in urbe, & non per totam Italiam sint, aut non ibi plus possit audacia, ubi ad defen-

Gratiam fecissem. Jamas me perdoné.
Condonabam. Con dificultad perdónaba.
Parvi pendebatis. Estimabais en poco.
Negligentiam tolerabat. La abundancia de riquezas podia tolerar nuestra negligencia en el gobierno.
Cuius est. De qualquier modo que sean estas costumbres del Imperio Romano.
Futura sint. Si han de ser nuestras, y juntamente de los conjurados.

LV.

Hic. Ahora alguno me opondrá la misericordia.
Vocabula. Los nombres de las cosas habian degenerado, se habian trastornado.
Eo respub. A tal estremo ha llegado la Republica.
Sociorum fortunis. De los bienes de los aliados.
In furibus. Inter fures vel erga.
Ne. A lo menos no les den nuestras vidas.
Perditum eant. No destruyan á todos los buenos.
Inferis. Lo que se dice del otro mundo, de las penas de los malos, que Minos, Radamanto y Eaco les imponian, *Véase* el Indice.
Per vim. No los quiten por fuerza. los conjurados de Catilina, los què son fautores ó cómplices de su conjuracion; plebeyos, &c.

fendendum opes minores sunt. Quare vanum equidem hoc consilium est, si periculum ex illis metuit: sed in tanto omnium metu solus non timet; eo magis refert, me mihi atque vobis timere.

LVI. Quare cum de P. Lentulo ceterisque statuetis, pro certo habetote, vos simul de exercitu Catilinæ & de omnibus coniuratis decernere: quanto vos attentius ea agetis; tanto illis animus infirmior erit: si paululum modo vos languere viderint; iam omnes feroces aderunt. Nolite existimare, maiores nostros armis rempublicam ex parva magnam fecisse. Si ita res esset, multo pulcerrimam eam nos haberemus, quippe sociorum, atque civium, præterea armorum, atque equorum maior nobis copia, quam illis est. Sed alia fuere, quæ illos magnos fecere, quæ nobis nulla sunt; domi industria, foris iustum imperium; animus in consulendo liber, neque delicto, neque lubidini obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam, atque avaritiam, publice egestatem, privatim opulentiam: laudamus divitias: sequimur inertiam: inter bonos, & malos discrimen nullum: omnia virtutis præmia ambitio possidet. Neque mirum, ubi vos separatim sibi quisque consilium capitis, ubi domi voluptatibus, hic pecuniæ, aut gratiæ servitis; eo fit, ut impetus fiat in vacuam rempublicam. Sed ego hæc omitto. Coniura vere nobilissimi cives patriam incendere. Gallorum gentem, infestissimam nomini Romano, ad bellum arcessunt: dux hostium cum exercitu supra caput est. Vos cunctamini etiam nunc, & dubitabitis, quid, intra mœnia deprehensis hostibus, fa-

Opes minores. Donde hay menores fuerzas para la defensa.
Sin. Pero si.
Eo magis. Tanto mas importa el que yo tema mi daño, y el vuestro. LVI.
Languere. Aflojar, descaecer.
Feroces. Al punto ensoberbecidos con el buen suceso se presentarán.
In consulenda. En deliberar.
Obnoxius. Sujeto.
Pro his. En vez de estas virtudes.
Publice. En la Republica, miseria, Pobreza.
Discrimen. Ninguna diferencia.
Sibi. Para si solo.
Hic pecuniæ. Aquí en el Senado, sentencias, ó por el dinero, ó por el favor como decia Yugurta. *Urbem venalem, & mature perituram, si emptorem invenerit.*
In vacuam. Agotada de dinero, y bienes.
Infestissimam. Muy enojada contra el gobierno de Roma.
Arcessunt. Llaman, excitan.
Supra caput est. Le tenemos sobre nosotros, como que estaba en Etruria.
Vos cunctamini. Os deteneis, vais dilatando.

faciatis? Misereámini censeo. Deliquere homines adolescentuli per ambitionem: atque etiam armatos dimittatis. Næ ista vobis mansuetudo, & misericordia, si illi arma ceperint, in miseriam vertet. Scilicet res ipsa aspera est, sed vos non timetis eam: imo vero maxime: sed inertia & mollitia animi, álius alium exspectantes, cunctamini; videlicet diis immortalibus confisi, qui hanc rempublicam in maximis sæpe períeulis servare. Non votis, neque supliciis muliebribus auxilia deorum parantur; vigilando, agendo, bene consulendo, prospere omnia cedunt: ubi socordiæ tete, atque ignaviæ tradideris, nequicquam deos implores; irati, infestique sunt. Apud maiores nostros A. Manlius Torquatus bello Gallico filium suum, quod is contra imperium in hostem pugnaverat, necari iussit, atque ille egregius adolescens immoderatæ fortitudinis, morte pœnas dedit. Vos de crudelissimis parricidiis quid statuatis cunctamini? videlicet cetera vita eorum huic sceleri obstat. Verum parcite dignitati Lentuli, si ipse pudicitiæ, si famæ suæ, si diis aut hominibus unquam ullis pepercit: ignoscite Cethegi adolescentiæ, nisi iterum iam patriæ bellum fecit. Nam quid ego de Gabinio, Statilio, Cepario loquar? quibus si quidquam pensi unquam fuisset, non ea consilia de republica habuissent. Postremo patres Conscripti, si mehercle peccato locus esset, facile paterer vos ipsa re cogi, quoniam mea verba contemni-

Censeo. Itonia; creo debeis compadeceros de ellos.
Armatos. Armados contra la patria.
Næ. Sin duda.
In miseriam. En calamidad.
Res ipsa. La conjuracion.
Cunctamini. Vais dando treguas en cosa que necesita pronto remedio, así Lucano: *Tolle moras: nocuit semper differre paratus.*
Supliciis. Ni con rogativas de las mugeres.
Prospere omnia. Salé todo bien.
Nequicquam. En vano se implora á los Dioses, ofendidos de la negligencia.
Torquatus. Se llamó Torquato por el collar que quitó á un Capitan Frances que venció junto á Anlano.
Filium suum. Tito Manlio. Hablan mandado los Cónsules, que nadie pelease fuera del exército, para restablecer la disciplina militar. Tito habiendo salido á registrar el campo enemigo, provocado de Gemino Mecio, dió sobre él, le mató, y despojó; pero su padre le hizo quitar la vida despues de azotado, diciéndole: *Potius est obedire, quam vincere.*
Immoderatæ. Intempestivo valor.
Cetera vita. La vida pasada.
Quidquam pensi. Algun miramiento.
Peccato locus. Si se pudiese tolerar el pecado sin daño de la República.
Ipsa. Con el mismo acontecimiento, éxito, fin de estas cosas.

mnitis: sed undique circumventi sumus. Catilina cum exercitu in faucibus urget: alii intra mœnia, atque in sinu urbis sunt hostes; neque parari, neque consuli quidquam occulte potest: quo magis properandum est. Quare ita ego censeo; cum nefario consilio sceleratorum civium respublica in maxuma pericula venerit, hique indicio T. Volturtii, & legatorum Allobrogum convicti, confessique sunt, cædem, incendia, aliaque fœda, atque crudelia facinora in cives, patriamque paravisse; de confessis, sicut de manifestis rerum capitalium, more maiorum, supplicium sumendum.

Oratio Catilinæ, qua suos milites adhortatur.

Compertum ego habeo, milites, verba viris virtutem non addere; neque ex ignavo strenuum, neque fortem ex timido exercitum oratione Imperatoris fieri. Quanta cuiusque animo audacia natura, aut moribus inest, tanta in bello patere solet. Quem neque gloria, neque pericula excitant, nequicquam hortere, timor animi auribus officit. Sed ego vos, quo pauca monerem, advocavi: simul uti causam consilii mei aperirem. Scitis equidem, milites, socordia, atque ignavia Lentuli quantam ipsi, nobisque cladem attulerit; quoque modo, dum ex urbe præsidia opperio, in Galliam proficisci nequiverim. Nunc vero quo in loco res nostræ sint, iuxta mecum omnes intelligitis. Exercitus hostium duo, unus ab urbe, alter à Gallia obstant. Diutius in his locis esse, si maxume animus ferat, frumenti, atque aliarum rerum egestas prohibet. Quocumque ire placet, ferro iter aperiundum est. Quapropter vos moneo uti forti atque parato animo sitis: & quum prælium inibitis,

Circumventi sumus. Rodeados de tropas.
Faucibus. En los umbrales de Roma.
Parari. Prevenir, disponer.
Indicio. Por testimonio, por aviso.
De manifestis. Como de manifiestos, y condenados reos.
Supplicium sumendum. Se les ha de castigar con muerte.

Oratio Catilinæ.

Moribus. Por su uso, y costumbre.
Nequicquam hortere. En vano se le aconseja.
Officit. Embaraza, ó embota el oido.
Socordia. La negligencia, y pereza de lentulo.
Ipsi. Como que le dieron garrote en la carcel.
Iuxta mecum. Tan bien como yo.
Unus ab urbe. El uno el del Consul Antonio, para cortarle el paso á Roma; el otro el de Metelo, para cortarle el de Francia.
Si maxume. Aunque mucho lo deseabamos.

tis, memineritis vos divitias, decus, gloriam, præterea libertatem atque patriam in dextrix vestris portare. Si vincimus, omnia nobis tuta erunt; commeatus abunde, municipia atque coloniæ patebunt: sin metu cesserimus, eadem illa adversa fient: neque locus, neque amicus quisquam teget, quem arma non texerint. Præterea milites, non eadem nobis & illa necessitudo impendet: nos pro patria, pro libertate, pro vita certamus: illi supervacaneum est pro potentia paucorum pugnare: quo audacius aggredimini, memores pristinæ virtutis. Licuit vobis cum summa turpitudine in exilio ætatem agere: potuistis nonnulii Romæ amissis bonis alienas opes exspectare. Quia illa fœda atque intoleranda viris videbantur, hæc sequi decrevistis. Si hæc relinquere vultis, audaciâ opus est. Nemo nisi victor, pace bellum mutavit. Nam in fuga salutem sperare, quum arma, quis corpus tegitur, ab hostibus adverteris, ea vero dementia est. Semper in prælio his est maxumum periculum, qui maxime timent. Audacia pro muro habetur. Quum vos considero, milites, & quum facta vestra æstumo, magna me spes victoriæ tenet: animus, ætas, virtus vestra me hortantur: præterea necessitudo, quæ etiam timidos fortis facit. Nam multitudo hostium ne circumvenire queat, prohibent angustiæ loci. Quod si virtuti vestræ fortuna inviderit, cavete, ne inulti animam amittatis: neu capti potius, sicuti pecora, trucidemini, quam virorum more pugnantes, cruentam atque luctuosam victoriam hostibus relinquatis.

Oratio Adherbalis ad Senatum Romanum.

Patres Conscripti, Micipsa pater meus moriens mihi

In dextris. En el valor de vuestras manos.
Teget. sup. *illum.*
Non eadem. No amenaza igual necesidad, ó miseria á los enemigos que á nosotros.
Supervacaneum. Superfluo, escusado.
Aggredimini. Acometed.
Turpitudine. Deshonra.
Quia illa fœda. El vivir desterrado.
Hæc sequi. El oprimir á los poderosos.
Si hæc. Si quereis dexar las armas.
Mutavit. Porque el vencedor da la ley.
Quis por *Quibus.*
Pro muro. En vez de muros.
Æstumo. Contemplo.
Necessitudo. La necesidad.
Fortis. Acusativo.
Circumvenire. El que no nos pueda coger en medio, ó rodear.
Cavete. Guardaos de vender vuestra vida á poca costa.
Sicuti pecora. Como reses.

hi præcepit, uti regni Numidiæ tantummodo procurationem existumarem meam; ceterum ius & imperium penes vos esse: simul eniterer domi militiæque quam maximo usui esse populo Romano; vos mihi cognatorum, vos in locum affinium ducerem: si ea fecissem, in vestrâ amicitiâ exercitum, divitias, monumenta regni me habiturum. Quæ præcepta patris mei quam agitarem, Iugurtha, homo omnium quos terra sustinet, sceleratissimus, contemto imperio vestro, Masinissæ me nepotem, utique ab stirpe socium atque amicum populi Romani, regno fortunisque omnibus expulit. Atque ego, P. C. quoniam eo miseriarum venturus eram, vellem potius ob mea, quam ob maiorum meorum beneficia, posse me à vobis auxilia petere; ac maxume deberi mihi beneficia à populo Romano, quibus non agerem: secundum ea si desideranda erant, uti debitis uterer. Sed quoniam parum tuta per se ipsa probitas est, neque mihi in manu fuit, Iugurtha qualis foret, ad vos confugi, P. C. quibus (quod mihi miserrumum est) cogor prius oneri, quam usui esse. Ceteri reges, aut bello victi in amicitiam à vobis recepti sunt, aut in suis dubiis rebus societatem vestram appetiverunt: familia nostra cum populo Romano bello Carthaginiensi amicitiam instituit, quo tempore magis fides eius, quam fortuna petenda erat.

Quorum progeniem vos, P. C. nolite me nepotem Masinissæ frustrà à vobis auxilium petere. Si ad impetrandum nihil causæ haberem, præter miserandam fortunam; quod paulo ante rex, genere, fama, atque copiis

Ius & imperium. Pero que el derecho, y dominio le tenlais vosotros.
Domi militiæque. En paz, y en guerra.
Maximo usui. Del mayor socorro, servicio, &c.
Vos mihi. Su orden es: *Vos ducerem mihi in locum cognatorum, in locum affinium.* Que os tuviese por deudos, y parientes.
Munimenta. Resguardos, proteccion.
Utique. Como que desde mi origen soy, &c.
Miseriarum. A tal estado de miserias debia llegar.
Ob mea. Por los beneficios que yo os hubiese hecho.
Deberi mihi. Que me debiese el pueblo Romano beneficios de que yo no necesitase.
Secundum ea. Segun los beneficios que me debiese.
In manu. Ni estuvo en mi potestad.
In suis dubiis. Estando sus cosas en riesgo.
Instituit. Empezó á tener amistad.

piis potens, nunc deformatus ærumnis, inops, alienas opes expecto: tamen erat maiestatis populi Romani prohibere iniuriam, neque pati cuiusquam regnum per scelus crescere. Verum ego iis finibus eiectus sum, quos maioribus meis populus Romanus dedit, unde pater & avus meus unâ vobiscum expulere Syphacem & Carthaginienses. Vestra beneficia mihi erepta sunt, P. C. vos in mea iniuria despecti estis. Eheu me miserum? huccine, Micipsa pater, beneficia tua evasere, uti quem tu parem cum liberis tuis regnique participem fecisti, is potissimum stirpis tuæ exstinctor, sit? Nunquamne ergo familia nostra quieta erit? Semperne in sanguine, ferro, fuga versabimur? Dum Carthaginienses incolumes fuere, iure omnia sæva patiebamur; hostis ab latere, vos amici procul, spes omnis in armis erat.

Postquam illa pestis ex Africa eiecta est, læti pacem agitabamus: quippe quis nullus hostis erat, nisi forte quem vos iussissetis. Ecce autem ex improviso Iugurtha, intolerandâ audacia, scelere atque superbiâ sese efferens, patre meo atque eodem propinquo suo interfecto, primum regnum eius sceleris sui prædam fecit: post ubi me iisdem dolis nequit capere, nihil minus quam vim aut bellum exspectantem, in imperio vestro, (sicuti videtis) extorrem patriâ, domo, inopem & coopertum miseriis effecit, ut ubivis tutius quam in meo regno essem. Ego sic existumabam, P. C. uti prædicantem audiveram patrem meum: qui vestram amicitiam diligentes colerent, eos multum laborem suspicere, ceterum ex omnibus maxume tutos esse. Quod in familia nostra fuit, præstitit, ut in omnibus bellis adesset vobis: nos uti per otium tuti simus, in manu vestra est, P. C. Pater

Ærumnis. Miserias.
Erat maiestatis. Pertenecia á la magestad, &c.
Per scelus. Por hechos iniquos como los de Yugurta.
Unde pater. De cuyos límites mi padre Micipsa, y mi abuelo Masinisa arrojaron, &c.
Huccine. En esto vinieron á parar.
In potissimum. Este Yugurta precisamente ha de ser el que destruya tu familia?
Hostis ab Porque tenian inmediatos á los Cartagineses sus enemigos.
Illa pestis. Aludè á la destruccion de Cartago.
Quis por *Quibus.*
Sese efferens. Enlazándose.
Ut ubivis. Que en cualquier parte estuviese mas seguro, &c.
Multum laborem. Porque los Romanos tenian entonces muchos enemigos.
In familia. Por lo que toca a nuestra familia.

ter nos duos fratres reliquit: tertium Iugurtham beneficiis ratus est nobis coniunctum fore. Alter eorum necatus: alter ipse ego manus impias vix effugi. Quid agam? aut quo potissimum infelix accedam? Generis præsidia omnia extincta sunt. Pater uti necesse erat, naturæ concessit: fratri, quem minume decuit, propinquus per scelus vitam eripuit: affinis, amicos, propinquos ceteros meos, alium alia clades oppressit: capti ab Iugurtha, pars in crucem acti, pars bestiis obiecti sunt: pauci, quibus relicta est anima, clausi in tenebris cum mœrore & luctu, morte graviorem vitam exigunt. Si omnia, quæ autamisi, aut ex necessariis adversa facta sunt, incolumnia manerent: tamen, si quid ex improviso mali accidisset, vos implorarem, P. C. quibus pro magnitudine imperii ius & iniurias omnis curæ esse decet.

Nunc vero exsul patria, domo, solus atque omnium honestarum rerum egens, quos accedam? aut quos appellem? Nationesne? an Reges qui omnes familiæ nostræ ob vestram amicitiam infesti sunt. An quoquam mihi adire licet, ubi non maiorum meorum hostilia monumenta plurima sint? An quisquam nostri misereri potest, qui aliquando vobis hostis fuit? Postremo Masinissa nos ita instituit, P. C. ne quem colerimus nisi populum Romanum; ne societates, ne fœdera nova acciperemus: abunde magna præsidia nobis in vestra amicitia fore; si huic imperio fortuna mutaretur, una occidendum nobis esse. Virtute ac Diis volentibus, magni estis & opulenti: omnia secunda & obedientia sunt: quo facilius sociorum iniurias curare licet. Tantum illud vereor, ne quos privata amicitia Iugurthæ parum cogni-

Coniunctum fore. Que con los beneficios seria amigo nuestro.
Alter eorum. Hiempsal.
Generis. Todos los socorros de nuestra familia se extinguieron.
Naturæ concessit. Murió.
Quem minume. A quien en nada lo merecia.
Alium alia. Cada uno murió de su modo.
Morte graviorem. Mas pesada que la muerte.
Incolumia. Sin daño.
Iniurias omnis. La justicia, y la injusticia deben ser todo el cuidado vuestro, ó para premiar, ó para castigar.
Monumenta plurima. Muchas memorias, ó monumentos de mis antepasados, de hostilidades hechas contra vuestros enemigos.
Una occidendum. Juntamente debiamos acabar nosotros.
Curaret licet Podeis cuidar de vengar las injurias de los aliados.
Tantum illud. Solo una cosa temo.
Ne quos. Que no trastorne á algunos.

gnita transversos agat: quos ego audio maxuma ope niti, ambire, fatigare, vos singulos, ne quid de absente, incognitâ causâ, statuatis: fingere me verba, & fugam simulare, cui licuerit in regno manere.

Quod utinam illum, cuius impio facinore in has miserias proiectus sum, eadem hæc simulantem videam: & aliquando aut apud vos, aut apud Deos immortalis rerum humanarum cura oriatur: ut ille, qui nunc sceleribus suis ferox atque præclarus est, omibus malis excruciatus, impietatis in parentem nostrum, fratris mei necis, mearumque miseriarum gravis pœnas reddat. Iamiam, frater animo meo carissume, quanquam tibi immaturo, & unde minume decuit, vita erepta est: tamen lætendum magis, quam dolendum puto casum tuum. Non enim regnum, sed fugam, exsilium, egestatem, & has omnis, quæ me premunt, ærumnas cum anima simul amisisti. At ego infelix in tanta mala præcipitatus, pulsus ex patrio regno, rerum humanarum spectaculum præbeo: incertus quid agam, tuasne iniurias persequar, ipse auxilii egens; an regno consulam, cuius vitæ necisque potestas ex opibus alienis pendet. Utinam emori fortunis meis honestus exitus esset: ne vivere contemtus viderer, si defessus malis iniuriæ concessissem. Nunc quoniam neque vivere lubet, neque mori licet sine decore, P. C. per vos, per liberos atque parentes vestros, per maiestatem populi Romani, subvenite misero mihi: ite obviam iniuriæ: nolite pati regnum Numidiæ, quod vestrum est, per scelus, & sanguinem familiæ nostræ tabescere.

Oratio Marii ad Quirites. Ibid.

Scio ego, Quirites, plerosque non iisdem artibus imperium à vobis petere, & postquam adepti sunt, gere-

Niti, ambire. Estan empeñados, y andan rodeando, y fatigando, &c.
De absente Sin oir á Yugurta, y sin conocimiento de causa, &c.
Cui licuerit. Quando pude quedarme en mi Reyno.
Iamiam. Apostrophe á su hermano difunto Hiempsal.
Immaturo. En la flor de tu edad, y en el estado en que era mas injusto.
Tuasne. Si vengaré, &c.
Emori. sup. *Licuerit.*
Concessissem. Cediese á la injuria.
Tabescere. Se corrompa, aniquile.

Oratio Marii.

Quirites. Ciudadanos Romanos.
Non iisdem. Os piden el consulado, y pretura no por los mismos medios.
Gerere. Administrarlo.

rere: primo, industrios, supplices, modicos esse; dein per ignaviam & superbiam ætatem agere. Sed mihi contra videtur. Nam quo universa Respublica pluris est quam Consulatus aut Prætura, eo maiore cura illam administrari, quam hæc peti debere. Neque me fallit, quantum cum maxumo beneficio vestro negotii sustineam. Bellum parare simul & ærario parcere; cogere ad militiam eos, quos nolis offendere; domi forisque omnia curare, & ea agere inter invidos, occursantis, factiosos; opinione, Quirites, asperius est. Ad hoc, alii si deliquere, vetus nobilitas, maiorum fortia facta, cognatorum & affinium opes multæ clientelæ, omnia hæc præsidio adsunt: mihi spes omnes in memet sitæ: quas necesse est & virtute & innocentia tutari: nam alia infirma sunt. Et illud intelligo, Quirites, omnium ora in me conversa esse: æquos, bonosque favere; quippe benefacta mea Reipublicæ procedunt: nobililatem locum invadendi quærere, quo mihi acriùs adnitendum est, uti neque vos capiamini, & illi frustra sint. Ita ad hoc ætatis à pueritia fui, ut omnis labores & pericula consueta habeam.

Quæ ante vestra beneficia gratuitò faciebam, ea uti accepta mercede deseram, non est consilium, Quirites. Illis difficile est in potestatibus temperare, qui per ambitionem sese probos simulavere: mihi, qui omnem ætatem in optimis artibus egi, benefacere iam ex consuetudine in naturam verti. Bellum me gerere cum Iugurtha iussistis: quam rem nobilitas ægerrume tulit. Quæ-

Primo. Quando empiezan á pretender son diligentes, humildes, modestos, &c.
Pluris est. Se estima mas.
Quam hoc. Que pretender estas dignidades.
Quantum. Quan grande empleo, cargo.
Parcere. No agotar el erario.
Opinione. Es mas duro de lo que se piensa.
Multæ clientelæ. Sus muchos prohijados.
Tuturi. Defenderlos con la inocencia.
Infirma sunt. Porque carecia de riquezas, &c.
Omnium ora. Que los ojos de todos están puestos en mí.
Favere. Los justos, y buenos me favorecen.
Procedunt Se dirigen al bien de la República.
Quærere. Los nobles buscan camino para combatirme.
Et illi. Y ellos se cansan en vano en quererme dañar.
Ad hoc ætatis. Desde mi niñez hasta la edad en que me hallo, estoy acostumbrado, &c.
Non est consilium. No soy de parecer.
Ægerrume. Llevó muy mal.

Quæso, reputate cum animis vestris, num id mutari melius sit, quem ex illo globo nobilitatis ad hoc, aut aliud tale negotium mittatis, hominem veteris prosapiæ, ac multarum imaginum & nullius stipendii; scilicet ut in tanta re ignarus omnium trepidet, festinet, sumat aliquem ex populo monitorem officii sui. Ita plerumque evenit, uti, quem vos imperare iussistis, is sibi Imperatorem alium quærat. At ego scio, Quirites, qui postquam Consules facti sunt, acta maiorum, & Græcorum militaria præcepta legere cœperint: homines præposteri. Nam gerere, quam fieri, tempore posterius, re atque usu prius est. Comparate nunc, Quirites, eum illorum superbia me hominem novum. Quæ illi audire & legere solent, eorum partem vidi, alia egomet gessi. Quæ illi litteris, ea ego militando didici.

Nunc vos existumate, facta, an dicta pluris sint, Contemnunt novitatem meam, ego illorum inaviam: mihi fortuna, illis probra obiectantur. Quanquam ego naturam unam, & communem omnium existumo; sed fortissimum quemque generosissimum esse. Ac si iam ex patribus Albini aut Bestiæ quæri posset, mene, an illos ex se gigni maluerint, quid responsuros, creditis, nisi sese liberos quam optumos voluisse? Quod si iure despiciunt me, faciant idem maioribus suis; quibus, uti mihi ex virtute nobilitas cœpit. Invident honori meo; ergo invideant labori, innocentiæ, periculis etiam meis, quoniam per hæc illum cepi. Verum homines corrupti superbia, ita ætatem agunt, quasi honores vestros con-

te-

Reputate cum. Pensad allá en vuestros ánimos.
Et nullius. Que jamás militó.
Scilicet. A saber. Ironía.
Monitorem. Un maestro de lo que debe hacer.
Alium quærat. Busque otro que le instruya á él.
Acta maiorum. La historia de los Reyes antiguos.
Homines præposteri. Son hombres que todo lo trastornan.
Nam gerere. Porque el administrar el consulado es posterior á la creacion de Cónsul en el tiempo; pero en la experiencia, y el uso debe ser primero; esto es haber aprendido á ser Cónsul antes de serlo.
Me hominem. El que siendo de familia obscura empezó por sus obras á ser visible.
Novitatem. Mi nobleza de cuatro dias.
Illis probra. A los nobles dan en rostro con sus maldades.
Ex patribus. A los progenitores de aquellos nobles Cónsules que en Africa nada hicieron bien.
Per hæc illum. Pues por medio de estas cosas alcance aquel honor.

temnat: ita hos petunt, quasi honeste vixerint. Næ illi falsi sunt, qui diversissimas res pariter exspectant, ignaviæ voluptatem, & præmia virtutis. Atque etiam quum apud vos, aut in senatu verba faciunt, pleraque oratione, maiores suos extollunt; suorum fortia facta memorando, clariores sese putant: quod contra est. Nam, quanto vita illorum præclarior, tanto horum socordia flagitiosior. Et profecto ita se res habet: Maiorum gloria posteris lumen est, neque bona, neque mala eorum in occulto patitur. Huiusce rei ego inopiam patior, Quirites. Verum, id quod multo præclarius est, meamet facta mihi dicere licet. Nunc videte, quam iniqui sint. Quod ex aliena virtute sibi arrogant, id mihi ex meo non concedunt: scilicet, quia imagines non habeo, & quia mihi nova nobilitas est: quam certe peperisse melius est, quam acceptam corrupisse. Equidem ego non ignoro, si iam mihi respondere velint, abunde illis facundam, & compositam orationem fore.

Sed in maximo vestro beneficio, quum omnibus locis me vosque maledictis lacerent, non placuit reticere: ne quis modestiam in conscientiam duceret. Nam me quidem, ex animi sententia, lædere nulla oratio potest: quippe vera, necesse est bene prædicet; falsam vita moresque mei superant. Sed quoniam vestra consilia accusantur, qui mihi summum honorem, & maximum negotium imposuistis; etiam atque etiam reputate, num id pœnitendum sit. Non possum, fidei causâ, imagines neque triumphos, aut Consulatus maiorum meorum ostentare: at si res postulet, hastas vexillum, phaleras, alia dona militaria, præterea cicatrices adverso cor-

Næ illi falsi. Ciertamente viven engañados los nobles, que &c.
Socordia. Su cobardía es mas culpada.
In occulto. sup *Esse.*
Huiusce rei. De hazañas de sus antepasados.
Corrupisse. Que envilecer la nobleza heredada de los mayores.
Comporita. Adornada.
In conscientiam. La tuviese por tácito conocimiento de mis delitos.
Ex animi. Segun el juicio que hago de mí.
Quippe vera. Porque un discurso verdadero, &c.
Falsam. Al discurso falso, mi vida, &c.
Et maximum. La guerra contra Yugurta.
Fidei causa. Para que se me dé crédito.
Vexillum, phaleras. Vanderas de los enemigos, y adornos, ó jaeces ganados en batallas.
Adverso corpore. Recibidas cara á cara.

corpore. Hæc sunt meæ imagines, hæc nobilitas non hereditate relicta, ut illa illis, sed quæ ego plurimis meis laboribus & periculis quæsivi. Non sunt composita verba mea. Parvi id facio. Ipsa se virtus satis ostendit: illis artificio opus est, ut turpia facta oratione tegant. Neque litteras Græcas didici. Parum placebat eas discere, quippe quæ ad virtutem doctoribus nihil profuerunt At illa multo optima Reipublicæ doctus sum; hostis ferire; præsidia agitare; nihil metuere, nisi turpem famam; hyemem & æstatem iuxta pati: humi requiescere; eodem tempore inopiam & laborem tolerare. His ego præceptis milites hortabor: neque illos arcte colam, me opulenter, neque gloriam meam laborem illorum faciam. Hoc est utile, hoc civile imperium. Namque, quum tute per mollitiem agas, exercitum supplicio cogere, est hoc dominum, non imperatorem esse. Hæ atque alia maiores vestri faciundo, seque remque publicam celebravere. Quis nobilitas ficta, ipsa dissimilis moribus, nos illorum æmulos contemnit; & omnes honores, non ex merito, sed quasi debitos, à vobis repetit. Ceterum homines superbissumi procul errant. Maiores eorum omnia quæ licebat, illis reliquêre; divitias, imagines, memoriam sui præclaram: virtutem non reliquêre, neque poterant. Ea sola neque datur dono, neque accipitur. Sordidum me & incultis moribus aiunt: quia parum scite convivium exorno: neque histrionem ullum: neque pluris pretii coquum, quam villicum, habeo. Quæ mihi lubet confiteri, Quirites. Nam & ex parente meo, & ex aliis sanctis viris ita

Parvi id facio. Estimo poco el hablar con adorno.
Oratione. Con discursos llenos de adorno.
Quippe. Como que nada aprovecharon para alcanzar la virtud á los que la enseñan.
Multo optima. Mucho mas útiles á la República.
Præsidia agitare. Arrojar las guarniciones enemigas de las ciudades.
Iuxta. Igualmente.
Neque illos. Ni los trataré á ellos con mezquindad, á mí con opulencia.
Per mollitiem. Vivir regaladamente.
Supplicio cogere. Obligarle con castigos.
Celebravere. Ilustraron, esclarecieron.
Nobilitas. Los nobles confiados en aquellas virtudes.
Illorum. De los antiguos.
Sordidum me. Asqueroso, y rústico modales.
Parum scite. Con poca urbanidad.
Histrionem. No uso de algun farsante.
Neque. Ni aprecio mas á un cocinero, que á un jornalero.

ita accepi, munditias mulieribus, viris labores convenire: omnibusque bonis oportere plus gloriæ, quam divitiarum esse: arma, non suppellectilem, decori esse.

Quin ergo, quod iuvat, quod carum æstumant, id semper faciant: ament, potent: ubi adolescentiam habuere, ibi senectutem agant, in conviviis, dediti ventri & turpissumæ parti corporis: sudorem, pulverem & alia talia relinquant nobis, quibus illa epulis iucundiora sunt. Verum non ita est. Nam ubi se flagitiis dedecoravere, turpissumi viri, bonorum præmia ereptum eunt. Ita iniustissume luxuria & ignavia, pessumæ artes, illis, qui coluere eas, nihil officiunt, Reipublicæ innoxiæ cladi sunt. Nunc, quoniam illis quantum mores mei, non illorum flagitia poscebant, respondi: pauca de republica loquar.

Primum omnium, de Numidia bonum habetote animum, Quirites. Nam quæ ad hoc tempus Iugurtham tutata sunt, omnia removistis; avaritiam, imperitiam, superbiam. Dein exercitus ibi est locorum sciens, sed mehercule magis strenuus, quam felix. Nam magna pars eius avaritia aut temeritate ducum attrita est. Quamobrem, vos, quibus militaris ætas est, adnitimini mecum, & capessite Remp. Neque quemquam ex calamitate aliorum, aut imperatorum superbiâ metus ceperit. Egomet in agmine atque in prælio consultor idem & socius periculi vobiscum adsto: meque vosque in omnibus rebus iuxta geram. Et profecto, diis iuvantibus, omnia matura sunt, victoria, præda, laus: quæ si dubia, aut procul essent, tamen omnis bonos Reipubli-

cæ

Munditias. Adornos, curiosidades, son propios de las mugeres.

Quin ergo. ¿Por qué pues no harán siempre lo que gustan, y que mucho estiman?

Ubi adolescentiam. En los exercicios que pasaron la juventud, pasen la vejez.

Quibus illa. A quienes el sudor, el polvo, &c.

Ereptum eum. Quitan los premios á los buenos.

Pessumæ. Vicios muy infames nada dañan á los que los practicaron, pero, &c.

Innoxiæ cladi. A la República inocente.

Tutata sunt. Las cosas que han defendido á Yugurta.

Ibi est. En Numidia hay un exército práctico en el conocimiento del terreno.

Magis strenuus. Mas fuerte.

Quibus militaris. Que teneis edad para tomar las armas.

Et capessite. Tomad á vuestro cargo la defensa de la República.

Ex calamitate. De la infelicidad de otros que militaron en Numidia.

Consultor idem. Seré vuestro consejero y compañero.

Iuxta geram. Sin diferencia me portáre.

cæ subvenire decet. Etenim nemo ignavia immortalis factus; neque quisquam parens liberis, uti æterni forent, optavit; magis, uti boni honestique vitam exigerent. Plura dicerem, Quirites, si timidis virtutem verba adderent. Nam strenuis abunde dictum puto.

Oratio Sullæ ad Bocchum Regem.

Rex Bocche, magna lætitia nobis est, quum te talem virum dii monuere ut aliquando pacem, quam bellum malles: neu te optumum cum pessumo omnium Iugurtha miscendo commaculares; simul nobis demeres acerbam necessitudinem, pariter te errantem, & illum sceleratissumum persequi. Ad hoc, populo Romano iam à principio inopi melius visum amicos, quam servos quærere: tutiusque rati, volentibus, quam coactis imperitare. Tibi vero nulla opportunior amicitiâ nostrâ: primum, quod procul absumus; in quo offensæ minumum gratia, par ac si prope adessemus: dein, quod parentes abunde habemus, AMICORUM neque nobis, neque cuiquam omnium satis fuit. Atque hoc utinam à principio tibi placuisset, profecto ex populo Romano ad hoc tempus multo plura bona accepisses, quam mala perpessus es. Sed quoniam humanarum rerum fortuna pleraque regit, cui scilicet placuit & vim & gratiam nostram experiri, nunc, quando per illam licet, festina; atque uti cœpisti, perge. Multa atque opportuna habes quo facilius errata officiis superes. Postremo hoc in pectus tuum demitte, nunquam populum Romanum beneficiis victum esse. Nam bello quid valeat, tute scis.

ORA-

Oratio Sullæ.

Dii monuere. Te infundieren siendo tan enemigo de la paz.
Necessitudinem La dura necesidad.
Persequi. Zeuma.
Iam à principio. Pobre desde el principio de su fundacion.
Nostra. Que nuestra amistad.
In quo offensæ. En lo que no puede haber daño alguno.
Quod parentes. Que nos obedecen.
Experiri, sup. *Te.*
Per illam. Ya que la fortuna te lo concede.
Uti cœpisti. Y como empezaste acaba.
Quod facilius. Con que poder con servicios satisfacer á tus yerros.
Numquam. Que jamas ninguno excedió en hacer bien al pueblo Romano.

ORATIONES EX T. LIVII HISTORIA.

EX LIBRO SECUNDO.

Oratio P. Val. Publicolæ ad Populum. C. 7.

Nunquam ne ergo ulla adeo à vobis spectata virtus erit, ut suspicione violari nequeat? Ego, me illum accerrimum Regum hostem, ipsum cupiditatis regni crimen subiturum timerem? Ego, si in ipsa arce Capitoliaque habitarem, metui me crederem posse à civibus meis? Tam levi momento mea apud vos fama pendet? Adeone est fundata leviter fides, ut ubi sim, quam qui sim, magis referat? Non obstabunt P. Valerii ædes libertati vestræ, Quirites; tuta erit vobis Velia. Deferam non in planum modo ædes, sed colli etiam subiiciam: ut vos supra suspectum me civem habitetis. In Velia ædificent, quibus melius quam P. Valerio creditur libertas.

EX LIBRO TERTIO.

Oratio Legatorum Valerii, & Horatii ad plebem in Sacro monte. C. 53.

Quæ consilii fuerunt, adeo æqua postulatis, ut ultro vobis deferenda fuerint. Libertati enim ea præsidia petitis, non licentiæ ad impugnandos alios. Ire vestræ magis ignoscendum, quam indulgendum est: quippe qui cru-

VII.

Ulla adeo. Será tan respetable.

Me illum. Este Publicola era el Cónsul, compañero de Junio Bruto, quienes arrojaron de Roma á los Reyes Tarquinios. Muerto Bruto, como no se le señaló sucesor, y él se mantenia solo Consul, y fabricaba en la parte mas alta del monte Palatino una casa, el vulgo empezó á murmurar diciendo: que se queria hacer Rey, y por eso arguye á *repugnantibus.*

Metui. Creeria poder ser temido de mis Ciudadanos.

Levi momento. En tan poco estriba, &.

Ut ubi sim. Por la casa que edificaba.

Magis referat. Que se ha de atender mas, &c.

Velia. Asi se llamaba lo mas alto del monte Palatino donde hacia la casa.

Sed colli. Sino que la pondré debajo del monte Palatino, esto es, que el monte la cubra.

Creditur libertas. Se confia la libertad.

XIII.

Quæ consilii. En vuestra pretension; que se reducia á que se quitasen los diez varones, y en su lugar se creasen Tribunos de la Plebe, como antiguamente.

Ea præsidia. Los tribunos defensores, &c.

Indulgendum. Que contemporizar.

crudelitatis odio in crudelitatem ruitis: & prius pene quam ipsi liberi sitis, dominari iam in adversarios vultis. Nunquam ne quiescet civitas nostra à suppliciis, aut Patrum in Plebem Romanam, aut plebis in Patres? Scuto vobis magis quam gladio opus est. Satis superque humilis est, qui iure æquo in civitate vivit, nec inferendo iniuriam, nec patiendo. Etiam, si quando metuendos vos præbituri estis, quum, recuperatis magistratibus, legibusque vestris, iudicia penes vos erunt de capite nostro, fortunisque, tunc, ut quæque causa sit, statuetis: nunc libertatem repeti satis est.

EX LIBRO SEXTO.

Oratio M. Furii Camilli ad milites perterritos hostium numero. C. 7.

Quæ tristitia, milites, hæc? quæ insolita cunctatio est? Hostem, an me, an vos ignoratis? Hostis est quid aliud, quam perpetua materia virtutis, gloriæque vestræ? Vos contra, me duce, (ut Falerios, Veiosque captos, & in capta patria Gallorum legiones cæsas taceam) modo trigeminæ victoriæ triplicem triumphum ex his ipsis Volscis, & Æquis & ex Etruria egistis. An me, quod non dictator vobis, sed Tribunus signum dedi, non agnoscitis ducem? Neque ego maxima imperia in vos desidero, & vos in me nihil præter me ipsum intueri decet. Neque enim dictatura mihi unquam animos fecit, ut ne exsilium quidem ademit. Iidem igitur omnes sumus: & quum eadem omnia in hoc bellum afferamus, quæ in priora attulimus; eventum eundem belli exspectemus. Simul concurreritis, quod quisque didicit ac

In crudelitatem. Contra la crueldad de los Decemviros.

Quam ipsi. Que vosotros esteis libres de los Decemviros.

A suppliciis. Disensiones, oposiciones.

Iure æquo. No quiere decir que todos sean iguales, sino cada uno segun su condicion.

Iudicia penes. En vuestro poder estará el juzgar de nuestra vida, &c.

VII.

Cunctatio. ¿Qué detencion es esta? La guerra se hacia contra los de Aucio, que traian un exército muy numeroso, pero quedaron vencidos.

Trigeminæ victoriæ. Como la victoria de los tres hermanos Horacios.

Tribunus. Porque solo era Tribuno de los soldados con potestad Consular.

Maxima imperia. Grande dominacion ó potestad.

Animos fecit. Me dió valor.

Simul concurreritis. Luego que acometais.

ac consuevit, faciet. Vos Vincetis, illi fugient.

EX LIBRO NONO.

Oratio Sp. Postumii, qui sub iugum Consul missus erat, in Senatu, de pace ad Caudium facta. C. 8.

Haud sum ignarus, Consules, ignominiæ, non honoris causâ me primum excitatum; iussumque dicere, non tanquam senatorem, sed tanquam reum, quâ infelicis belli, quâ ignominiosæ pacis. Ego tamen, quod neque de noxa nostra, neque de pœna retulistis, omissâ defenssione, quæ non difficillima esset apud haud ignaros fortunarum humanarum, necessitatumque; sententiam de eo, de quo retulistis, paucis peragam; quæ sententia testis ereit, mihine, an legionibus vestris pepercerim, quum me seu turpi seu necessaria sponsione obstrinxi. Qua tamen, quando in iussu populi facta est, non tenetur populus Romanus: nec quicquam ex ea, præterquam corpora nostra debentur Samnitibus. Dedamur per Feciales, nudi vinctique, exsolvamus religione populum, si qua obligavimus; ne quid divini humanive obstet, quominus iustum piumque de integro ineatur bellum. Interea Consules exercitum scribere, armare, educere placet: nec prius ingredi hostium fines, quam omnia iuxta in deditionem nostram perfecta, erunt. Vos, Dii immortales, precor quæsoque, si vobis non fuit cordi. Sp. Postumium, T. Veturium Consules cum Samnitibus prospere bellum gerera; at vos satis habeatis, vidisse nos sub iugum missos, vidisse sponsione infami obligatos, videre, nudos vintosque hostibus deditos: omnem iram hotium no-

VIII.

Qua infelicis. Ya de una infausta guerra, ya de una ignominiosa paz.

Quando. Puesto que ni de nuestro perjuicio, ni de nuestro suplicio distteis parte, ó hicisteis mencion en el Senado.

De eo. De la ignominiosa paz hecha con los Samnites.

Obstrinxi. Cuando me obligué á una promesa, &c.

Fecialis. Estos eran unos Ministros, que tenian la obligacion de declarar á los enemigos antes de la batalla, las causas de la guerra, y por su medio se admitian, ó no las causas.

Religione. Como en los convenios mediaban ceremonias sagradas, seria escrupuloso no estar á lo pactado.

Consules. Que nuevos Cónsules alisten un exército, &c.

Perfecta erunt. Antes que se haya concluido nuestra entrega, &c.

Non fuit. No llevasteis á bien, &c.

Sub iugum. El habernos hecho pasar por baxo del yugo.

nostris capitibus excipientes: novos Consules legionesque Romanas ita cum Samnite gerere bellum velitis, ut omnia ante nos Consules bella gesta sunt.

EX LIBRO PRIMO ET VIGESIMO.

Oratio Hannonis ad Carthaginienses contra Hannibalem de rupto fœdere. C. 10.

Dixerat Hanno, per Deos fœderum arbitros ac testes, monuisse, prædixisse se ne Amilcaris progeniem ad exercitus mitterent. Non manes, non stirpem eius conquiescere viri: nec unquam donec sanguinis nominisque Barcini quidquam supersit, quietura Romana fœdera. Iuvenem flagrantem cupidine regni, viamque unam ad id cernentem, si ex bellis bella serendo, succinctus armis legionibusque vivat, velut materiam igni præbentes, ad exercitus misistis. Aluistis ergo hoc incendium, quo nunc ardetis. Saguntum vestri circumsident exercitus, unde arcentur fœdere: mox Carthaginem circumsidebunt Romanæ legiones, ducibus iisdem Diis, per quos, priore bello rupta fœdera sunt ulti. Utrum hostem, an vos, an fortunam utriusque populi ignoratis? Legatos à sociis & pro sociis venientes bonus imperator vester in castra non admisit: ius gentium sustulit. Hi tamen unde ne hostium quidem legati arcentur, pulsi ad vos veniunt, rex ex fœdere repetunt. Publica fraus absit: auctorem culpæ & reum criminis

Excipientes. Recibiendo toda la ira de los enemigos sobre nosotros. Esto era reducirse á ser anathemas.

Ante nos. Porque solo ellos fueron los desgraciados.

X.

Fœderum arbitros. Jueces de las alianzas.

Progeniem. El hijo de Amilcar, Hanibal.

Non manes. Que ni las almas de sus difuntos podian estar quietas. Valiente expresion.

Flagrantem. Encendido en deseo de reynar.

Bella serendo. Moviendo y fomentando unas guerras despues de otras.

Velut materiam. Como dando pábulo al incendio.

Unde arcentur. Adonde no podian llegar por razon de la alianza con los Romanos.

Priore bello. En la primera guerra Púnica.

Utrum hostem. Se entienden los Reyes.

Utriusque populi. Romano, y Cartagines.

Pro sociis. Por los Saguntinos. *Véase* Livio.

Ius gentium. Aniquiló el derecho de gentes.

Ad vos veniunt. Estaban allí los Legados de Roma.

Publica fraus. Nada se hará contra la alianza en un consejo público.

nis deposcunt. Quo lenius agunt, segnius incipiunt; eò, quum cœperint, vereor, ne perseverantius sæviant. Ægates insulas, Erycemque ante oculos proponite; quæ terra marique per quatuor & viginti annos passi sitis. Nec puer his dux erat, sed pater ipse Amilcar, Mars alter, ut isti volunt. Sed Tarento tum in Italia non abstinueramus ex fœdere: sicut nunc Sagunto non abstinemus.

Vicerunt ergo Dii hominesque, & id de quo verbis ambigebatur, uter populus fœdus rupisset, eventus belli, velut æquus index, unde ius stabat, ei victoriam dedit. Carthagini nunc Annibal vineas turresque admovet: Carthaginis mœnia quatit ariete. Sagunti ruinæ (falsus utinam vates sim) nostris capitibus incident: susceptumque cum Saguntinis bellum, habendum cum Romanis est. Dedemus ergo Annibalem? dicet aliquis. Scio meam levem esse in eo auctoritatem, propter paternas inimicitias: sed Amilcarem eo periisse lætatus sum, quod, si ille viveret, bellum iam cum Romanis haberemus: & hunc iuvenem, tanquam furiam facemque huius belli, odi ac detestor. Nec dedendum solum ad piaculum rupti fœderis, sed, si nemo deposcat, devehendum in ultimas maris terrarumque oras, ablegandumque eo, unde nec ad nos nomen famaque eius accedere, nec sollicitare quietæ civitatis statum possit. Ego ita censeo, legatos extemplo Romam mittendos, qui senatui satisfaciant. Alios, qui Annibali nuncient ut exercitum ab Sagunto Abducat, ipsumque Annibalem ex fœdere Romanis dedant: tertiam legationem ad res Saguntinis reddendas, decerno.

EX

Segnius. Con mas tardanza ó flojedad.

Ægates insulas. C. Lutacio consul, vencida la armada naval de Cartago junto á la isla Egates, puso fin á la guerra: poco despues Eryce ciudad muy fortalecida, cayó en poder de los Romanos.

Puer hic. Habla con desprecio de Hanibal.

Ut isti volunt. Hannon era muy enemigo de Hanibal, y de sus partidarios.

Non abstinueramus. No perdonamos á Tarento segun lo pedia la alianza.

Ambigebatur. Se disputaba.

Unde ius stabat. Dió la victoria al que tenia derecho.

Carthagini nunc. Porque todo el daño que hiciese Hanibal á Sagunto resultaria en perjuicio de Cartago, y ello fue asi.

Dedemus ergo. Entreguemos pues Hanibal á los Romanos. *Præoccupatio.*

Nec dedendum. Ni solo se debia entregar á este para que espiase la culpa de haber roto la alianza.

Ex fœdere. Segun lo pide la alianza.

Decerno. Los amigos de Hanibal pudieron entonces mas, y se publicó guerra á los Romanos, como queda dicho en Livio.

EX LIBRO SEXTO ET VIGESIMO.

Verba Legatorum Syracusanorum in Senatu adversus M. Marcellum tunc Consulem. C. 30.

Hieronymum ac postea Hippocratem & Epicydem tyrannos, quum ob alia, tum propter defectionem ab Romanis ad Annibalem, invisos fuisse sibi. Ob eam causam & Hieronymum à principibus iuventutis prope publico consilio interfectum; & in Epicydis Hippocratisque cædem septuaginta nobilissimorum iuvenum coniurationem factam: quos, Marcelli morâ destitutos, quia ad prædictum tempus exercitus ad Syracusas non admovisset, indicio facto, omnes ab tyrannis interfectos. Eam quoque Hippocratis atque Epicydis tyrannidem, Marcellum excitasse, Leontinis crudeliter direptis. Nunquam deinde principes Syracusanorum desiisse ad Marcellum transire, pollicerique, se urbem quum vellet, ei tradituros, sed eum primo vi capere maluisse: dein quum id neque terra, neque mari, omnia expertus, potuisset, auctores traditarum Syracusarum fabrum ærarium Sosin, & Mericum Hispanum, quam principes Syracusanorum habere, toties id nequicquam ultro offerentes, præoptasse: quo scilicet iustiore de causa vetustissimos socios populi Romani trucidaret, ac diriperet. Si non Hieronymus ad Annibalem defecisset, sed populus Syracusanus & senatus; si portas Marcello Syracusani publice, & non, oppressis Syracusanis, tyranni eorum Hippocrates & Epicydes clausissent; Si Carthaginiensium animis bellum cum populo Romano gessissent;

XXX.

Quum ob alia. Entre otras cosas por haber dejado el partido Romano por el de Hanibal.

Prope publico. Cuasi como por determinacion pública.

Quos. Los setenta nobles.

Marcelli mora. Por la tardanza de Marcelo, que era el Consul que estaba presente.

Indicio facto. Habiendo dado aviso de la conspiracion á los tiranos.

Marcellum excitasse. Que la excitó Marcelo.

Desiisse ad. Dexaron de ir pasándose al partido de Marcelo.

Quum id. El apoderarse de Zaragoza.

Auctores. Por conductores.

Fabrum ærarium. Fundidor, ó calderero.

Toties id. Que mil veces le prometieron en vano que le entregarian á Zaragoza.

Præoptasse. Que quiso mas.

Si non. Si no hubiera sido Gerónimo el que se pasó al partido de Hanibal, sino el pueblo, y Senado de Zaragoza, &c.

Si portas Marcello. Si públicamente los de Zaragoza hubieran cerrado las puertas á Marcelo, &c.

Si Carthaginiensium. Si con el mismo odio que los Carthaginenses.

sent: quid ultra quam quod fecerit, nisi ut deleret Syracusas, facere hostiliter Marcellum potuisse? Certe præter mœnia & tecta exhausta urbis, & refracta ac spoliata Deum delubra, Diis ipsis ornamentisque eorum ablatis, nihil relictum Syracusis esse. Bona quoque multis ademta: ita ut ne nudo quidem solo, reliquiis direptæ fortunæ alere sese ac suos possent. Orare se Patres Conscriptos, ut, si nequeant omnia, saltem quæ compareant, cognoscique possint, restitui dominis iubeant.

Oracio M. Marcelli Consulis, obiecta sibi à Syracusanis crimina diluentis. C. 30. & 31.

Cum legatos excedere iussisset Lævinus, vetat Marcellus, dicens: Maneant imo; ut coram his respondeam: quoniam ea conditione pro vobis, Patres Conscripti, bella gerimus, ut victos armis accusatores habeamus. Duæ captæ hoc anno urbes, Capua fulvium reum, Marcellum Syracusæ habeant. Non adeo maiestatis populi Romani imperiique huius oblitus sum, Patres Conscripti, ut, si de meo crimine ambigeretur, Consul dicturus causam, accusantibus Græcis, fuerim. Sed non quid ego fecerim, in disquisitionem venit, quam quid isti pati debuerint. Qui si non fuerunt hostes, nihil interest, nunc, an vivo Hierone, Syracusas violaverim. Sin autem desciverunt, legatos nostros ferro atque armis petierunt, urbem, ac mœnia clauserunt, exercitumque Carthaginiensium adversus non tutati sunt; quis passos esse hostilia, quum fecerint, indignatur? Tradentes urbem principes Syracusanorum, aversatus sum: Sosin, & Mericum Hispanum, quibus tantam rem crederem, potiores habui. Non estis, extremi Syrecusanorum; quippe qui aliis

Ut ne nudo. Que ni aun en el desnudo suelo.
Reliquiis direptæ. Con los despojos de sus bienes saqueados.
Orare se. Los Legados de Zaragoza rogaban, &c.
XXX. & XXXI.
Ut victos. Luego eran acusadores sospechosos, porque habiendo sido vencidos estarian agraviados.
Ambigeretur. Se disputase.
Græcis. Los de Sicilia.
In disquisitionem. Es lo que se debe averiguar.
Nihil interest. Lo mismo es que si ahora, &c. ó estando.
Desciverunt. Si se rebelaron.
Passos esse. El que hayan sufrido el rigor del enemigo, habiendose portado como tales.
Quibus tantum. Para poderme fiar de ellos, los tuve por mejores.
Non estis extremi. No sois de los mas villanos de Zaragoza á lo que se ve.

aliis humilitatem obiiciatis. Quis est vestrum, qui se mihi portas aperturum: qui armatos milites meos in urbem acceptum promiserit? Odistis, & exsecramini eos qui fecerunt, & ne hic quidem contumeliis en eos dicendis parcitis: tantum abest, ut & ipsi tali quicquam facturi fueritis. Ipsa humilitas eorum, Patres Conscripti, quam isti obiiciunt, maximo argumento est; me neminem, qui navatam operam Reipublicæ nostræ velit, aversatum esse. Et antequam obsiderem Syracusas, nunc legatis mittendis, nunc ad colloquium eundo, tentavi pacem: & posteaquam neque legatos violandi verecundia erat; nec mihi ipsi congresso ad portas cum principibus, responsum dabatur, multis terra marique exhaustis laboribus, tamen vi atque armis Syracusas cepi. Quæ captis acciderint, apud Annibalem & Chartaginienses victosque iustius, quam apud victoris Romani populi senatum, quererentur. Ego, Patres Conscripti, Syracusas spoliatas si negaturus essem, nunquam spoliis earum urbem Romam exornarem. Quæ autem singulis victor aut ademi aut dedi; cum belli iure, tum ex cuiusque merito, satis scio me fecisse. Ea vos rata habeatis, Patres Conscripti, necne magis Reipublicæ interest, quam mea. Mea quippe fides exsoluta est. Ad Rempub. pertinet, nec acta mea rescindendo, alios in posterum segniores duces faciatis. Et quoniam coram, & Siculorum, & mea verba audistis. Patres Conscripti, simul templo excedemus, ut, me absente, liberius consuli senatus possit.

Oratio P. Scipionis ad milites. Ibid. C. 43.

Ad urbem unam oppugnandam si quis vos adductos cre-

Et ne hic. Ni aun aqui os abteneis de decir injurias contra ellos.
Qui navatam. Que gustase de socorrer, ó favorecer á la República.
Congresso ad portas Habiendo concurrido á las puertas de la ciudad.
Victosque iustius. Con mas razon se quejarán delante de Hanibal, y de los Carthagineses, que &c.
Syracusas. Si yo negase que se saqueó Zaragoza.
Spoliis eorum. Con los despojos de Zaragoza.
Rata habeatis. Que las deis por valídas: bien hechas.
Mea quippe. Cumplí con mi obligacion.
Rescindendo. Anulando.
Simul templo. Juntos saldremos de la Curia.
Liberius consuli. Pueda deliberar mas libremente.

crédit, is magis operis vestri, quam emolumenti rationem exactam, milites habet. Oppugnabitis enim vere mœnia unius urbis, sed in una urbe universam ceperitis Hispaniam. Hic sunt obsides omnium nobilium regum populorumque: qui simul in potestate vestra erunt, extemplo omnia, quæ nunc sub Carthaginiensibus sunt, in ditionem tradent. Hic pecunia omnis hostium, sine qua neque illi gerere bellum possunt, quipe qui mercenarios exercitus alunt; & quæ nobis maximo usui ad conciliandos animos barbarorum erit. Hic tormenta, arma, armamenta, & omnis apparatus belli est; qui simul & vos instruet, & hostes nudavit. Potiemur præterea quum pulcerrima opulentissimaque urbe, tum opportunissima portu egregio: unde terra marique, quæ belli usus poscunt, suppeditentur. Quæ quum magna ipsi habebimus, tum demserimus hostibus multo maiora. Hæc illis arx, hoc horreum, ærarium, armamentarium, hoc omnium rerum receptaculum est. Hinc rectus in Africam cursus est; hæc una inter Pirænеum & Gades stadio: hinc omni Hispaniæ inminet Africa. Sed quoniam vos instructos & ordinatos cognosco; ad Carthaginem novam oppugnandam totis viribus & bono animo transeamus.

EX LIBRO TRIGESIMO.

Oratio Annibalis ad Scipionem de Pace. C. 30.

Si hoc ita fato datum erat, ut qui primus bellum intuli populo Romano, quique toties prope in manibus victoriam habui, is ultro ad pacem petendam venirem; lætor te mihi sorte potissimum datum, à quo peterem. Ti-

XLIII.

In magis. Mejor cuenta ha hecho este de vuestro trabajo, que de su propia utilidad.
Unius urbis. De Cartagena en España, que los exortaba á combatirla.
Qui simul. Que luego que caian en vuestro poder.
In ditionem. Lo transferirán á vuestro dominio.
Mercenarios. Asalariados.
Et quæ. Y estos tesoros, ó dinero.
Opportunissima. Muy util por su noble puerto.
Suppeditentur. Se suministren.
Ærarium, armamentarium. Tesorería, arsenal, y almacen general de todas las cosas.
Hæc una. La única plaza fuerte entre los Pirineos, y Cadiz.
Inminet. Domina.

XXX.

Si hoc ita. Si estaba de tal suerte determinado por los hados.
Te. Scipion.
Peterem. La paz.

Tibi quoque inter multa egregia non in ultimis laudum hoc fuerit, Annibalem, cui tot de Romanis ducibus victoriam Dii dedissent; tibi cessisse, teque huic bello, vestris priusquam nostris cladibus insignis, finem imposuisse. Hoc quoque ludibrium casus ediderit fortuna, ut cum patre tuo consule ceperim arma cum eodem primum Romano imperatore signa contulerim; ad filium eius inermis ad pacem petendam veniam. Optimum quidem fuerat, eam patribus nostris mentem datam à Diis esse, ut & vos Italiæ; & nos Africæ imperio contenti essemus. Neque enim ne vobis quidem Sicilia atque Sardinia satis digna pretia sunt pro tot classibus, tot exercitibus, tot tam egregiis amissis ducibus. Sed præterita magis reprehendi possunt, quam corrigi. Ita aliena appetivimus, ut de nostris dimicaremus, nec in Italia solum vobis bellum, nobis in Africa esset: sed & vos in portis vestris prope ad mœnibus signa armaque hostium vidistis; & nos à Carthagine fremitum castrorum Romanorum exaudimus. Quod igitur nos maxime abominaremur, vos ante omnia optaretis; in meliore vestra fortuna de pace agitur: agimus ii, quorum & maxime interest pacem esse, & qui quodcumque egerimus, ratum civitates nostræ habituræ sint. Animo tantum nobis opus est non abhorrente à quietis consiliis.

Quod ad me attinet, iam ætas, senem in patriam revertentem, unde puer profectus sum, iam secundæ, iam adversæ res ita erudierunt, ut rationem sequi, quam fortunam malim. Tuam & adolescentiam, & perpetuam felicitatem, ferociora utraque, quam quietis o-

Ultimis laudum. No será de tus menores alabanzas, esto es, será la mayor.

Hoc quoque. Y si tambien añadió la fortuna este otro juguete de la casualidad que, &c.

Cum eodem primum. Con el primer General Romano que pelee.

Mentem. Tal pensamiento les hubieran dado los Dioses.

Ut de nostris. Para perder peleando lo nuestro.

Hostium. Del mismo Hanibal, y los suyos.

Exaudimus. El exército que tenia allí Scipion.

Vos ante omnia. Antes qualquier condicion por dura que fuese os vendria ancha, ahora estais en mejor fortuna, &c.

Ratum. Lo han de tener por válido, por hecho.

Ferociora. Hace posicion en terminacion neutra por mas elegancia.

Quam quietis. Querrán antes consejos feroces, que pacíficos.

opus est consiliis, metuo. Non timere incerta casuum reputat, quem fortuna nunquam decepit. Quod ego fui ad Trasimenum, ad Cannas, id tu hodie es. Vix dum militari ætate imperio accepto, omnia audacissime incipientem nusquam fefellit fortuna. Patris & patrui persecutus mortem, ab calamitate vestræ domus decus insigne virtutis, pietatisque eximiæ cepisti: amissas Hispanias recuperasti; quatuor inde Punicis exercitibus pulsis: consul creatus, quum ceteris ad tutandam Italiam parum animi esset, transgressus in Africam, duobus hic exercitibus cæsis, binis eadem hora captis simul incensisque castris, Syphace potentissimo rege capto, tot urbibus regni eius, tot nostri imperii ereptis, me, sextumdecimum iam annum hærentem in possessione Italiæ, detraxisti.

Potest victoriam malle, quam pacem, animus. Novi vobis spiritus magis magnos quam utiles. Et mihi talis aliquando fortuna affulsit. Quod si in secundis rebus bonam quoque mentem darent Dii, non ea solum quæ evenissent, sed etiam eâ, quæ evenire possent, reputaremus. Ut omnium obliviscaris aliorum, satis ego documenti in omnes casus sum. Quem modo castris inter Anienem atque urbem vestram positis, ac iam prope scandentem mœnia Romæ videras; hic cernis, duobus fortissimis viris fratribus, clarissimis imperatoribus orbatum, ante mœnia prope obsessæ patriæ, quibus terrui vestram urbem, ea pro mea deprecantem. Maximæ cuique fortunæ minime credendum est. In bonis tuis rebus, nostris dubiis, tibi ampla ac speciosa danti est pax; nobis petentibus magis necessaria, quam

Incerta casuum. Asi como *aspera montium*, lo áspero de los montes: *opaca domorum*, lo oscuro de la casa; *incerta casuum*, lo incierto de los acontecimientos; eran sustantivados en el plural.

Militari ætate. Habla de Scipion que apénas tenia la edad para ser General.

Binis eadem. Saqueados, y quemados á un mismo tiempo los dos campos.

Reputaremus. Consideraríamos lo venidero. Va con estos rodeos dando consejos, y reprendiendo los humos juveniles de Scipion.

Ego documenti. Puedo ser bastante exemplo de feliz, é infeliz fortuna.

Duobus fortissimis. Tres hermanos habia perdido, Asdrubal, Magon y Hanon: quizá no sabria aun la muerte de Magon.

Ea pro mea. Suplicando por aquellos males, con que aterré vuestra ciudad de Roma.

Maximæ. Ninguno debe fiarse de una gran fortuna.

Tibi ampla. La paz es á ti que la concedes grande, y honorífica.

quam honesta: Melior tutiorque est certa pax, quam sperata victoria. Hac in tua, illa in deorum manu est. Ne tot annorum felicitatem in unius horæ dederis discrimen. Cum tuas vires, tum vim fortunæ: Martemque belli communem propone animo. Utrimque ferrum, corpora humana erunt. Nusquam minus quam in bello eventus respondent. Non tantum ad id, quod data pace, iam habere potes, si prælio vincas, gloriæ adieceris; quantum ademeris, si quid adversi eveniat. Simul parta, ac sperata decora unius hora fortuna evertere potest. Omnia in pace iungenda tuæ potestatis sunt, P. Corneli: tunc ea habenda erit, quam Dii dederint.

Inter pauca felicitatis virtutisque exempla M. Attilius quondam in hac eadem terra fuisset, si victor pacem petentibus dedisset patribus nostris; sed non statuendo tandem felicitati modum nec cohibendo efferentem se fortunam, quanto altius elatus erat, eo fœdius corruit. Est quidem eius, qui dat, non qui petit: conditiones dicere pacis: sed forsitam non indigni simus, qui nobismetipsis multam irrogemus. Non recusamus, quin omnia propter quæ bellum initum est, vestra sint; Sicilia, Sardinia, Hispania, quidquid insularum toto inter Africam Italiamque continetur mari. Carthaginienses, inclusi Africæ littoribus, vos (quando ita Diis placuit) externa etiam terra marique videamus regentes imperia. Haud negaverim, propter non nimis sincere petitam aut exspectatam nuper pacem, suspectam esse vobis Punicam fidem. Multum per quos petita sit, ad fidem tuendæ pacis, pertinet, Scipio. Vestri quoque (ut audio) Patres non nihil etiam ob hoc, quia parum dignitatis in legatione erat, negaverunt pacem. Annibal peto pacem: qui neque peterem nisi utilem crederem, & propter eandem utilitatem tuebor eam,

Illa in. La victoria está en poder, &c.
Dederis discrimen. Pongas en riesgo.
Martemque. La suerte comun de la guerra.
Eventus. Se entiende esperados.
Potestatis sunt. En tu mano está.
Tunc ea. Quando se dé la batalla.
Eo fœdius. Cayó con tanta mas afrenta.
Dicere pacis. Proponer las condiciones.
Non indigni. No estamos en estado tan infeliz, que nos condenemos, &c.
Per quos. Por medio de quienes se pidió la paz, esto es, qué dignidad tenian.

dam destitui inter tot armatas gentes Africæ cerneretis, nemo ingemuit. Nunc quia tributum ex privato conferendum est; tanquam in publico funere comploratis. Quam vereor, ne propediem sentiatis levissimo in malo vos hodie lacrymasse!

EX LIBRO TRIGESIMO QUINTO.

Oratio Annibalis ad Antiochum, qua Romanæ amicitiæ suspicionem à se amolitur. C. 19.

Pater Amilcar, Antioche, parvum admodum me, quum sacrificaret, altaribus admotum iureiurando adegit, nunquam amicum fore populi Romani. Sub hoc sacramento sex & triginta annos militavit: hoc me in pace patria mea expulit: hoc patria extorrem in tuam regiam adduxit: hoc duce, si tu spem meam destitueris ubicumque vires, ubi arma esse sciam, huc veniam, toto orbe terrarum quærens aliquos Romanis hostes. Itaque si quibus tuorum meis criminibus apud te crescere libet, aliam materiam crescendi, quam ex me quærant. Odi, odioque sum Romanis. Id me verum dicere pater Amilcar & Dii testes sunt. Proinde quum de bello Romano cogitabis, inter primos amicos Annibalem habeto. Si qua res te ad pacem compellet, in id consilium alium, cum quo deliberes, quærito.

FINIS

Orationum ex Curtio, Sallustio & Livio excerptarum.

VI-

In publico. Asdrubal Hedo reprehendió á Hanibal en el Senado diciéndole que su risa era intempestiva en el sentimiento público, y como esto provenia de que cada uno debia escotar su parte para completar el dinero que pedian los Romanos, Hanibal negó que aquello fuese sentimiento público, y solo era particular.

XIX.

Hoc sacramento. Bajo este juramento, esta palabra.

Hoc. Esta enemistad con los Romanos.

Esse sciam. Scilicet contra Romanos.

Aliquos Romanis. Algunos que sean enemigos de los Romanos.

Si quibus. Si gustan algunos de los tuyos ganar crédito contigo por medio de delitos mios.

Aliam materiam. No el decir que Hanibal era amigo de los Romanos.

In id. Para esta determinacion busca otro con quien deliberar.

VIDA Y ESCRITOS

DE PLINIO EL JOVEN.

Cecilio Plinio Segundo, nieto é hijo adoptivo del Historiador, aunque muy inferior en los talentos de ciencia, fue natural de Cono, y discípulo de Quintiliano: obtuvo de Trajano las mayores dignidades del Imperio, hasta llegar á ser Consul, bajo cuya dignidad peroró el panegírico que aquí se pone; monumento el mayor que de esta especie ha quedado de la antigüedad. Fué un hombre muy humano, y así gobernó siempre los pueblos de su gobierno; y era tanta su compasion, que en presencia de Trajano se atrevió á orar en favor de los Christianos en una grave persecucion que contra ellos se levantó, como se puede ver en la Carta que le escribió sobre este asunto. Seria largo de contar las virtudes y prendas naturales de este benigno, liberal y desinteresado Heroe. Véase su vida en el principio de sus obras. Aunque escribió Oraciones y una Historia de su tiempo, solo tenemos de él una Coleccion de Cartas, y el Panegírico: aquellas son muy buenas, pero inferiores á las de Ciceron, aunque en todas reyna la humanidad y candidez de su ánimo. Este es verdaderamente plausible, y el monumento mayor que en materia de panegíricos nos ha dado la antigüedad.

C. PLINII CAEC. SECUNDI CONSULIS.

PANEGYRICUS

NERVÆ TRAIANO AUGUSTO DICTUS.

ARGUMENTO.

La materia del panegírico son las alabanzas de Tra-

Trajano: le divide en dos puntos; en las acciones de su vida pública y privada. El primer punto le trata con algun órden de tiempo y lugar; empezando desde su adopcion hasta su tercer consulado, en el cual dixo Plinio este Panegírico. Elogia todo lo que hizo en este intermedio con moderacion, liberalidad, benignidad y utilidad del Pueblo, y lo adorna muchas veces con bastante floridez y algo de poético, cuyo estilo no es muy ageno de tales panegíricos. El mismo Plinio en la Ep. 18. à Severo, lib. 3. dice que está seguro de que este estilo festivo y alegre es propio del asunto. Ac mihi quidem confido in hoc genere materiæ lætioris stili constare rationem, &c. *Pero la mayor parte de la alabanza se encierra entre la Toga y la Paz, porque guerras, aunque habia hecho algunas, fue antes de haber ascendido al Imperio, y tenia hasta entonces Trajano mas señales de ser buen General, que hazañas ejecutadas. Despues gasta lo restante en los hechos de su vida privada, en la compostura de su casa, muger y hermana, á las que alaba mucho. Dijo este panegírico siendo Consul Plinio, Por la costumbre que tenian de dar las gracias al Príncipe por su elevacion al Imperio. Pues habiendo sido creado Trajano por tercera vez Cónsul en el mes de Enero, dió á Plinio el Consulado honorario (á estos llamaban Consules sufectos) y le atribuyó los meses de Setiembre y Octubre, en cuyo tiempo y en los primeros dias de su consulado dió al Emperador en su nombre y el de su Colega Tertulo las gracias; y como esto lo hiciese brevemente en el Senado, en atencion al tiempo y lugar, despues lo extendió y amplió en un volumem, que segun era costumbre, lo leyó en tres dias à los amigos que andaban solícitos de las alabanzas del Príncipe. Asi lo dice el mismo Plinio en la espresada Ep. 18. à Severo lib. 3.* Officium consulatus iniunxit mihi, ut reipublicæ nomine Principi gratias agerem. Quod, ego in Senatu quum ad rationem & loci, & temporis ex more fecissem, bono civi convenientissimum credidit, eadem illa spatiosius, & uberius volumine amplecti. *Y este volumen es el panegírico que tenemos; pero no lo dixo así Plinió delante del Emperador, que entonces hubiera sido abrumar, no alabar. Con razon se tie-*

ne

se por el monumento mayor que nos dexó la antigüedad en esta materia.

CAPUT PRIMUM.

Bene ac sapienter, Patres Conscripti, maiores instituerunt, ut rerum agendarum, ita dicendi initium à precationibus capere: quod nihil rite, nihilque providenter homines, sine Deorum immortalium ope, consilio, honore auspicarentur. Qui mos cui potius quam consuli? aut quando magis usurpandus colendusque est, quam quum imperio senatus, auctoritate reipublicæ ad agendas optimo Principi gratias excitamur? Quod enim præstabilius est aut pulcrius munus Deorum, quam castus & sanctus & Dii simillimus Princeps? At si adhuc dubium fuisset, forte casuque rectores terris, an aliquo numine darentur, Principem tamen nostrum liqueret, divinitus constitutum. Non enim occulta potestate fatorum, se ab Iove ipso coram ac palam repertus. Electus est quippe inter aras & altaria, eodemque loci, quem Deus ille tam manifestus se præsens quam cœlum ac sidera insedit. Quo magis aptum piumque est, te, Iupiter optime maxime, antea conditorem, nunc conservatorem imperii nostri, precari, ut mihi digna consu-

Cap. I.

A precationibus. En qualquiera empresa el primer cuidado de los antiguos era consultar á sus Dioses, y hacerles sacrificios.

Nihil rite. Segun el orden de las ceremonias sagradas, que tenia establecidas el colegio de los Augures.

Auspicarentur. Aquí empezar, ó emprender significa.

Qui mos. ¿Quien debe observar mejor esta costumbre, que un Consul?

Colendusque est. Se debe observar.

Rectores. Los Principes.

Darentur. Si se daban los Principes por el acaso ó por la providencia de los Dioses.

Liqueret divinitus. Seria cosa clara que nuestro Principe ha sido elegido por providencia de los Dioses.

Occulta. Desconocida de nosotros.

Repertus. Despreciado Nerva de los soldados por su vejez, habiendo entrado en el Capitolio, exclamó: fausto, y feliz sea el Senado, y Pueblo Romano. Yo Nerva adopto á Trajano, y le hago Cesar.

Aras & altaria. Las aras se consagraban á los Dioses superiores, é inferiores. Los altares solo á los Dioses superiores.

Eodemque loci. En este templo, el Capitolio.

Deus ille. Jupiter Capitolino.

Conditorem. Llama fundador á Jupiter, porque su providencia fue necesaria á Rómulo para fundarlo.

sule, digna senatu, digna Principe contigat oratio: utque omnibus quæ dicentur à me, libertas, fides, veritas constet: tantumque à specie adulationis absit gratiarum actio mea, quantum abest à necessitate.

II. Equidem non consuli modo sed omnibus civibus enitendum reor ne quid de nostro Principe ita dicant, ut idem illud de alio dici potuisse videatur. Quare abeant, ac recedant voces illæ, quas metus exprimebat; nihil quale antea dicamus; nihil enim quale antea patimur, nec eadem de Principe palam quæ prius prædicemus, neque enim eadem secreto loquimur, quæ prius. Discernatur orationibus nostris diversitas temporum, & ex ipso genere gratiarum agendarum intelligatur, cui, quando sint actæ. Nusquam ut Deo nunc, nusquam ut Numini blandiamur. Non enim de tyranno, sed de cive; non de domino, sed de parente loquimur. Unum ille se ex nobis, & hoc magis excellit atque eminet, quod unum ex nobis, putat; nec minus hominem se, quam hominibus præesse meminit. Intelligamus ergo bona nostra dignosque nos illius usu probemus; atque identidem cogitemus quam si indignum, si maius Principibus præstemus obsequium, qui servitute civium, quam qui libertate lætantur. Et populus quidem Romanus dilectum

Conservatorem. Porque primero de Domiciano, despues de las tropas tumultuadas, pasó el Imperio á Trajano, que le conserva sin daño.

Constet. Sea manifiesta.

Tantumque. Y que mi accion de gracias diste tanto de la adulacion como dista de la necesidad.

II.

Equidem. Comprobacion en que toca la cosa con mas claridad.

Ut idem illud. Porque en todo queria Plinio que fuese Trajano singular.

Voces illæ. Las alabanzas que daban á Domiciano, y á otros Emperadores crueles, que eran efecto del miedo.

Nec eadem. No hablamos públicamente del Príncipe lo que antes.

Neque enim. Porque de un Príncipe cruel en público se habla bien, en secreto se maldice.

Eadem secreto. Ocultamente maldecimos de los malos Emperadores.

Prius. Bajo Domiciano, que queria se le llamase, y tuviese por Dios. Despues escribió una carta á sus Procuradores, cuyo principio era: *Dominus, & Deus noster sic fieri voluit*: se mandó que en adelante no se le llamase de otra suerte.

Cui, quando. A quien, y en qué reynado se han hecho, y han tenido por objeto á uno de aquellos Príncipes, que la adulacion figuraba Dioses.

Non enim. Contencion, entre la vida de Domiciano, y Trajano.

Se ex nobis. sup. *Putat esse.*

Hoc magis. Por su humanidad.

Illius usu. De gozar de la libertad que nos concede.

Dilectum. Observa lo mas sobresliente de los Príncipes.

tum Principum servat, quantoque paulo anteà concentu formosum alium, hoc fortissimum personat: quibusque aliquando clamoribus gestum alterius & vocem, huius pietatem, abstinentiam, mansuetudinem laudat. Quid nos ipsi? divinitatem Principis nostri, an humanitatem, temperantiam, facilitatem, ut amor & gaudium tulit, celebrare universi solemus? Iam quid tam civile, tam senatorium, quam illud additum à nobis *Optimi* cognomen? quod peculiare huius & proprium arrogantia priorum Principum fecit. Enimvero quam commune, quam ex æquo, quod *felices nos*, *felicem illum* prædicamus: alternisque votis *hæc faciat*, *hæc audiat* quasi non dicturi, nisi fecerit, comprecamur? Ad quas ille voces lacrymis etiam ac multo pudore suffunditur. Agnoscit enim, sentitque sibi, non Principi dici.

III. Igitur quod temperamentum omnes in illo subito pietatis calore servavimus, hoc singuli quoque meditatique teneamus; sciamusque nullum esse neque sincerius neque acceptius genus gratiarum, quam quod illas acclamationes æmulemur, quæ fingendi non habent tempus. Quantum ad me pertinet laborabo ut orationem meam ad modestiam Principis moderationemque submittam: nec minus considerabo quid aures eius pati possint, quam quid virtutibus debeatur. Magna & in-

Concentu. Solian los jóvenes de mejor voz componer algo en alabanza del Emperador.

Formosum alium. Domiciano, porque fue hermoso y gallardo, de alta estatura, semblante modesto y vigoroso, grandes ojos, pero de corta vista, y una alma fea y negra como carbon.

Huius pietatem. Estas alabanzas hacen vez de narracion.

Gaudium tulit. Segun el amor, y el gozo nos impelen.

Tam civile. Tan comun en Roma, y en el Senado.

Optimi cognomen. Que dar el título de Optimo á los Príncipes, que solo es propio de Júpiter.

Huius. De Trajano.

Principum fecit. Esta breve narracion la estenderá en su lugar.

Alternisque votis. Rogamos con recíprocos deseos de que te hiciese feliz. Rogaba Trajano, que Dios los oyese si él perseverara en merecer la aprobacion del Senado.

Non Principi. Que se dirigen á él, no á su dignidad.

III.

Temperamentum. La moderacion de todos los Senadores.

Pietatis calore. En aquellas repentinas aclamaciones del amor.

Meditatique. Con elogios preparados.

Æmulemur. Que el imitar aquellos elogios, &c.

Quantum ad me. De su persona, y de la del Príncipe: se concilia la atencion.

Submittant. Acortaré mi oracion.

Quid aures. Qué es lo que el puede oir sin sonrojarse.

inusitata Principis gloria, cui gratias acturus non tam vereor, ne me in laudibus suis parcum, quam ne nimium putet. Hæc me cura, hæc difficultas sola circumstat. Nam merenti gratias agere facile est, Patres Conscripti. Non enim periculum est ne, quum loquar de humanitate, exprobrari sibi superbiam credat; cum de frugalitate luxuriam; quum de clementia, crudelitatem; quum de liberalitate, avaritiam; quum de benignitate, livorem; quum de continentia, libidinem; quum de labore, inertiam; quum de fortitudine, timorem. Ac ne illud quidem vereor, ne gratus ingratusve videar, prout satis aut parum dixero. Animadverto enim etiam Deos ipsos non tam accuratis adorantium precibus, quam innocentia & sanctitate lætari, gratioremque existimari, qui delubris eorum puram castamque mentem, quam qui meditatum carmen intulerit.

IV. Sed parendum est senatusconsulto quod ex utilitate publica placuit, ut consulis voce, sub titulo gratiarum agendarum, boni Principes, quæ facerent, recognoscerent; mali, quæ facere deberent. Id nunc eo magis solemne ac necessarium est; quod parens noster privatas gratiarum actiones cohibet & comprimit: intercessurus etiam publicis, si permitteret sibi vetare, quod senatus iuberet. Utrumque, Cæsar Auguste, moderate, & quod alibi tibi gratias agi non sinis, & quod hic sinis. Non enim à te ipso tibi honor iste, sed ab agentibus

Hæc me cura. El no exceder en las alabanzas.
Merenti. Al que lo merece.
Non enim. Como con los malos.
Exprobrari. Reprender, dar en rostro.
De frugalitate. De su templanza.
Livorem. Rencor, envidia.
Ne gratus. Si digo mucho.
Animadverto. Sentencia.
Gratioremque. Les agrada mucho mas.
Meditatum carmen. Harenga, ó Hymno compuesto.

IV.

Senatusconsulto. Al decreto del Senado.
Ut consulis voce. Por boca del Consul.
Mali quæ. Advirtiesen los malos Principes lo que debian hacer.
Solemne. Principal.
Intercessurus. Prohibiria tambien si le diesen las gracias públicas que tiene establecidas el Senado, si quisiera violar el decreto de él.
Cæsar Auguste. Este título se hizo comun á todos los Emperadores Romanos, que decretó el Senado se diese á Octavio por sus hazañas, como que era santo, y venerable; pues esto significa *Augustus. Cæsar* le tomaron de Julio Cesar, bien que separados. *Cæsar* solo es el sucesor al Imperio. *Augustus* el que reyna.
Honor iste. La accion de gracias.

bus habetur. Cedis affectibus nostris, nec nobis munera tua prædicare, sed audire tibi necesse est. Sæpe ego mecum, Patres Conscripti, tacitus agitavi, qualem quantumque esse oporteret, cuius ditione, nutuque maria, terræ, pax, bella regerentur; quum interea fingenti formantique mihi Principem, quem æquata Diis immortalibus potestas deceret, nunquam voto saltem concipere succurrit similem huic, quem videmus. Enituit aliquis in bello, sed obsolevit in pace: alium toga, sed non & arma honestarunt: reverentiam ille terrore, alius amorem humanitate captavit: ille quæsitam domi gloriam in publico; huic in publico partam domi perdidit: postremo adhuc nemo exstitit, cuius virtutes nullo vitiorum confinio læderentur. At Principi nostro quanta concordia, quantusque concentus omnium laudum omnisque gloriæ contigit! ut nihil severitati eius hilaritate, nihil gravitati simplicitate, nihil maiestati humanitate detrahatur! Iam firmitas, iam proceritas corporis, iam honor capitis, & dignitas oris, ad hoc, ætatis indefleæa maturitas, nec sine quodam munere Deum, festinatis senectutis insignibus ad agendam maiestatem ornata cæsaries, nonne longe lateque Principem ostentant?

Ta

Habetur. Os le demos.
Cedis affectibus. Permites lo que deseamos.
Sed audire. Sino que tu tienes precision de oirlas.
Sæpe ego. Aqui concluye el Prólogo, y empieza la primera parte del Panegírico.
Ditione nutuque. Imperio y voluntad.
Quem æquata. Que pudiese tener igual potestad que los Dioses.
Nunquam voto. Ni aun por deseo.
Enituit aliquis. Hace la division, en la que segun Hermógenes citado de Ciceron está la mayor elegancia.
Obsolevit. Se envileció.
Toga. Como Cicerón.
Ille quæsitam. Uno la gloria que adquirió en su retiro, &c.
Hic in publico, &c. Otro la adquirida en público, &c. como Caligula, y Domiciano.
Nullo vitiorum. No hayan tenido algun menoscabo por la union de algun vicio.
Confinio. Contagio.
Concentus. Conformidad.
Severitati. Marco Tulio hablando de Bruto: *Quid enim tam distans, quam à severitate comitas? Quis tamen unquam te aut sanctior est habitus, aut dulcior?*
Proceritas corporis. Su buena estatura, atractivos.
Honor capitis. Las canas. Combatiendo Trajano á los Agarenos, dejadas las insignias de Emperador, le conocieron los enemigos por las canas, y magestad del rostro, y dirigieron á él sus saetas, y le mataron uno de sus colaterales. Dion.
Indefleæa. Floreciente.
Festinatis senectutis. Los hermosos cabellos que los Dioses han hecho blanquear antes de tiempo para hacerle mas respetable.
Insignibus. Las canas.

V. Talem esse oportuit, quem non bella civilia, nec armis oppressa respublica, sed pax & adoptio, & tandem exorata terris Numina dedissent. An fas erat nihil differre inter imperatorem, quem homines & quem Dii fecissent? quorum quidem in te, Cæsar Auguste, iudicium & favor tunc statim, quum ad exercitum proficiscerís, & quidem inusitato iudicio enotuit. Nam ceteros Principes aut largus cruor hostiarum, aut sinister volatus avium consulentibus nunciavit: tibi ascendenti de more Capitolium, quanquam non id agentium, civium clamor, ut iam Principi, occurrit. Si quidem omnis turba, quæ limen insederat, ad ingressum tuum foribus reclusis, illa quidem ut tunc arbitrabatur, Deum, ceterum, ut docuit eventus, te consalutavit imperatorem: nec aliter à cunctis omen acceptum est. Nam ipse intelligere nolebas: recusabas enim imperare, recusabas; quod bene erat imperaturi. Igitur cogendus fuisti. Cogi porro non poteras, nisi periculo patriæ & mutatione reipublicæ. Obstinatum enim tibi non suscipere imperium, nisi servandum fuisset. Quare ego illum ipsum fu-

V.

Bella civilia. Alude á Cesar Augusto recibido Emperador despues de cansada la República de las guerras civiles.

Quem Dii. A Trajano que nos le crearon los Dioses.

Ad exercitum. Al de Germania, á donde le envió Domiciano con el mando.

Largus cruor. Innumerables víctimas; 1600 víctimas, dice Suetonio se mataron por Cesar en tres meses.

Sinister volatus. El vuelo á la izquierda feliz agüero.

Tibi ascendenti de more. El que se partia con el mando del exercito ofrecia sacrificios en el Capitolio. Al entrar Trajano para esto en el Capitolio, la Plebe, sin pensar en ello, le saludó con los títulos *optimo maximo*, pensando saludar á Júpiter, de donde le quedó el nombre *Optimo*. Trata este lugar artificiosamente para prueba de la felicidad que prometian los presagios.

Foribus reclusis. Abiertas las puertas del templo.

Eventus. Cuando se te dio el renombre de *Optimo*. Suetonio dice, que una Corneja en el Capitolio anunció esta felicidad viviendo aun Domiciano, pues cantó estas palabras *estai pantas calos*, todo vendrá bien.

Intelligere. Este presagio.

Quod bene. Lo que era propio de uno que debia gobernar bien.

Periculo patriæ. Sino por el peligro de la patria: se prepara para hacer tránsito á la sublevacion de los soldados contra Nerva, y la adopcion de Trajano.

Mutatione Reip. Mientras los soldados Pretorianos murmuran del Imperio, y piden tenazmente los matadores de Domiciano, Nerva por no entregarlos, se quitó el vestido, ofreció su cuello, pero nada logró, porque fueron muertos los que tenia destinados, Casperio Prefecto del Pretorio.

Obstinatum enim. Resuelto.

furorem motumque castrensem reor exstitisse, quia magna vi magnoque terrore modestia tua vincenda erat. Ac sicut maris cælique temperium turbines, tempestatesque commendant, ita ad augendam pacis tuæ gratiam, illum tumultum præcessisse crediderim. Habet has vices conditio mortalium, ut adversa ex secundis, ex adversis secunda noscantur. Occultat utrorumque semina Deus, & plerumque causæ bonorum malorumque sub diversa specie latent.

VI. Magnum quidem illud sæculo dedecus, magnum reipublicæ vulnus impressum est. Imperator, & parens generis humani obsessus, captus, inclusus: ablata mitissimo seni servandorum hominum potestas; ereptumque Principi illud in principatu beatissimum, quod nihil cogitur. Si tamen hæc sola erat ratio, quæ te publicæ salutis gubernaculis admoveret, prope est ut exclamem tanti fuisse. Corrupta est disciplina castrorum, ut tu corrector, emendatorque contingeres: inductum pessimum exemplum ut optimum opponeretur: postremo coactus Princeps, quos nolebat, occidere, ut daret Principem, qui cogi non posset. Olim tu quidem ado-

Castrensem. Los soldades Pretorianos.

Modestia tua. Que rehusaba el Imperio.

Ex adversis. Las cosas adversas nos hacen entender las mas prósperas.

Semina. Origen.

Sub diversa. Lo que á nosotros nos parece bueno, viene á ser causa de mal.

VI.

Sæculo dedecus. El segundo año del Imperio de Nerva los soldados Pretorianos se sublevaron contra este Príncipe, ya muy anciano; le cercaron el Palacio, y con las armas en la mano, le obligaron á que les concediese lo que pedian, y á esto alude Plinio.

Senì. Nerva que imperó un año, y cuatro meses, y murió de 65 años.

Servandorum hominum. Los asesinos de Domiciano.

In principatu. Fue el reynado de Nerva muy pacífico, y benigno. Pues luego que subió al trono levantó el destierro á los Christianos y tambien á muchos gentiles; anuló todos los impuestos nuevos, y habiendo consumido sus rentas en beneficiar á los necesitados, vendió tambien sus muebles, y á su costa hizo se criasen los niños de padres pobres, prohibió la bárbara costumbre de hacer Eunucos, &c.

Nihil cogitur. El que á nada se vea precisado ó se le fuerce.

Tanti fuisse. Que debieron los soldados levantarse contra su Emperador para que tú lo fueses.

Corrector. Dion escribe, que Trajano tuvo á los soldados bajo su obediencia, y que nunca se levantaron contra él, ni movieron sedicion.

Inductum pessimum. Se introdujo el mal ejemplo de la desenvoltura de los soldados.

Optimum. El que Trajano los sujetase.

Princeps. Nerva.

Principem. Trajano.

adoptari merebare: sed nescissemus quantum tibi deberet imperium, si ante adoptatus esses. Exspectatum est tempus in quo liqueret non tam accepisse te beneficium, quam dedisse. Confugit in sinum tuum concussa respublica, ruensque imperium super imperatorem, imperatoris tibi voce delatum est. Imploratus adoptione, & accitus es, ut olim duces magni à peregrinis externisque bellis ad opem patriæ ferendam revocari solebant. Ita filius ac parens uno eodemque momento rem maximam invicem præstitistis: ille tibi imperium dedit, tu ille reddidisti. Solus ergo ad hoc ævi pro munere tanto paria accipiendo fecisti, immo ultra dantem obligasti: communicato enim imperio, sollicitior tu, ille securior factus est.

VII. O novum atque inauditum ad principatum iter! non te propria cupiditas, proprius metus, sed aliena utilitas, alienus timor Principem fecit. Videaris licet quod est amplissimum consecutus inter homines; felicius tamen erat illud quod reliquisti: sub bono Principe privatus esse desiisti. Assumtus es in laborum curarumque consortium, nec te læta & prospera stationis istius, sed aspera & dura ad capessendam eam compulerunt: suscepisti imperium, postquam alium suscepti pœnitebat. Nulla adoptati cum eo qui adoptabat cognatio, nulla necessitudo, nisi quod uterque optimus erat dignusque alter eligi, alter eligere. Itaque adoptatus es,

Quam dedisset. Comprimiendo tú los soldados con tu adopcion.

Imperatoris tibi. Se te dió á ti el Imperio por mandado del Emperador.

Imploratus. Pedido con llantos.

Revocari solebant. Como sucedió con Hanibal, y con otros.

Parens. Nerva.

Ad hoc ævi. Hasta estos tiempos tú solo hiciste igual beneficio al que recibias.

Communicato. Despues dirá, que fue juntamente hijo, despues Cesar, Emperador y consorte de la potestad tribunicia, y que todo á un tiempo y juntamente fue hecho.

VII.

Aliena. De Nerva.

Videaris licet. Aunque parece ser muy honroso entre los hombres lo que conseguiste, &c.

Sub bono. Nerva.

Privatus esse. Le llama privado en comparacion del Príncipe, aunque tenia empleo público.

Stationes illius. Estado del Imperio.

Suscepti pœnitebat. Despues que pesaba á Nerva haberlo recibido, Nerva solo reino dos años poco mas ó menos.

Cognatio. Aunque Nerva tenia parientes, adoptó con todo á Trajano de origen Español, y de ninguna parentesco con él.

es, non ut prius alius atque alius, in uxoris gratiam: adscivit enim te filium non vitricus, sed Princeps: eodemque animo divus Nerva pater tuus factus est, quo erat omnium. Nec decet aliter filium assumi, si assumatur à Principe. An senatum populumque Romanum, exercitus, provincias, socios transmissurus uni; successorem è sinu uxoris accipias? summæque potestatis heredem tantum intra domum tuam quæras? non per totam civitatem circumferas oculos; & hunc tibi proximum, hunc coniunctissimum existimes, quem optimum, quem Diis simillimum inveneris? Imperaturus omnibus eligi debet ex omnibus. Non enim servulis tuis dominum, ut possis esse contentus quasi necessario herede, sed Principem civibus daturus imperator. Superbum istud & regium, nisi adoptes eum, quem constet imperaturum fuisse, etiamsi non adoptasses. Fecit hoc Nerva: nihil arbitratus interesse, genueris, an elegeris, si perinde sine iudicio adoptentur liberi ac nascuntur, nisi tamen quod æquiore animo ferunt homines, quem Princeps parum feliciter genuit, quam quem male elegit.

VIII. Sedulo ergo vitavit hunc casum, nec iudicium hominum, sed Deorum etiam in consilium assumsit. Itaque non tua in cubiculo, sed in templo, nec ante genialem torum, sed ante pulvinar Iovis, optimi maximi ado-

Non ut prius, &c. Tiberio, y Neron. El primero á ruegos de su madre Livia fue adoptado de Augusto. Claudio adoptó á Neron en atencion á su madre Agripa.

Vitricus. Padrastro, cual lo fué Augusto de Tiberio, y Claudio de Neron.

Successorem è sinu. Acaso alguno deberá tomarde los hijos de su muger un sucesor á quien haya de fiar el Senado, &c. habla impersonal.

Heredem. Como Augusto á Marcelo hijo de su hermana, despues á su yerno Agripa, y á sus nietos, y en fin, á Neron, los colocó en el mayor estado despues de él.

Hunc tibi. Pensamiento digno de un San Basilio.

Quasi necessario. Como si fuese necesario dejar herederos inmediatos.

Et regium. Seria soberbia, tiranía.

Imperaturum. Como si dijera; aunque no le adoptara Nerva seria Emperador.

Hoc. Sabia Nerva que aunque no lo adoptase seria Emperador.

Genueris. En engendrarlos, ó elegirlos. *Natos genuisse necesse est: at legisse iuvat.* Papinio.

Perinde sine. Si el juicio no tenia mas parte en la adopcion.

Nisi tamen. Solo sí que sufren de mejor gana, &c.

Parum feliciter. Con poca felicidad.

Male elegit. En el nacer el padre no tiene culpa de que el hijo nazca malo, ó defectuoso; pero si elige, debe acertar, y de no prueba su ignorancia.

VIII.

Iovis Optimi. Antithesis manifiesta.

adoptio peracta est: qua tandem non servitus nostra, sed libertas & salus & securitas fundabatur. Sibi enim vindicaverunt Dii gloriam illam: horum opus, horum illud imperium: nerva tantum minister fuit: uterque, qui adoptaret tam paruit, quam tu qui adoptabaris. Allata erat ex Pannonia laura, id agentibus Diis, ut invicti imperatoris exortum victoriæ insigne decoraret; hanc imperator Nerva in gremio Iovis collocarat, quum repente solito maior & augustior, advocata hominum concione Deorumque, te filium sibi, hoc est, unicum auxilium fessis rebus, assumsit. Inde quasi deposito imperio, qua securitate, qua gloria lætus (nam quantulum refert deponas an partiaris imperium, nisi quod difficilius hoc est?) non secus ac præsenti tibi innixus, tuis humeris se patriamque sustentans, tua iuventa, tuo robore invaluit: statim consedit omnis tumultus. Non adoptionis opus istud fuit, sed adoptati: atque adeo temere fecerat Nerva, si adoptasset alium. Oblitini sumus ut nuper post adoptionem non desierit seditio, sed cœperit? Irritamentum istud irarum, & fax tumultus fuisset, nisi incidisset in te. An dubium est, ut dare non posset imperium imperator, qui reverentiam amiserat, auctoritate eius effectum esse cui dabatur? Simul filius, simul Cæsar, mox imperator, & consors tribunitiæ po-

Gloriam illam. El haber sido autores de nuestra libertad.

Opus. La adopcion fue de los Dioses.

Illud Imperium. El haber mandado á Nerva adoptase á Trajano.

Uterque. Los dos.

Ex Pannonia. Trajano venció á los de Panonia, por lo que mereció la corona de laurel que Nerva en el tiempo de la adopcion presentó á Júpiter Capitolino.

Laurea. Las noticias del triunfo, que ganaron las tropas Romanas.

Victoriæ. La corona del laurel.

Deorumque. Porque estaban presentes sus Dioses.

Sibi hoc. Interpretatio.

Quasi deposito Porque Nerva descargó todo el peso en Trajano.

Difficilius hoc. El dividir el Reyno *cum regnum non capiat duos.*

Præsenti. En Roma, porque entonces estaba Trajano en Agripina de Francia como General.

Atque adeo. Hubieran sido vanas las diligencias de Nerva.

Alium. Otro que Trajano.

Oblitine. Correctio. Porque los soldados se irritaron mas contra Nerva cuando dixo queria adoptar; pero oyendo que era Trajano, se sosegaron.

Irritamentum. Hubiera sido esto un estímulo de la ira, ó pábulo del tumulto de los soldados.

Reverentiam. Le habian perdido el respeto á Nerva, porque su bondad hizo insolentes á los soldados.

Auctoritate eius. Fue efecto de la autoridad de aquel á quien se daba.

Cæsar. Dion dice, que inmediatamente á la adopcion fue proclamado César en el Senado.

Mox. Habiendo vuelto del ejército.

potestatis, & omnia pariter & statim factus es, quæ proxime parens verus tantum in alterum filium contulit.

IX. Magnum hoc tuæ moderationis indicium, quod non solum successor imperii, sed particeps etiam sociusque placuisti. Nam successor, etiamsi nolis, habendus es; non es habendus socius, nisi velis. Credentne posteri, patricio & consulari, & triumphali patre genitum, quum fortissimum, amplissimum, amantissimum sui exercitum regeret, imperatorem non ab exercitu factum? eidem quum Germaniæ præsideret Germanici nomen hinc missum? nihil ipsum, ut imperator fieret, agitasse, nihil fecisse, nisi quod meruit & paruit? Paruisti enim, Cæsar, & ad principatum obsequio pervenisti: nihilque magis à te subiecti animo factum est, quam quod imperare cœpisti. Iam Cæsar, iam imperator, iam Germanicus, absens & ignarus, & post tanta nomina, quantum ad te pertinet, privatus Magnum videretur, si dicerem; Nescisti te imperatorem futurum: eras imperator, & esse te nesciebas. Ut vero ad te fortunæ tuæ nuncius venit, malebas quidem hoc esse quod fueras; sed non erat liberum. An non obsequereris Principi civis, legatus imperatori, filius patri? Ubi deinde di-

Potestatis tribunitiæ. Los emperadores se solian atribuir esta potestad como santa é inviolable. Augustó se la tomó perpetua, y los demas siguieron su ejemplo.

Parens verus. Vespasiano padre verdadero de Tito.

Alterum filium. Tito. El otro era Domiciano.

IX.

Sed particeps. Es mas difícil de agradar cuando se tiene igual mando, y autoridad con otro, que quando se manda absolutamente.

Etiamsi nolis. Aun contra tu voluntad.

Patricio & consulari. Le alaba por el linage. Trajano nació en España en la ciudad de Italica, de familia mas antigua que noble. Su padre primer Cónsul, despues Tribuno de la décima Legion en la guerra contra Judíos: enviado por Vespasiano contra la ciudad de Aphaca, mató en un choque doce mil enemigos. Trajano el padre creyendo esta ciudad ya sin enemigos, dejó su demolicion al arbitrio de Vespasiano. Tito volvió sobre ella con el mismo Trajano, y la acabaron de rendir con horrible estrago de los Galileos, por lo que Trajano el padre recibió los adornos triunfales.

Ab exercitu. En aquel tiempo las tropas se habian tomado muchas facultades, y asi ponian, y quitaban Emperadores á su gusto.

Subiecti animo. Con mayor humildad, resignacion de vasallo.

Absens. Estando en Colonia.

Quod fueras. Ser lo que fuiste, esto es, un particular, pero para esto no eras libre, no lo podias hacer.

At non. Frequentatio. Quando las cosas dispersas se juntan en una para mayor fuerza, y mayormente si es con interrogacion.

disciplina? ubi mos à maioribus traditus, quodcumque imperator munus iniungeret, æquo animo paratoque subeundi? Quid enim si provincias ex provinciis, ex bellis bella mandaret? Eodem illum uti iure posse putes, quum ad imperium revocet, quo sit usus quum ad exercitum miserit? nihilque interesse, ire legatum, an redire Principem iubeat, nisi quod maior sit obsequii gloria in eo, quod quis minus velit.

X. Augebat auctoritatem iubentis, in summum discrimen auctoritas eius adducta; utque magis parendum imperanti putares, efficiebatur eo, quod ab aliis minus parebatur. Ad hoc audiebas senatus populique consensum. Non unius Nervæ, iudicium illud, illa electio fuit: nam qui ubique sunt homines, hoc idem votis expetebant; ille tantum iure Principes occupavit, primusque fecit, quod omnes facturi erant. Nec hercule tantopere cunctis factum placeret, nisi placuisset antequam fieret. At quo, Dii boni, temperamento potestatem tuam fortunamque moderatus es? Imperator tu titulis, & imaginibus, & signis, ceterum modestia, labore, vigilantia, dux, & legatus, & miles; quum iam tua vexilla, tuas aquilas magno gradu anteires: neque aliud tibi ex illa adoptione, quam filii pietatem, filii obsequium assereres; longamque huic nomini ætatem; longam gloriam precarere. Iam te providentia Deorum primum in locum provexerat; tu adhuc in secundo resistere, atque etiam senescere optabas: privatus tibi videbaris, quandiu imperator & alius esset. Audita sunt vo-

Subeundi. De obedecer, ó sujetar.
Ex provinciis. Un gobierno despues de otro.
Putes. Se juzgaria. Impersonal.
Obsequii gloria. La gloria de su obediencia.

X.

Iubentis. De Nerva, que te mandaba tomar el Imperio, cuando veiais que los Pretorianos se habian levantado contra él.
Eius adducta. Su autoridad vacilante.
Efficiebatur eo. Esto se hacia porque, &c.
Illa electio. Tu adopcion fué eleccion, porque todos te pedian por Emperador.
Occupavit. Ganó de mano lo que otros habian de hacer.
Antequam fieret. Si antes de declararte sucesor no hubieran gustado ya de que lo fueses.
At quo. Con que moderacion.
Et signis. Estatuas.
Tuas aquilas. Ibas á pie á la frente de tus vanderas.
Assereres. Tomases la obediencia de hijo.
Huic nomini. A portarte como hijó con Nerva por muchos años.
Primum in locum. Quando aun vivia Nerva.
In secundo. En que administraba Nerva la República.
Senescere. Vivir muchos años como hijo.

vota tua, sed in quantum optimo illi & sanctissimo seni utile fuit, quem Dii cœlo vindicaverunt, ne quid post illud divinum & immortale factum, mortale faceret. Deberi quippe maximo operi hanc quoque venerationem, ut novissimum esset, auctoremque eius statim consecrandum, ut quandoque inter posteros quæreretur, an illud iam Deus fecisset. Ita ille nulo magis nomine publicus parens, quam quia tuus, ingens gloriâ, ingensque fama, quum abunde expertus esset, quam bene humeris tuis sederet imperium, tibi terras, te terris reliquit; eo ipso carus omnibus ac desiderandus, quod prospexerat ne desideraretur.

XI. Quem tu lacrymis primum, ita ut filium decuit, mox templis honestati; non imitatus illos, qui hoc quidem, sed alia mente fecerunt. Dicavit cœlo Tiberius Augustum, sed ut maiestatis numen induceret: Claudium Nero, sed ut irrideret: Vespasianum Titus, Domitianus Titum: sed ille, ut Dei filius, hic, ut frater videretur. Tu sideribus patrem intulisti, non ad metum civium, non in contumeliam numinum, non in honorem tuum, sed quia Deum credis. Minus est hoc, quum fit ab iis, qui & sese Deos putant. Sed licet illum aris, pulvinaribus, flamine colas, non alio magis ta-

Dii cœlo. Al cual llamaron los Dioses al Cielo.

Factum Esto es la adopcion de Trajano.

Maximo operi. Accion memorable.

Ut novissimum. Fuese como la última accion de Nerva.

Iam Deus. Se hizo la adopcion siendo ya Dios, por su bondad.

Quia tuus. sup. *Parens erat.*

Ne desideraretur. Porque dispuso las cosas de antemano, de tal suerte, que él no hiciese falta.

XI.

Tu lacrymis. En los funerales.

Mox templis. Con divinos honores; pero estaba decretado, que ningun Emperador consagrase por Dios á alguno sin consentimiento del Senado.

Hoc idem. Levantado á los suyos al Cielo.

Dicavit cœlo. Erigió altares.

Tiberius Augustum. Pero ello está escrito que se dieron honores divinos á Augusto estando vivo: despues de muerto le dieron por Sacerdotisa á Livia Augusta, que con dinero sobornó al Senador Atico para que jurase haber visto el alma de Augusto subir al Cielo Dion, y Suetonio.

Ut maiestatis. Veneracion á los Emperadores como á Dioses.

Ut irrideret. Como de un necio, pues se burlaba despues de muerto llamándole necio.

Sed ille. Tito para parecer hijo de Dios si Vespasiano su padre lo era; Domiciano para parecer hermano de Dios si Tito lo era.

Tu sideribus. Tú le colocaste en el Cielo á Nerva.

Quia Deum. Porque en realidad crees que Nerva es Santo, *Deus* entre los Gentiles no siempre se toma por el Criador.

Pulvinaribus. Almohadones, que se ponian delante de las aras

Flamine. Con sacerdotes destinados á su servicio.

tamen Deum & facis & probas, quam quod ipse talis es. In principe enim, qui electo successore fato concessit, una itemque certissima divinitatis fides est, bonus successor. Num ergo tibi ex immortalitate patris aliquid arrogantiæ accessit? Num hos proximos divinitate parentum desides ac superbos potius quam illos veteres & antiquos æmularis, qui hoc ipsum imperium peperere? quod modo hostes invaserant contemserantque: cuius pulsi fugatique, non aliud maius habebatur indicium, quam quod triumpharetur. Ergo sustulerant animos, & iugum excusserant: nec iam nobiscum de sua libertate, sed de nostra servitute certabant; ac ne inducias quidem, nisi æquis conditionibus inibant: legesque ut acciperent, dabant.

XII. At nunc rediit ommibus terror & metus, & votum imperata faciendi. Vident enim Romanum ducem, unum ex illis veteribus & priscis, quibus imperatorium nomen addebant, contecti cædibus campi, & infecta victoris maria. Accipimus obsides ergo, non emimus; nec ingentibus damnis immensisque muneribus paciscimur. Ut vicerimus, rogant, supplicant; largimur, negamus: utrumque ex imperii maiestate. Agunt gratias qui impetraverunt: non audent queri, quibus negatum est. An audeant, qui sciant te adsedisse fe-

Fato concessit. Que murió.

Divinitatis fides. El que supo bien elegir, lo que no puede ser sino divinamente.

Bonus successor. El buen sucesor es el testimonio cierto, &c.

Ex immortalitate. Habla de la inmortalidad, que pretendian dar los predecesores á los Emperadores.

Divinitate parentum. Que con la divinidad de sus padres.

Quod modo. El que poco ha.

Indicium, quam quod triumpharetur. Alude á la vanidad de Domiciano, que fingió haber vencido á los Dacos, y con este título hacia triunfos, y era lo contrario.

Sustulerant animos. Los enemigos Dacos por la cobardía de Domiciano.

XII.

At nunc. Siendo Príncipe Trajano le empieza á alabar por los hechos.

Votum. La inclinacion.

Addebant. Despues de la victoria se les daba el nombre de Emperador.

Et infecta. Llenos los mares de victorias, ó manchados con la sangre &c.

Immensisque. Porque Trajano se movió á publicar la guerra á Decebalo, por el tributo anual que le pagaba Domiciano.

Ut vicerimus. Para quedar triunfantes.

An audeant. A quejarse de ti, cuyo valor conocen.

Adsedisse. Que te opusiste á los feroces Germanos.

ferocissimis populis eo ipso tempore, quod amicissimum illis, difficillimum nobis: quum danubius ripas gelu iungit, duratusque glacie ingentia tergo bella transportat: quum feræ gentes non telis magis, quam suo cælo, suo sidere armantur? sed ubi in proximo tu, non secus ac si mutatæ temporum vices essent, illi quidem latibulis suis clausi tenebantur, nostra agmina percursare ripas, & aliena occasione, si permitteres, uti, ultroque hyemem suam barbaris inferre gaudebant.

XIII. Hæc tibi apud hostes veneratio. Quid apud milites? quam admirationem, quemadmodum comparasti? quum tecum inediam, tecum ferrent sitim, quum in illa meditatione campestri militaribus turmis imperatorium pulverem sudoremque misceres, nihil à ceteris, nisi robore ac præstantia differens? quum libero Marte nunc cominus tela vibrares, nunc vibrata susciperes, alacer virtute militum, & lætus, quoties aut cassidi tuæ aut clypeo gravior ictus incideret? (laudabas quippe ipse ferientes, hortabarisque ut auderent; & audebant iam) quum spectator moderatorque ineuntium certamina virorum, arma componeres, tela tentares; ac si quod durius accipienti videretur, ipse vibrares. Quid

Ferocissimis populis. Trajano luego que compuso los negocios públicos de Roma, llevó sus armas contra Decébalo, Rey de la Dacia de la otra parte del Istro; le venció en una batalla muy reñida, y fué tanta la mortandad, que en el exército Romano triunfante faltaron lienzos, y vendas para atar á los heridos. Los Dacos se sometieron; y su Rey Decébalo desesperado se mató; pero esto fue despues de su cuarto consulado; lo que ahora dice fue en tiempo de Domiciano.

Ipso tempore. En invierno con hielos.

Gelu iungit. Que se hiela de orilla á orilla.

Ingentia tergo. Muchos millares de Germanos en la superficie del hielo.

Sed ubi. sup. *Erat.*

Et aliena. De la que usaban primero los bárbaros.

Utroque hyemem. Y hacerles tan funesto el Invierno como ellos lo acostumbraban con nuestras Tropas.

XIII.

Meditatione campestri. En los ejercicios militares.

Turmis. Compañía de treinta y dos soldados de á caballo, aunque Eliano dice, que toda la Turma se completa con ciento y trece caballos.

Susciperes. Recibias con el escudo el golpe, y lo evitabas.

Moderatorque ineuntium. Conductor de lo que emprendian estos exércitos.

Componeres. Armabas á los soldados.

Quod durius. Si parecia muy pesada la arma á algun soldado, tu la vibrabas, ó arrojabas.

Quid

Quid cum solatium fessis, ægris opem ferres? Non tibi moris inere tentiora, nisi commilitonum ante lustrasses; nec requiem corpori, nisi post omnes, dare. Hac mihi admiratione dignus imperator non videretur, si inter Fabricios & Scipiones & Camillos talis esset. Tunc enim illum imitationis ardor, semperque melior aliquis accenderet. Postquam vero studium armorum à manibus ad oculos, ad voluptatem à labore translatum est; postquam exercitationibus nostris non veteranorum aliquis, cui decus, muralis aut civica: sed Græculus magister adsistit, quam magnum est unum ex omnibus patrio more, patria virtute lætari; & sine æmulo, ac sine exemplo secum certare, secum contendere, ac sicut imperat solus, solum ita esse qui debeat imperare?

XIV. Nonne incunabula hæc tibi, Cæsar, & rudimenta, quum puer admodum Parthica lauro gloriam patris augeres, nomenque Germanici iam tum mererere? quum ferociam superbiamque Parthorum ex proximo auditus magno terrore cohiberes, Rhenunque & Euphratem admirationis tuæ fama coniungeres? quum orbem terrarum non pedibus magis quam laudibus peragrares, apud eos semper maior & clarior quibus postea contigisses? Et necdum imperator, necdum Dei filius eras, *Hispaniam* Germaniamque quum plurimæ gentes, ac prope infinita vastitas interiacentis soli, tum Pyrenæus,

Ægris opem. Al Prefecto de los Reales pertenecia el busca Médicos á los enfermos. Trajano en la guerra contra los Dacos, se rasgó el propio vestido para atar las heridas á los soldados. *Dion.*

Moris. No tenias tu costumbre de retirarte.

A manibus. Del trabajo al recreo.

Veteranorum. P. Rutilio Consul Colega de C. Manlio estableció los exercicios militares. *Véase* el Indice.

Cui decus. A quien los premios concedidos por su valor, fueron la corona mural, ó cívica.

Græculus. Los Griegos corrompieron toda la disciplina, y costumbres severas de los Romanos.

Ex omnibus. Uno entre tantos.

Sine exemplo. De los modernos: antiguos habia muchos.

XIV.

Parthica lauro. La victoria contra los Partos; pero habla de cuando era mozo, porque el triunfo que alcanzó de estas y otras Provincias fue mucho despues.

Nomenque Germanici. Habla de los triunfos que alcanzó Trajano mientras sirvió en las milicias, ya con su padre, ya despues mientras fué General baxo el Imperio de Domiciano.

Rhenum. Venciendo á los Germanos con el Imperio unido con los Partos.

Quibus postea. Para los pueblos que os veian los últimos.

Interiacentis soli. Del terreno interpuesto.

næus, Alpes, inmensique alii montes, nisi his comparentur, muniunt dirimuntque. Per hoc omne spatium quum legiones duceres, sed potius (tanta velocitas erat) raperes, non vehiculum unquam, non equum respexisti. Levis hic, non subsidium itineris, sed decus, & cum ceteris subsequebatur; ut cuius nullus tibi usus, nisi quum die stativorum proximum campum alacritate, discursu, pulvere attolleres. Initium laboris, mirer, an finem? multum est quod perseveravisti, plus tamen quod non timuisti, ne perseverare non posses. Nec dubito quin ille, qui te, inter illa Germaniæ bella ab Hispania usque, ut validissimum præsidium exciverat, iners, ipse, alienisque virtutibus tunc quoque invictus imperator, quum ope earum indigeret, tantam admirationem tui non sine quodam timore conceperit, quantam ille genitus Iove post sævos labores, duraque imperia, regi suo indomitus semper indefessusque referebat: quum aliis super alias expeditionibus munere alio dignus inveniretis.

XV. Tribunus vero disiunctissimas terras, teneris adhuc annis, viri firmitate lustrasti: iam tunc præmonente fortuna, ut diu penitusque perdisceres, quæ mox præcipere deberes. Neque enim prospexisse castra brevemque militiam quasi transisse contentus, ita egisti tribunum, ut esse statim dux posses, nihilque dicendum haberes tempore docendi. Cognovisti per stipendia decem mores gentium, regionum situs, opportunitates locorum; & diversam aquarum cælique temperiem, ut patrios fontes, patriumque sidus, ferre consuevisti. Quoties

Raperes. Verbo histórico, que denota la velocidad con que llevó el exercito.

Non vehiculum. Nota á Domiciano que se hacia llevar en litera á las expediciones. Trajano ni montaba á caballo.

Levis hic. Tenia el caballo con pocos aderezos.

Die stativorum. Cuando se suspendia la marcha.

Hispania usque. Donde militaba Trajano.

Iners ipse. Afeminado, y cobarde.

Ille genitus. Hércules de Alcumena.

Regi suo. Eurysteo. *Véase* el Indice.

XV.

Tribunus vero. Tribuno de la milicia.

Terras. Partia, Germania, España.

Fortuna. Les alaba por los precedentes.

Ut diu. Que mucho tiempo, y con mucho conocimiento aprendieses lo que despues siendo Emperador debias mandar.

Stipendia decem. En diez años que recibiste el sueldo de la milicia.

Situs. Las naturalezas, y posiciones, propio de los Generales.

Patriumque. El temperamento de Roma.

ties equos, quoties emerita arma mutasti? Veniet ergo tempus, quo posteri visere, visendumque tradere minoribus suis gestient, quis sudores tuos hauserit campus, quæ refectiones tuas arbores, quæ somnum saxa prætexerint, quod denique tectum magnus hospes impleveris: ut tunc ipsi tibi ingentium ducum sacra vestigia iisdem in locis monstrabantur. Verum hæc olim; in præsentia quidem quisquis paulo vetustior miles, hic te commilitone censetur. Quotus enim quisque, cuius tu non antè commilito, quam imperator? Inde est quod prope omnes nomine appellas, quod singulorum fortia facta commemoras, nec habent adnumeranda tibi pro republica vulnera, quibus statim laudator & testis contigisti.

XVI. Sed tanto magis prædicanda est moderatio tua, quod innutritus bellicis laudibus, pacem amas: nec quia vel pater tibi triumphalis, vel adoptionis tuæ die dicata Capitolino Iovi laurus, idcirco ex occasione omni quæris triumphos. Non times bella, nec provocas. Magnum est, imperator Auguste, magnum est stare in Danubii ripa, si transeas certum triumphi, nec decertare cupere cum recusantibus: quorum alterum fortitudine, alterum moderatione efficitur. Nam ut ipse nolis pugnare, moderatio, fortitudo tua præstat, ut neque hostes tui velint. Accipiet ergo aliquando Capitolium non mimicos currus, nec falsæ simulacra victoriæ: sed imperatore veram ac solidam gloriam reportante, pacem, tranquillitatem, & tam confessa hostium obsequia, ut vincendus nemo fuerit. Pulcrius hoc omnibus triumphis: neque enim unquam nisi ex contemtu imperii nostri fa-

Emerita. Vencedoras que ponen fin á la guerra.
Refectiones. Comidas militares.
Ut tunc. Cuando militabas como particular.
Quotus enim. Cuantos sino muy pocos.
Commilito. Camarada.
Nec habent. Ni tienen que contarte las heridas que han recibido en defensa de la República.

XVI.

Pater tibi. Vespasiano concedió al padre de Trajano los honores del triunfo despues de haberle hecho Senador y Cónsul.
Ex occasione. En cualquiera ocasion.
Transeas. Si hubieras pasado el Danubio, pero no quisiste pelear con los que huian.
Efficitur. Es efecto.
Mimicos currus. Carros de representantes.
Nec falsæ. Los falsos triunfos de Domiciano.
Sed imperatore. Pero recibirá tranquilidad, trayendo el Emperador Trajano una verdadera, y sólida victoria; este es el sentido.
Ut vincendus. Que á ninguno fue necesario vencer, porque todos se le sujetaron voluntariamente.

factum est ut vinceremus. Quod si quis barbarus rex eo insolentiæ furorisque processerit, ut iram tuam indignationemque mereatur, næ ille, sive interfuso mari, seu fluminibus immensis, seu præcipiti monte defenditur, omnia hæc tam prona tamque cedentia virtutibus tuis sentiet, ut subsedisse montes, flumina exaruisse, interceptum mare, illatasque sibi non esse classes nostras, sed terras ipsas arbitretur.

XVII. Videor iam cernere non spoliis provinciarum, & extorto sociis auro, sed hostilibus armis, captorumque regum catenis triumphum gravem. Videor ingentia ducum nomina: nec indecora nominibus corpora noscitare. Videor intueri immanibus ausis barbarorum onusta fercula, & sua quemque facta vinctis manibus sequentem; mox ipsum te sublimem instantemque curru domitarum gentium tergo, ante currum autem clypeos, quos ipse perfoderis. Nec tibi opima defuerint, si quis regum venire in manus audeat: nec modo telorum tuorum, sed etiam oculorum minarumque coniectum, toto campo totoque exercitu opposito, perhorrescat. Meruisti proxima moderatione, ut quandocumque te vel inferre vel propulsare bellum coegerit imperii dignitas, non ideo vicisse videaris ut triumphares, sed triumphare quia viceris.

XVIII. Aliud ex alio mihi occurrit. Quam speciosum est, quod disciplinam castrorum lapsam exstinctamque refovisti, depulso prioris sæculi malo, inertia, & contumacia, & dedignatione parendi! Tutum est reverentiam, tutum caritatem mereri; nec ducum quisquam, aut

Barbarus rex. Decébalo que ya entonces se preparaba para la guerra.

Sive interfuso. Aunque esté de por medio el mar.

Ut subsedisse. Que se allanaron los montes.

Interceptum. Que el mar se abrió.

XVII.

Provinciarum. sup. *Nostrarum.* Alude á los robos de Domiciano.

Triumphum. Lo dice conjeturando por las nobles prendas del Emperador, y en esto fue verdadero Profeta, porque triunfó Trajano de los Armenios, Persas, y Partos, y todas estas provincias hasta las Indias las sujetó al Imperio Romano, pero fue despues.

Corpora noscitare. Hombres que corresponden muy bien con sus títulos.

Fercula. Los carros en que llevaban los despojos.

Opima. Despojos ricos.

Minarumque. Con una mirada, ó amenaza oida por todo el campo.

Quia viceris. Contentio.

XVIII.

Inertia. Flojedad de los Emperadores.

Mereri. Merecer el amor.

aut non amari á militibus, aut amari timet: & inde offensæ gratiæque pariter securi instant operibus, adsunt exercitationibus, arma, mœnia, viros aptant. Quippe non is Princeps, qui sibi imminere, sibi intendi putet, quod in hostes maretur: quæ persuasio fuit illorum, qui hostilia quum facerent, timebant. Iidem ergo torpere militaria studia, nec animos modo, sed & corpora ipsa languescere, gladios etiam incuria hebetari retundique gaudebant. Duces porro nostri non tam regum exterorum, quam suorum Principum insidias, nec tam hostium, quam commilitonum manus ferrumque metuebant.

XIX. Est hæc natura sideribus, ut parva & exsilia validiorum exortus obscuret: similiter imperatoris adventu legatorum dignitas inumbratur. Tu tamen maior omnibus quidem eras, sed sine ullius diminutione maior: eamdem auctoritatem præsente te quisque, quam absente, retinebat. Quin etiam plerisque ex eo reverentia accesserat, quod tu quoque illos reverebare. Itaque perinde summis atque infimis carus, sic imperatorem commilitonemque miscueras, ut studium omnium laboremque & tanquam exactor intenderes; & tanquam particeps sociusque relevares. Felices illos, quorum fides & industria non per internuncios & interpretes, sed ab ipso te, nec auribus tuis, sed oculis probantur. Consecuti sunt ut absens quoque de absentibus nemini magis quam tibi crederes.

Iam

Offensæ gratiæque. Seguros contra su odio, y su amor.

Aptant. Instruyen á los hombres.

Sibi intendi. Que á él le amenazan, y á él se dirigen los preparativos que se hacen.

Quæ persuasio. De que los soldados maquinasen contra ellos.

Timebant. Domiciano aborrecia tanto y era aborrecido, que de miedo se hizo hacer una galeria de marmol bruñido, que reverberaba como espejo, para ver si acaso alguno venia á matarle, y allí se estaba encerrado matando moscas con un punzon.

Principum. Es muy sabida la crueldad de los Emperadores Romanos Tiberio, Neron, Caligula, y Domiciano: no es necesario enseñarla.

XIX.

Validiorum. La luz de los mayores.

Inumbratur. Se disminuye.

Reverebâre. Trajano cuando alguno venia á saludarle dejaba el asiento, se adelantaba, y abrazaba al que le venia á ver: esto no hicieron los demas Emperadores.

Miscueras. Grande alabanza de Trajano, que juntó cosas tan diversas como el ser Emperador, y camarada.

Exactor. Ejecutor.

XX. Iam te civium desideria revocabant, amoremque castrorum superabat caritas patriæ. Iter inde placidum ac modestum, ut plane à pace redeuntis. Nec vero ego in laudibus tuis ponam, quod adventum tuum non pater quisquam, non maritus expavit. Affectata aliis castitas, tibi ingenita, & innata, iterque ea quæ imputare non possis. Nullus in exigendis vehiculis tumultus, nullum circa hospitia fastidium: annona, quæ ceteris. Ad hoc, comitatus accinctus & parens: diceres magnum aliquem ducem, ac te potissimum ad exercitus ire: adeo nihil aut certe parum intererat inter imperatorem factum & brevi futurum. Quam dissimilis nuper alterius Principis transitus si tamen transitus ille, non populatio fuit, quum abactus hospitum exerceret; omniaque dextra lævaque perusta & attrita, ut si vis aliqua, vel ipsi illi barbari, quos fugiebant, incidérent. Persuadendum provinciis erat, illud iter Domitiani fuisse, non Principis. Itaque non tam pro tua gloria, quam pro utilitate communi, edicto subiecisti quid in utrumque vestrum esset impensum. Assuescat imperator cum imperio calculum ponere: sic exeat, sic redeat, tanquam rationem redditurus: edicat quid absumserit: ita fiet ut non absumat, quod pudeat edicere. Præterea futuri Principes (velint, nolint) sciant *Tantum constat*: propositisque duobus exemplis, meminerint, perinde conjecturam de moribus suis homines esse facturos, prout hoc vel illud elegerint.

XXI. Nonne his tot tantisque meritis novos aliquos honores, novos titulos merebare? At tu etiam nomen patris pa-

XX.

Non maritus. Le alaba por la castidad, y moteja á Domiciano, que quitó muchas mugeres á sus maridos, como Longina á su marido Elio, Julia sobrina suya, &c.

Interque ea. Y no la puedes alegar por mérito.

Vehiculis. Para transportar los bagages.

Annona quæ. La racion igual con la de los soldados.

Comitatus. Tu comitiva era prudente, y modesta.

Alterius Principis. De Domiciano.

Populatio. Correria.

Abactus. Expulsion de los huéspedes.

Barbari. Getas, Sarmatas, Germanos

Esset impensum. Se habrá gastado.

Calculum ponere. Contar.

Edicére. Declarar.

Tantum constant. Quanto cuesta vuestro viage, lo sabran los Príncipes venideros, que quieran que no. Esto es viage de Trajano, y Domiciano.

patriæ recusabas. Quam longa nobis cum modestia tua pugna? quam tarde vicimus? Nomen illud, quod alii primo statim principatus die, ut imperatoris & Cæsaris receperunt, tu usque eo distulisti, donec tu quoque, beneficiorum tuorum parcissimus æstimator, iam te mereri fatereris. Itaque soli omnium contigit tibi, ut paterpatriæ esses ante quam fieres. Eras enim in animis, iudiciis nostris: nec publicæ pietatis intererat, quid vocarere, nisi quod ingrata sibi videbatur, si te imperatorem potius vocaret & Cæsarem, quum patrem experiretur. Quod quidem nomen qua benignitate, qua indulgentia exeres! ut cum civibus tuis, quasi cum liberis parens, vivis! ut reversus imperator, qui privatus exieras, agnoscis, agnosceris! eosdem nos, eumdem te putas: par omnibus, & hoc tantum ceteris maior, quo melior.

XXII. Ac primum qui dies, ille, quo expectatus desideratusque urbem tuam ingressus es! Iam hoc ipsum quod ingressus es, quam mirum lætumque! Nam priores invehi & importari solebant, non dico quadriugo curru, & albentibus equis, sed humeris hominum, quod arrogantius erat. Tu sola corporis proceritate elatior aliis & excelsior, non de patientia nostra quendam triumphum, sed de superbia Principum egisti. Ergo non ætas quemquam, non valetudo, non sexus retardavit, quominus oculos insolito spectaculo impleret. Te parvuli noscere, ostentare iuvenes, mirari senes: ægri quoque neglecto medentium imperio ad conspectum tui, qua-

XXI.

Patriæ patris. La primera vez fue quando los soldados llamaron á Camilo entre los juegos, padre de la patria, por haber exterminado los Galos. Pero por decreto del Senado, Ciceron fue el primero que mereció este título por haber descubierto la conjuracion de Catilina: despues se les dió á muchos, ó por adulacion, ó por méritos.

Eosdem nos. Nos tienes por los mismos que tú, y tú que nosotros, esto es, no haces distincion de ti que fuiste, y lo que eres, para amarnos.

XXII.

Invehi & importari. Acostumbraban entrar en la Ciudad, y ser llevados.

Et albentibus. Los carros del triunfador eran tirados de caballos blancos.

Sed de superbia. Sino que triunfaste de la vanidad de los Príncipes.

Insolito spectaculo. Espectáculo tan nuevo.

Te parvuli. Distribucion.

quasi ad salutem sanitatemque prorepere. Inde alii se satis vixisse, te viso, te recepto: alii nunc magis esse vivendum prædicabant. Feminas etiam tum fœcunditatis suæ maxima voluptas subiit, quum cernerent cui Principi cives, cui imperatori milites peperissent. Videres referta tecta ac laborantia, ac ne eum quidem vacantem locum, qui non nisi suspensum & instabile vestigium caperet: oppletas undique vias, angustumque tramitem relictum tibi; alacrem hinc atque inde populum; ubique par gaudium paremque clamorem. Tam æqualis ab omnibus ex adventu tuo lætitia percepta est, quam omnibus venisti: quæ tamen ipsa cum ingressu tuo crevit, ac prope in singulos gradus adaucta est.

XXIII. Gratum erat cunctis quod senatum osculo exciperes, ut dimissus osculo fuerat: gratum quod equestris ordinis decora honore nominum sine monitore signares: gratum quod tantum non ultro clientibus salutis quasdam familiaritatis notas adderes: gratius tamen quod sensim & placide, & quantum respectantium turba pateretur, incederes, quod occursantium populos te quoque, te immo maxime adstares: quod primo statim die latus tuum crederes omnibus. Neque enim stipatus satellitum manu, sed circumfusus undique nunc senatus, nunc equestris ordinis flore, prout alterutrum frequentiæ genus invaluisset, silentes quietosque lictores tuos subsequebare. Nam milites nihil à plebe habitu, tranquilitate, modestiâ differebant. Ubi vero cœpisti Capitolium ascendere; quam læta omnibus adoptionis tuæ recordatio! quam peculiare gaudium eorum, qui te pri-

sanitatemque. Alude al ciego, que cuenta Tacito curó Vespasiano, poniéndole saliva en los ojos, y al instante recibió la vista; y á otro manco, que solo con pisarle la mano enferma se la sanó.

Prorepere. Corrian á cuatro pies serpeando entre la gente.

Videres. Descripcion.

Laborantia. Cargados de gente.

In singulos. A cada paso que dabas.

XXIII.

Honore nominum. Hicieses la honra, sin necesitar de quien te lo insinuase, de llamarle por su nombre á cada uno.

Sensim & placide. Que tu marcha era lenta y pausada, en cuanto lo permitia el tropel de la gente, que no se saciaba de verte.

Te immo. Correctio.

Latus tuum. Tu vida; que para defenderla rodean los Principes sus lados de Alabarderos.

Capitolium. El collado de Saturno. Habia en Roma dos Capitolios, el viejo, y el nuevo; en donde se veneraban simulacros de todos los Dioses. El nuevo estaba en la octava Region, el viejo estuvo en la sexta.

primi eodem loco salutaverant imperatorem! Quin etiam Deum ipsum tuum præcipuam voluptatem operis sui percepisse crediderim. Ut quidem iisdem vestigiis institisti, quibus parens tuus ingens illud Deorum prolaturus arcanum, quæ circumstantium gaudia! quam recens clamor! quam simillis illi dies qui hunc genuit diem! ut plena altaribus, angusta victimis cuncta! ut in unius salutem collata omnium vota! quum sibi se ac liberis suis intelligerent precari, quæ pro te precarentur. Inde tu in palatium quidem, sed eo vultu, sed ea moderatione, ut si privatam domum peteres, ceteri ad penates suos, quisque iteraturus gaudii fidem, ubi nulla necesitas gaudenti est.

XXIV. Onerasset alium eiusmodi introitus; tu quotidie admirabilior & melior: talis denique, quales alii Principes futuros se tantum pollicentur. Solum ergo te commendat augetque temporis spatium: iunxisti enim ac miscuisti res diversissimas, securitatem olim imperantis, & incipientis pudorem. Non tu civium amplexus ad pedes tuos deprimis nec osculum manu reddis. Manet imperatori quæ prior oris humanitas; dexteræ verecundia. Incedebas pedibus, incedis: lætabaris labore, lætaris: eademque omnia illa circa te, nihil in ipso te fortuna mutavit. Liberum est ingrediente per publicum Principe, subsistere, occurrere, comitari, præterire: ambulas inter nos, ut quasi contingas; & copiam tui, non ut imputes, facis. Hæret lateri tuo quisquis accessit, finemque sermoni suus cuique pudor, non tua

Deum ipsum. El Emperador Nerva Dios peculiar de Trajano.
Prolaturus arcanum. Quando habia de revelar el secreto.
Illud Deorum. Tu adopcion.
Dies. Este dia que semejante fue al de tu adopcion! El dia que partia al egército en que fue saludado como Dios.
Angusta victimis. Todo era estrécho para las víctimas.
Collata. Reunidos.
Ad penates suos. Entre su familia.

XXIV.

Onerasset. Hincharia.
Futuros. sup. *Bonos.*
Res diversissimas. Con todo Vespasiano vivió en los jardines de Salustio con las puertas abiertas, y á nadie se le negaba la entrada. *Dion.*
Ad pedes tuos. Abates á tus pies.
Osculum manu. Ni alargas la mano para que te la besen.
Ipso te. Pero en ti nada se ha mudado de lo que eras antes.
Præterire Esto se castigaba con los otros Emperadores, que querian honores forzados.
Ut quasi. De suerte que seas uno de tantos.
Non ut. No por dar en rostro, no por vanidad.
Hæret lateri. No sabe apartarse de tu lado.

tuæ superbia facit. Regimur quidem à te, & subiecti tibi, sed quemadmodum legibus, sumus. Nam & illæ cupiditates nostra libidinesque moderantur, nobiscum tamen & inter nos versantur. Emines, excellis, ut honor, ut potestas, quæ super homines quidem, hominum sunt tamen. Ante te Principes, fastidio nostri & quodam æqualitatis metu usum pedum amiserant. Illos ergo humeri cervicesque servorum super ora nostra: te fama, te gloria, te civium pietas, te libertas super ipsos Principes vehunt; te ad sidera tollit humus ista communis, & confusa principis vestigia.

XXV. Nec vereor, P. C. ne longior videar, quum sit maxime optandum, ut ea pro quibus aguntur Principi gratiæ multa sint: quæ quidem reverentius fuerit integra illibataque cogitationibus vestris reservari, quam carptim breviterque perstringi: quia fere sequitur, ut illa quidem de quibus taceas tanta quanta sunt esse videantur. Nisi vero leviter attingi placet locupletatas tribus, datumque congiarium populo & datum totum quum donativi partem milites accepissent. An mediocris animi est, his potius repræsentare, quibus magis negari potest? quanquam in hac quoque diversitate æqualitatis ratio servata est. Æquati sunt enim populo milites, eo quod partem, sed priores; populus militibus, quod posterior, sed totum statim accepit. Enimvero, qua benignitate divisum est: quantæque curæ tibi fuit ne quis expers liberalitatis tuæ fieret! Datum est his, qui post edictum tuum in locum erasorum subditi fuerant: æquatique sunt ceteris illi etiam, quibus non erat promissum. Negotiis aliquis valetudine alius, hic mari, ille flu-

Usum pedum. Les habia hecho perder la costumbre de andar á pie.
Super ora. Sobre nuestras cabezas.
Humus. El pisar esta tierra comun.

XXV.

Nec vereor. Se puede en medio de la oracion usar del exôrdio, como lo hace aqui tomándolo de la persona de que habla.
Locupletatas tribus. Las tribus fueron treinta y cinco.
Milites. Trajano contra lo que hicieron los demas Emperadores quitó parte del donativo á los soldados, para mostrar, que la verdadera liberalidad es la que se ejérce con aquellos que ni les debemos, ni tememos.
Repræsentare. Dar, remunerar.
Diversitate. Porque el pueblo habia recibido mas que los soldados.
Æquati. Porque el mayor premio que recibieron los soldados en el honor, le recibió el pueblo en la mayor liberalidad.
Locum erasorum. De los Ciudadanos borrados de la lista pública.

autem? quasi vero iam satis veneratus miratusque sim, quod tantam pecuniam profudisti, non ut flagitii tibi conscius ab insectatione eius averteres famam, nec ut tristes hominum mœstosque sermones lætiore materiâ detineres. Nullam congiario culpam, nullam alimentis crudelitatem redemisti; nec tibi benefaciendi fuit causa, ut quæ male feceras, impune fecisses: amor impendio isto non venia quæsita est: populusque Romanus obligatus à tribunali tuo, non exoratus recessit. Obtulisti enim congiarium gaudentibus gaudens securusque securis: quodque antea Principes ad odium sui leniendum tumentibus plebis animis obiectabant, id tu tam innocens populo dedisti, quam populus accepit. Paulo minus, P. C. quinque millia ingenuorum fuerunt, quæ liberalitas Principis nostri conquisivit, invenit, adscivit. Hi subsidium bellorum, ornamentum pacis, publicis sumtibus aluntur, patriamque non ut patriam tantum, verum ut altricem amare condiscunt. Ex his castra, ex his tribus replebuntur: ex his quandoque nascentur, quibus alimentis opus non sit. Dent tibi, Cæsar, ætatem Dii quam mereris, serventque animum quem dederunt; & quanto maiorem infantium turbam iterum atque iterum videbis incidi? Augetur enim quotidie & crescit, non quia cariores parentibus liberi, sed quia Principi cives. Dabis congiaria, si voles, præstabis alimenta, si voles; illi tamen propter te nascuntur.

In-

XXVIII.

Insectatione eius. De su vejamen, ó infamia, como Neron en los funerales de Británico, que dividió entre sus amigos los bienes del difunto, y despues de la muerte de Agripina su madre, repartió mucho dinero entre los Pretorianos, dió muchos espectáculos, banquetes, &c.

Detineres. Te apoderases, ó recreases.

Impendio isto. Con la liberalidad.

Obligatus. Por fuerza.

Principes ad. Neron descubierta la conjuracion de Pison, dió á cada uno de los manipulantes dos mil reales.

Obiectabant. Ofrecian como el pan al Can Cerbero.

Ingenuorum. Hidalgos, nobles.

Adscivit. Esparciano se encargó de alimentarlos. Adriano aun aumentó la liberalidad de Trajano en el alimento de niños, y niñas.

Subsidium. Socorro en lugar de soldados.

Patriamque. Traductio, ó conduplicatio.

Altricem. Aprenden á amar como á su ama de leche.

His. Cinco mil hidalgos.

Ex his. De estos cinco mil.

Tribus. Las urbanas.

Nascentur. sup. *Filii.* Hijos que no necesiten de alimentos públicos; ricos.

Quem. Liberal.

Videbis incidi. Verás aumentar en las listas, ó aranceles de bronce.

Propter te. Por tu liberalidad.

XXIX. Instar ergo perpetui congiarii reor affluentiam annonæ. Huius aliquando cura Pompeio non minus addidit gloriæ, quam pulsus ambitus campo, exactus hostis mari, oriens triumphis occidensque lustratus. Nec verò ille civilius quam parens noster, auctoritate; consilio, fide reclusit vias, portus patefecit, itinera terris, littoribus mare, littora mari reddidit, diversasque gentes ita commercio miscuit, ut quod genitum esset usquam, id apud omnes natum esse videretur. Nonne cernere datur, ut sine ullius iniuria omnis usibus nostris annus exuberet? Quippe non ut ex hostico raptæ, perituræque in horreis messes, nequicquam quiritantibus sociis auferuntur. Devehunt ipsi, quod terra genuit, quod sinus aluit, quod annus tulit: nec novis indictionibus pressi ad vetera tributa deficiunt. Emit fiscus quicquid videtur emere, inde copiæ, inde annona, de qua inter licentem vendentemque conveniat: inde hic satietas, nec fames usquam.

XXX. Ægyptus alendis, augendisque seminibus ita gloriata est, ut nihil imbribus cœloque deberet: siquidem propio semper anne perfusa, nec alio genere aquarum solita pinguescere, quam quas ipse devexerat, tantis segetibus induebatur, ut cum feracissimis terris, quasi nunquam cessura, certaret. Hæc inopina siccitate usque in iniuriam sterilitatis exaruit, quia piger Nilus cun-

XXIX.

Affluentiam. La abundancia de frutos.
Huius aliquando. Habia establecido Prefectos, para dividir el trigo entre el pueblo, á cada uno, á proporcion. Augusto introdujo esto, y en la carestia lo daba de valde: el cruel Claudio cerró los graneros, y publicó hambre al pueblo.
Pompeio. Pompeyo fue elegido Prefecto de las provisiones por cinco años.
Exactus. El Pirata de Cilicia. De esta guerra, *véase*, la ley Manilia, Plutarco, y Dion.
Oriens triumphis. Vencidos Mithridates, Tigranes, los Albanos, Iberos, y Arabes.
Lustratus. Haber corrido el oriente, y occidente con sus triunfos de Domiciano, y Yarba.
Civilius. Con mas afabilidad. Pompeyo.
Reclusit. Asegurò.
Reddidit. Le librò de incursiones.
Nonne cernere, &c. No es facil de conocer, que &c.
Quiritantibus. No se quitan á los aliados dejándolos quejosos.
Nobis indictionibus. Con nuevas gabelas. Tributos de quince á quince años.
Fiscus. La Real hacienda.
Licentem. El comprador.

XXX.

Ægyptus. Exceso hermoso tomando la cosa de mas alto.
Nihil imbribus. Porque la falta de lluvias, y rocios, la suple el Nilo.
In iniuriam. Con esterilidad total.
Piger Nilus. Porque el Nilo, habia salido de madre con lentitud.

cunctanter alveo sese ac languide extulerat; ingentibus quidem tunc quoque ille fluminibus, fluminibus tamen conferendus. Hinc pars magna terrarum mergi repararique amne consueta, alto pulvere incanduit. Fustra tunc Egyptus nubila optavit, cœlumque respexit, quum ipse fecunditatis parens contractior & exilior iisdem ubertatem eius anni angustiis, quibus abundantiam suam cohibuisset. Neque enim solum vagus ille quum expanditur, amnis intra usurpata semper collium substiterat atque hæserat, sed supino etiam ac detinenti solo, placido se mollique lapsu refugum abstulerat: & necdum satis humentes terras addiderat arentibus. Igitur inundatione; id est ubertate regio fraudata, sic opem Cæsaris invocavit, ut solet amnem suum; nec longius illi adversorum fuit spatium, quam dum nesciat. Tam velox, Cæsar, potentia tua est tamque in omnia pariter intenta bonitas & accincta, ut tristius aliquid sæculo tuo passis ad remedium salutemque sufficiat, ut scias.

XXXI. Omnibus equidem gentibus fertiles annos gratasque terras precor; crediderint tamen per hunc Ægypti statum tuas fortunam vires experiri, tuamque vigilantiam spectare voluisse. Nam quum omnia ubique secunda merearis, nonne manifestum est, si quid adversi cádat, tuis laudibus tuisque virtutibus materiem campumque præsterni, quum secunda felices, adversa magnos probent? Percrebuerat antiquitus, urbem nostram nisi opibus Ægypti ali sustentarique non

Conferendus. Porque aun entonces sin crecer era mayor que nuestros rios.

Mergi repararique. Porque el Nilo dos veces al año, en especial en el solsticio del Verano, con su inundacion cubre toda la tierra de Egypto de catorce á diez y siete pies, y el légamo que deja hace muy fértil el país. Si la inundacion es mucho mas, ó menos de esta medida el año es malo.

Parens. El Nilo.

Quibus abundantiam. Habia puesto á su abundancia límites tan estrechos.

Sed supino. Pero se habia detenido en los parages mas bajos.

Lapsu refugum. Los que se habian retirado.

Terras addiderat. Las cubrió de légamo.

Illi adversorum. No esperimentó estas calamidades, sino mientras.

Passis. Llegue á tu noticia, para que los afligidos hallen remedio, &c.

XXXI.

Campumque præsterni. En un campo de abundancia que te abre, te da.

Opibus Ægypti. Es bien sabido que de Alejandría se conducia trigo no solo á Roma, sino tambien á Constantinopla, y á quasi todo el Oriente.

non posse: superbiebat ventosa & insolens natio, quod victorem quidem populum pasceret tamen, quodque in suo flumine, in suis navibus vel abundantia nostra vel fames esset. Refudimus Nilo suas copias: recepit frumenta quæ miserat, deportatasque messes revexit. Discat igitur Ægyptus, credatque experimento, non alimenta se nobis, sed tributa præstare: sciat se non esse populo Romano necessariam, & tantum serviat. Post hæc, si volet Nilus, amet alveum suum, & fluminis modum servet: nihil hoc ad Urbem, ac ne ad Ægyptum quidem, nisi ut inde navigia inania & vacua, similia rudeuntibus, hinc plena & onusta & qualia solent venire, mittantur: conversoque munere maris, hinc potius venti ferentes & brevis cursus optentur. Mirum, Cæsar, videretur si desidem Ægyptum, cessantemque Nilum non sensisset urbis annona; quæ tuis opibus, tuâ curâ usque illuc redundavit, ut simul probaretur, & nos Ægypto posse, & nobis Ægyptum carere non posse. Actum erat de fœcundissima gente, si libera fuisset: pudebat sterilitatis insolitæ, nec minus erubescebat fame quâ torquebatur, quum pariter à te necessitatibus eius pudorique subventum est. Stupebant agricolæ plena horrea, quæ non ipsi refersissent, quibusque de campis illa subvecta messis, quave in Ægypti parte alius amnis. Ita beneficio tuo nec benigna tellus, & obsequens Nilus Ægypto quidem sæpe, sed gloriæ nostræ nunquam largior fluxit.

XXXII. Quam nunc iuvat provincias omnes in fidem

Et insolens. Vana, y ligera.
Populum. El Romano.
Refudimus Nilo. Restituimos al Nilo.
Sed tributa. Veinte mil y quinientos talentos anuales dice Ciceron, daba Egypto á Auletes padre de Cleopatra.
Nisi ut inde. Sino que las embarcaciones volverán aquí tan vacias como quando iban á Egypto.
Mirum. Hubiera sido maravilla que Roma no hubiese esperimentado la esterilidad de Egypto, &c.
Si libera. Si no hubiera estado sujeto al Imperio Romano.
Insolitæ. Desconocida.
Erubescebat. Los vanos Egypcios tenian vergüenza de confesar su hambre.
Quæ non. Que no habian ellos cogido.
Et obsequens Nilus. Ni el Nilo siempre contemporizó con Egypto.
Largior fluxit. Nunca mas benigno ó liberal, pues nos dió asunto de gloriarnos.

XXXII.

Quam nunc. Quanto nos aprovecha ahora.

dem nostram ditionemque venisse, postquam contigit Princeps, qui terrarum fecunditatem, nunc huc, nunc illuc, ut tempus & necessitas posceret, transferret, referretque? qui diremtam mari gentem, ut partem aliquam populi plebisque Romanæ aleret ac tueretur! Et cœlo quidem nunquam benignitas tanta, ut omnes simul terras uberet, foveatque: hic omnibus pariter, si non sterilitatem, at mala sterilitatis exturbat; hic si non fecunditatem, at bona fecunditatis importat; hic æternis commeatibus orientem occidentemque connectit: ut quæ ubique feruntur, quæque expetuntur, omnes gentes invicem capiant, & discant quanto libertate discordi servientibus sit utilius, unum esse cui serviant. Quippe discretis quidem bonis omnium, sua cuiusque ad singulos mala: sociatis autem atque permistis, singulorum mala ad neminem, ad omnes omnium bona pertinent. Sed sive terris divinitas quædam, sive aliquis amnibus genius: & solum illud & flumen ipsum precor, ut hac Principis benignitate contentum, molli gremio semina recondat, multiplicata restituat. Non quidem reposcimus fœnus; putet tamen esse solvendum; fallacemque unius anni fidem omnibus annis, omnibusque postea sæculis, tanto magis, quia non exigimus excuset.

XXXIII. Satisfactum qua civium, qua sociorum utilitatibus, visum est spectaculum inde non enerve, nec fluxum, nec quod animos virorum molliret & frangeret; sed quod ad pulcra vulnera contemtumque mortis accenderet; quum in servorum etiam noxiorumque cor-

Ditionemque. Potestad, imperio.
Diremtam. Egypto separada de Italia.
Benignitas. Nunca es tan favorable.
Simul. En un mismo año.
Mala sterilitatis. El hambre.
Feruntur. Se crian, ó producen.
Invicem. Por medio del comercio.
Quanto libertate. Quanto mas util sea á los que sirven con libertad sujeta é discordias.
Sua cuiusque. Son solos para sufrir sus males.
Sive terris. Digresion.
Aliquis amnibus. Como las inundaciones del Nilo eran regulares, juzgaban los antiguos que interiormente tenian algun Dios, ú espíritu que los gobernaba.
Et solum illud. La tierra de Egypto.
Contentum. Para redundar en adelante.
Recondat. Reciba, y abrigue.
Fœnus. Los frutos de la tierra.
Excuset. Recompense.

XXXIII.

Spectaculum. De Gladiadores: Trajano introdujo los Gladiadores en el Teatro y gustaba de ellos.
Noxiorumque. De hombres condenados á muerte.

corporibus amor laudis & cupido victoriæ cerneretur. Quam deinde in edendo liberalitatem, quam iustitiam exhibuit, omni affectione aut intactus, aut maior! Impetratum est, quod postulabatur: oblatum quod non postulabatur. Institit ultro, & ut concupisceremus admonuit; ac sic quoque plura inopinata plura subita. Iam quam libera spectantium studia quam securus favor? Nemini impietas, ut solebat, obiecta quod odisset gladiatorem; nemo è spectatore spectaculum factus, miseras voluptates unco & ignibus expiavit. Demens ille, verique honoris ignarus, qui crimina maiestatis in arena colligebat, ac se despici & contemni, nisi etiam gladiatores eius venerarentur, sibi maledici in illis, quam divinitatem, suum numen violari interpretabatur; quum se idem, quod Deus; idem gladiatores, quod se, putabat.

XXXIV. At tu, Cæsar; quam pulcrum spectaculum pro illo nobis execrabili reddidisti! Vidimus delatorum agmen inductum, quasi grassatorum, quasi latronum. Non solitudinem illi, non iter, sed templum, sed forum insederant. Nulla iam testamenta secura, nullus status certus, non orbitas, non liberi proderant. Auxerat hoc malum Principum avaritia. Advertisti oculos, atque ut ante castris, ita postea pacem foro reddidisti; excidisti intestinum malum; & provida severitate cavisti, ne fundata legibus civitas, eversa legibus videretur. Licet ergo quum fortuna, tum liberalitas tua vi-

Liberalitatem. Ciento veinte y tres espectáculos dió Trajano, en que se emplearon mil fieras, y mas Gladiadores.

Iustitiam. En premiar los vencedores.

Aut maior. Por haber juzgado iguales á los Gladiadores, que pidiendo cada vando por el suyo, con ambas manos dió el premio.

Institit. En ofrecer mas de lo que se pedia.

Plura. Mas espectáculos.

Quòd odisset. De haber aborrecido á un Gladiador.

Miseras voluptates. Satisfizo sus funestas diversiones con crueles castigos de hierro y fuego, que inventó Domiciano.

XXXIV.

Delatorum agmen. Vimos en el circo un exército de Delatores arrastrados por la arena, y como facinerosos, como salteadores.

Quasi grassatorum. Antiguamente se habia hecho oficio de acusar, y de citar ya culpados, ya inocentes, y habia muchos que tomaban este empleo de Acusadores. Trajano declaró infame tal oficio, y lo prohibió con las penas mas severas. Columela llamaba á tal oficio *caninum studium completissimum quamque odiatrandi.* Antes los habia condenado Tito, pero volvieron.

Sed forum. Bloquearon los Tribunales.

visenda nobis præbuerit, ut præbuit, nunc ingenia robora virorum, & pares animos, nunc immanitatem ferarum, nunc mansuetudinem incognitam, nunc secretas illas & arcanas ac sub te primum communes opes: nihil tamen gratius, nihil sæculo dignius, quam quod contigit desuper intueri delatorum supina ora, retortasque cervices. Agnoscebamus & fruebamur, quum velut piaculares publicæ sollicitudinis victimæ supra sanguinem noxiorum ad lenta suplicia gravioresque pœnas ducerentur. Congesti sunt in navigia raptim conquisita, ac tempestatibus dediti: abirent, fugerentque vastatas delationibus terras: ac si quem fluctus ac procellæ scopulis reservassent, hic nuda saxa & in hospitale littus incoleret: agere duram & anxiam vitam: relictaque post tergum totius generis humani securitate, mœreret.

XXXV. Memoranda facies, delatorum classis permissa omnibus ventis, coactaque vela tempestatibus pandere, iratosque fluctus sequi, quoscumque in scopulos detulissent. Iuvabat prospectare statim à portu sparsa navigia, & apud illum ipsum mare agere Principi gratias, qui, clementiâ sua salva, ultionem hominum terrarumque Diis maris commendasset. Quantum diversitas temporum posset, tum maxime cognitum est, quum iisdem, quibus antea cautibus innocentissimus quisque, tunc nocentissimus affigeretur, quumque insulas omnes, quas modo senatorum, iam delatorum turba compleret: quos quidem non in præsens tantum, sed in æternum repressisti, mille pœnarum indagine inclusos. Ereptum alienas pecunias eunt? perdant quas habent. Expellere penatibus gestiunt? suis exturbentur: neque ut antea ex-

Desuper intueri. De ver desde lo alto los delatores con la cabeza descubierta.

Ad lenta. El suplicio lento, ó que llaman civil, es mas cruel que no el repentino, ó criminal, porque si á los delatores los hubieran dado un castigo fuerte, pero pronto, en breve se les acabaria el dolor.

Raptim conquisita. Malos, como encontrados por casualidad.

Delatoribus. Destruido el Imperio con sus acusaciones, creidas de Tiberio, Cayo, Neron, y Domiciano.

XXXV.

Coactaque vela. obligado á exponer las velas á las tempestades.

A portu. Del puerto de Ostia.

Clementiâ. Porque no les quitó la vida.

Quibus antea. Peñascos en los cuales antes.

Inclusos. Comprendidos, porque debian la pena del Talion, si habian hecho delaciones falsas.

Expellere penatibus. Tienen gusto que perezcan otros en el destierro.

exsanguem illam & ferream frontem nequicquam convulnerandam præbeant punctis, & notas suas rideant; sed spectent patria præmio damna, nec maiores spes quam metus habeant, timeantque quantum timebantur. Ingenti quidem animo Titus securitati nostræ ultionique prospexerat, ideoque numinibus æquatus est: sed quanto tu quandoque dignior cœlo, qui tot res illis adiecisti, propter quas illum Deum fecimus? Id hoc magis arduum fuit, quod imperator Nerva te filio te successore dignissimus, perquam magna quædam edicto Titi adstruxerat, nihilque reliquisse, nisi tibi, videbatur, qui tam multa excogitasti, ut si ante te nihil esset inventum. Quæ singula quantum tibi gratiæ dispensata adiecissent! At tu simul omnia profudisti, ut sol & dies non parte aliqua, sed statim totus, nec uni aut alteri, sed omnibus in commune profertur.

XXXVI. Quam iuvat cernere æriarium silens & quietum, & quale ante delatores erat! Nunc templum illud, nunc vere Deus, non spoliarium civium, cruentarumque prædarum sævum receptaculum; ac toto in orbe terrarum adhuc locus unus, in quo, optimo Principe, boni malis impares essent. Manet tamen honor legum, nihilque ex publica utilitate convulsum, nec pœna cuiquam remissa, sed addita est ultio, solumque mutatum, quod iam non delatores, sed leges timentur. At fortasse non eadem severitate fiscum, quâ ærarium, cohibes: immo tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo

Nequicquam. Presentaban la frente para marcarla con el hierro ardiente inutilmente.

Et notas. Alude á la pena de los calumniadores, ó falsos acusadores, á los que se marcaba en la frente con hierro ardiendo la letra K.

Titus. Porque Tito aborreció infinitamente á los delatores, y su primer cuidado fue condenar á todos los delatores de profesion á ser apaleados en la plaza mayor, y de alli llevarlos arrastrando al teatro, y en fin, á venderlos como esclavos, y desterrarlos.

Deum fecimus. Luego á Tito le colocaron entre los Dioses?

Adstruxerat. Habia añadido mucho mas al edicto de Tito.

XXXVI.

Ante delatores. Antes que hubiese delatores.

Templum illud. De Saturno.

Spoliarium. Almacen de despojos de Ciudadanos.

Optimo Principe. Bajo Trajano.

Tamen honor. Porque decian que si se quitaban los delatores, muchas culpas quedarian sin castigo. Sobre esto *véase* á Ciceron en la Oracion pro Roscio Amerino.

Ex publica. De los bienes públicos.

Ultio. A los calumniadores.

Fiscum. Tesoro particular.

De tuo. De los bienes del fisco.

tuo quam de publico credia. Dicitur actori atque etiam procuratori tuo: in ius veni; sequere ad tribunal. Nam tribunal quoque excogitatum cruciatu est par ceteris, nisi illud litigatoris amplitudine metiaris. Sors & urna fisco iudicem assignat: licet reiicere, licet exclamare! Hunc nolo timidus est, & bonæ sæculi parum intelligit. Illum volo, quia Cæsarem fortiter amat. Eodem foro utuntur principatus & libertas. Quæ præcipua tua gloria est, sæpius vincitur fiscus; cuius mala causa nunquam est, nisi sub bono Principe. Ingens hoc meritum; maius illud, quod eos procuratores habes, ut plerumque cives tui non alios iudices malint. Libertum est autem disceptanti dicere: Nolo eum eligere. Neque enim ullam necessitatem muneribus tuis addis, ut qui scias hanc esse beneficiorum principalium summam, si illis & non uti licet.

XXXVII. Onera imperii pleraque vectigalia instituti, ut pro utilitate communi ita singulorum iniuriis coegerunt. His vicesima repetta est, tributum tolerabile & facile heredibus duntaxat extraneis; domesticis grave. Itaque illis irrogatum est, his remissum; videlicet quod manifestum erat quanto cum dolore laturi, seu potius non laturi homines essent, destringi aliquid & abradi bonis, quæ sanguine, gentilitate, sacrorum denique societate meruissent, quæque nunquam ut aliena & sperandæ, sed ut sua semperque possessa, ac deinceps proximo cuique transmittenda cepissent. Hæc mansuetudo legis veteribus civibus servabatur. Novi seu per

Actori. Abogado, Fiscal.
In ius veni. Ven á juicio.
Litigatoris. Si no se atiende á la magestad de aquel contra quien se pleytea.
Eodem foro. De la misma Ley.
Si illis. Si ellos pueden, ó no usar de ellos.

XXVII.

Onera imperii. Las cargas del Imperio, como pagar á los soldados.
Vicessima. Tributo de la veintena.
Extraneis. Estrangeros que por la Ley Papia se les prohibia el derecho de Ciudadanos de Roma.
Illis irrogatum. A los herederos se les cargó.
Seu potius. Correctio.
Destringi aliquid. Que se les quitase alguna parte de unos bienes.
Gentilitate. Por sus parentescos, y participaron de los sacrificios.
Véase el Indice.
Ut sua. Los patrimonios de su familia.
Ad deinceps. Por los grados mas cercanos.
Transmittenda. Como debajo de fideicomiso.
Mansuetudo. Que los parientes sucediesen sin el honor de la veintena.
Novi. Esto es ciudadanos de poco tiempo.

per Latium in civitatem, seu beneficio Principis venissent, nisi simul cognationis iura impetrassent, alienissimi habebantur, quibus coniuntissimi fuerant. Ita maximum beneficium vertebatur in gravissimam iniuriam, civitasque Romana instar erat odii, & discordiæ, & orbitatis, quum carissima pignora, salvâ ipsorum pietate, distraheret. Inveniebatur tamen quibus tantus amor nominis nostri inesset, ut Romam civitatem non vicesimæ modo, verum etiam affinitatum damno bene compensari putarent: sed is maxime debebat gratuita contingere, à quibus tam magno æstimabatur. Igitur pater tuus sanxit, ut quod ex matris ad liberos, ex liberorum bonis pervenisset ad matrem, etiamsi cognationum iura non recepissent, quum civitatem adipiscerentur, eius vicesimam ne darent. Eamdem immunitatem in paternis bonis filio tribuit, si modo reductus esset in patris potestatem ratus improbe & insolenter, ac pene impie his nominibus inseri publicanum: nec sine piaculo quodam sanctissimas necessitudines velut intercedente vicesima scindi; nullum esse tanti vectigal, quod liberos ac parentes faceret extraneos.

XXXVIII. Hactenus ille: parcius fortasse quam decuit optimum Principem, sed non parcius quam optimum patrem, qui optimum adoptaturus, hoc quoque parentis indulgentissimi fecit, quod delibasse quædam

seu

Per Iatium. Por el derecho de Italia.

Civitatem. Pediano escribe que Pompeyo dió á los antiguos Colonos el derecho de Italia, para que alcanzasen el derecho de Ciudadanos Romanos, para poder obtener los Magistrados.

Nisi simul. Si haciéndolos el Príncipe Ciudadanos no alcanzaban juntamente el derecho de parentesco.

Quibus coniunctissimi. De aquellos con quienes tenian parentesco muy cercano. En esto pecaba esta ley.

Ita maximam. El privilegio de Ciudadano.

In gravissimam. Porque les quitaban la venta de los bienes dejados como si fueran Ciudadanos.

Et orbitatis: Porque privaba al Ciudadano de la herencia debida.

Salva ipsorum. Solo sin disminuir su cariño.

Affinitatem damno. El perjuicio de haber de obtener los derechos de parentesco.

Gratuita: Hacer Ciudanos sin carga de veintena.

Pervenisset. Aunque fuese abintestato.

Quum civitatem. Aunque lograsen el de Ciudadano Romano.

His nominibus. Mezclar con estos nombres el de Publicano.

Intercedente vicesima. Mediando el tributo de la veintena.

XXXVIII.

Ille Nerva.

Hoc. Este obsequio.

seu potius demostrasse contentus, largam ac prope intactam benefaciendi materiam filio reservavit. Statim ergo muneri eius liberalitas tua adstruxit, quemadmodum in patris filius, sic in hereditate filii pater esset immunis, nec eodem momento quo pater esse desiisset, hoc quoque amitteret: quod fuisset. Egregiæ, Cæsar, quod lacrymas parentum vectigales esse non pateris. Bona filii pater sine diminutione possideat, nec socium hereditatis accipiat, qui non habet luctus; nemo recentem & attonitam orbitatem ad computationem vocet; cogatque patrem, quid reliquerit filius, scire. Augeo; P. C. Principis munus, quum ostendo liberalitati eius inesse rationem. Ambitio enim, & iactantia, & effusio, & quidvis potius quam liberalitas existimanda est, cui ratio non constat. Dignum ergo, imperator, mansuetudine tua, minuere orbitatis iniurias, nec pati quemquam, filio amisso, insuper affici alio dolore. Sic quoque abunde misera res est, pater filio solus heres: quid si coheredem non à filio accipiat? Adde quod cum Divus Nerva sanxisset, ut in paternis bonis liberi necessitate vicesimæ solverentur, congruens erat eadem immunitatem parentes in liberorum bonis obtinere. Cur enim posteris amplior honor quam maioribus haberetur? curve non retro quoque recurreret æquitas eadem? Tu quidem, Cæsar, illam exceptionem removisti, si modo filius in potestate patris fuisset, intuitus opinor, vim legemque naturæ, quæ semper in ditione parentum esse liberos iussit, nec uti inter pecudes, sic inter homines potestatem & imperium valentioribus dedit.

Nec

Adstruxit. Añadió.
Esset immunis. Libre del tributo de la veintena.
Vectigales. Tributarios.
Ad computationem. Al cálculo de la herencia para quitar de allí la veintena.
Iuste rationem. Que con razon perdonó la veintena.
Et quidvis potius. Es una palabra, todo lo malo, antes que juzgarlo liberalidad.
Abunde misera. Cosa es demasiadamente miserable, el que solo el hijo sea heredero del padre, porque queda huérfano.
Non à filio. Sino del fisco, como antes sucedia.
Necessitate. De la carga de la veintena.
Solverentur. Que no pagasen la veintena.
Amplior honor. Que los hijos queden libres de la veintena, de la que no lo estuvieron sus padres.
Si modo. Palabras del edicto de Nerva.
Valentioribus. A los mas fuertes.

XXXIX. Nec vero contentus primum cognationis gradum abstulisse vicesimæ, secundum quoque exemit, cavitque ut in sororis bonis frater, & contra, in fratris soror, atque avus, avia in neptis nepotisque & invicem illi servarentur immunes. His quoque quibus per Latium civitas Romana patuisset, idem indulsit; omnibusque inter se cognationum iura commisit simul & pariter, & more naturæ; quæ priores Principes, à singulis rogari gestiebant, non tam præstandi animo, quam negandi. Ex quo intelligi potest quantæ benignitatis, quanti spiritus fuerit, sparsas, atque, ut ita dicam, laceras gentilitates colligere atque connectere, & quasi renasci iubere: deferre quod negabatur, atque id præstare cunctis, quod sæpe singuli non impetrassent: postremo ipsum sibi eripere tot beneficiorum occasiones, tam numerosam obligandi imputandique materiam. Indignum, credo ei visum, ab homine peti, quod Dii dedissent. Soror estis & frater, avus & nepotes: quid est ergo cur rogetis ut sitis? Vobis estis. Quid? pro cetera sua moderatione non minus invidiosum putat dare hereditatem, quam auferre. Læti ergo adite honores, capessite civitatem, neminem hoc necessitudinis abruptum velut truncum amputatumque destituet: iisdem omnes quibus ante pignoribus, sed honestiores perfruentur.

XL. Ac ne remotus quidem, iamque deficientis affinitatis gradus à qualibet quantitate vicesimam inferre, ut prius, cogetur: statuit enim communis omnium pa-

XXXIX.

Primum cognationis. De padres á hijos.

Secundum. De hermano á hermana por línea transversal.

Fratris. Traductio: cuando se repiten sin vicio unas mismas palabras.

Avia in neptis. En los bienes del nieto, y la nieta, el abuelo, ó abuela.

Civitas Romana. El derecho de Ciudadano Romano.

A singulis. Se hacian rogar de cada uno en particular.

Gentilitates. Parentescos.

Imputandique Y de que se le atribuyese asunto tan abundante para ganarse voluntades.

Cur rogetis. Para qué se han de pedir títulos que lo declaren? Estar libres de veintena.

Adite. Los principales con derecho podian pretender Magistrados como Ciudadanos de Roma.

Hoc necessitudinis. De este parentesco.

XL.

A qualibet. Trajano dió por libres á todos hasta el séptimo grado, si era pequeña la herencia.

Vicesimam. Se le obligó á pagar la veintena.

parens summam, quæ publicanum pati possit. Carebit onere vicesimæ parva & exilis hereditas; & si ita gratus heres volet, tota sepulcro, tota funeri servetur: nemo observator, nemo castigator adsistet. Cuiuscumque modi ea pecunia ex hereditate alicuius obvenerit; securus habeat, quietusque possideat. Ea lex vicesimæ dicta est, ut ad periculum eius perveniri, nisi opibus, non possit. Conversa est iniquitas in gratulationem, iniuria in votum: optat heres ut vicesimam debeat. Additum est, ut qui eiusmodi ex causis in diem edicti vicesimam deberent, nondum tamen intulissent, non inferrent. At in præteritum subvenire ne Dii quidem possunt: tu tamen subveniisti, cavistique, ut desineret quisque debere, quod non esset, postea debiturus, id est, effecisti ne malos Principes habuissemus: quo ingenio, si natura pateretur, quam libenter tot spoliatis, tot trucidatis sanguinem & bona refudisses! Vetuisti exigi, quod deberi non tuo sæculo cœperat. Alius ut contumacibus irasceretur, tarditatemque solvendi dupli vel etiam quadrupli irrogatione multaret; tu nihil referre iniquitatis existimas, exigas quod deberi non oportuerit, an constituas ut debeatur.

XLI. Feres, Cæsar, curam & sollicitudinem consularem. Nam mihi cogitanti eundem te collationes remisisse, donativum reddidisse, congiarium obtulisse, de-

Summam. Siendo muy grande la herencia.

Publicanum. Alcavalero, exactor, almojarife, ó cobrador de tributos.

Tota sepulcro. Habia una clausula en aquella Ley, que decia, que por mayor que fuese la herencia, si toda se consumia en los funerales, quedaba el heredero libre de la vicintena.

Ad periculum. A términos de pagarla.

Iniuria in votum. La injuria en deseo.

Additum est. En otra clausula de la Pragmática de Trajano.

Diem edicti. Para el dia señalado de la publicacion de esta Ley nueva que derogaba la antigua.

Non inferrent. Que no pagasen.

In præteritum. Lo pasado puede reprenderse, pero no corregirse.

Quo ingenio. Con cuyo anhelo.

Refudisses. Licentia, y frecuentatio, en que todo lo esparcido en la oracion se junta en uno para mayor fuerza.

Irrogatione. Con exaccion doble, ó cuadruplicada, los hubiera multado.

Tu nihil. Tu juzgas que no hay diferencia de injusticia, en exigir, &c.

XLI.

Feres. Llevarás con paciencia.

Curam. El cuidado de mí el Consul.

Collationes. Tributos.

Obtulisse. Compar, y similiter desinens.

delatores abegisse, vectigalia temperasse; interrogandus videris, satisne computaveris imperii reditus; an tantas vires habeat frugalitas Principis, ut tot impendiis, tot erogationibus sola sufficiat? Nam quid est causæ, cur aliis quum omnia raperent, & rapta retinerent, ut si nihil rapuissent, nihil retinuissent, defuerint omnia: tibi quum tam multa largiaris, nec auferas quidquam, omnia supersint? Numquam Principibus defuerunt, qui fronte gravi, & tristi supercilio utilitatibus fisci contumaciter adessent; & erant Principes ipsi sua sponte avidi & rapaces, & qui magistris non egerent; plura tamen semper a nobis contra nos didicerunt: sed ad tuas aures quum ceteris omnibus, tum vel maxime avaris adulationibus obstructus est aditus. Silent ergo & quiescunt, & postquam non est cui suadetur, qui suadeant non sunt. Quo evenit, ut tibi quum plurimum pro tuis, plus tamen pro nostris moribus debeamus.

XLII. Locupletabant & fiscum & ærarium non tam Voconiæ, & Iuliæ leges, quam maiestatis singulare & unicum crimen eorum, qui crimine vacarent. Huius tu metum penitus sustulisti, contentus magnitudine, qua nulli magis caruerunt, quam qui sibi maiestatem vindicabant. Reddita est amicis fides, liberis pietas, obsequium servis: verentur, & parent, & dominos habent. Non enim iam servi nostri Principis amici, sed nos sumus: nec Pater patriæ alienis se mancipiis cariorem, quam civibus suis credit. Omnes accusatore domestico liberasti, unoque salutis publicæ signo illud, ut sic dixerim, servile bellum sus-

Reditus. Rentas.

Qui fronte gravi. Que se aplicaban á las utilidades que sacaban de los particulares, con altivez, y crueldad, para aplicarla al Fisco.

Sua sponte. De su naturaleza.

Magistris. De maestros, que les enseñasen á hacer confiscaciones.

Plura. Muchos modos de robar.

A nobis. De nosotros malos sobornadores.

Silent. Los aduladores.

Pro nostris. Haces de suerte que sin querer carezcamos de la enfermedad de adular,

XLII.

Fiscum. Las confiscaciones, y tesoro público.

Et Iuliæ. Voconio publicó una Ley, que ningun rico dejase la herencia á su hija; sobre esto hay muchas leyes Julias.

Maiestatis. Derogaban la potestad del Imperio.

Iam servi. Porque regularmente los validos de los Principes antecedentes fueron los libertos, y criados.

Servile bellum. Porque los delatores que perseguian á todos, eran gente vil, criados ó esclavos.

sustulisti; in quo non minus servis quam dominis præstitisti: hos enim securos, illos bonos fecisti. Non vis interea laudari, nec fortasse laudanda sint grata sunt tamen recordantibus Principem illum in capita dominorum servos subornantem, monstrantemque crimina, quæ tanquam detata puniret: magnum & inevitabile, ac toties cuique experiendum malum, quoties quisque similes Principi servos haberet.

XLIII. In eosdem genere ponendum est, quod testamenta nostra secura sunt; nec unus omnium, nunc quia scriptus, nunc quia non scriptus, heres es. Non tu falsis, non tu iniquis tabulis advocaris. Nullius ad te iracundia, nullius impietas, nullius furor confugit; nec quia offendit alius, nuncuparis, sed quia ipse meruisti. Scriberis ab amicis, ab ignotis præteriris; nihilque inter privatum & Principem interest, nisi quod nunc á pluribus amaris; nam & plures amas. Tene, Cesar, hunc cursum, & probabitur experimento, sitne feracius & uberius, non ad laudem modo, sed ad pecuniam, Principi, si herede illo mori homines velint, quam si cogantur. Donavit pater tuus multa & ipse donasti: cesserit parum gratus; manent tamen ii, qui bonis eius fruantur, nihilque ex illis ad te nisi gloria redit: nam liberalitatem iucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit. Sed quis ante te laudem istam pecuniæ prætulit? quotusquisque Principum ne id quidem in patrimoniis nostris suum duxit, quod esset de suo? Nonne ut regum, ita Cæsarum munéra illitos cibis hamos opertos

In capita dominorum. Que sobornaba á los esclavos, y les sugeria los delitos, que habian de imputar á sus amos.

XLIII.

Nec unus omnium. Tu eres llamado al testamento, no como los demas Príncipes, que unos por miedo los hacian herederos, otros anulaban los testamentos de su antecesor, porque ellos no eran llamados.

Iniquis tabulis. Testamentos injustos, ó falsos.

Altus nuncuparis. Eres llamado á la herencia.

Nunc cursum. Tal orden de vida.

Sitne feracius. Si el Príncipe amado de los suyos adquiere no solo mayor alabanza sino mas dinero de los amigos que le hacen heredero.

Donavit pater. Porque todo el dinero que encontró Nerva en el Tesoro de los injustos despojos de Domiciano, lo repartió con los pobres, y gastó ademas millon y medio en otros socorros.

Cesserit parum. Aunque haya muerto un ingrato.

Quotusquisque. Cuántos sino muy pocos.

Illitos cibis. Imitaban á los anzuelos cebados, y hazos cargados de cebo.

tos præda laqueos æmulabantur, quum privatis facultatibus velut hausta & multiplicata, retro secum quicquid attigerant, referrent?

XLIV. Quam utile est ad usum secundorum per adversa venisse! Vixisti nobiscum; periclitatus es, timuisti, quæ tunc erat innocentium vita; scis & expertus es quanto opere detestentur malos Principes etiam qui malos faciunt. Meministi quæ optare nobiscum, quæ sis queri solitus. Nam privato iudicio Principem geris, meliorem imo te præstas, quam tibi alium præcabare. Itaque sic imbuti sumus, ut quibus erat summa votorum, melior pessimo Princeps, iam non possimus nisi optimum ferre. Nemo est ergo tam tui, quam ignarus sui, ut locum ipsum post te concupiscat. Facilius est, ut esse aliquis successor tuus possit, quam ut velit. Quis enim curæ tuæ molem sponte subeat? quis comparari tibi non reformidet? Expertus & ipse es, quam sit onerosum succedere bono Principi, & afferebas excusationem adoptati. An prona parvaque sunt ad æmulandum, quod nemo incolumitatem turpitudine rependit? Salva est omnibus vita, & dignitas vitæ, nec iam consideratus ac sapiens, qui ætatem in tenebris agit. Eadem quippe sub Principe virtutibus præmia, quæ in libertate: nec benefactis tantum ex conscientia merces. Amas constantiam civium, rectosque ac vividos animos, non ut alii, contundis ac deprimis sed foves & attollis. Prodest bonos esse, quum sit satis abundeque, si non nocet: his honores, his sacerdotia, his provincias of-

Hausta. Como agotados y aumentados los dones de los Césares, esto es, cuando el cazador llena de cebos los anzuelos, parece que abunda de lo mismo que busca, pero él pierde aquel cebo porque necesita de otro mayor, cual es la pesca.

XLIV.

Secundorum. De la prosperidad.

Periclitatus. Te viste en peligro con nosotros bajo el dominio, porque la virtud es aborrecida de malos Príncipes, que andan indagando donde hay buenos para matarlos.

Qui malos. Los aduladores.

Optare. Que deseabas juntamente con nosotros.

Præcabare. Rogabas.

Summa votorum. Como estos eran nuestros mayores deseos.

Sponte subeat. Voluntariamente se encargue del gran peso, &c.

Adoptati. De haber sido adoptado.

Incolumitatem turpitudine. Compró la seguridad á costa de la honra.

Ut alii. Como acostumbran otros Príncipes.

Quum sit satis. Antes era bastante el que á nadie dañase el ser bueno, como sucedia bajo los malos Príncipes, á quienes la virtud era sospechosa.

offers: hi amicitia tua, hi iudicio florent: acuuntur isti integritatis & industriæ pretio, similes dissimiles alliciuntur. Nam præmia bonorum malorumque bonos ac malos faciunt. Pauci adeo ingenio valent, ut non turpe honestumque, prout bene ac secus cessit, expetant, fugiantve: ceteri, ubi laboris inertiæ, vigilantiæ somno, frugalitatis luxuriæ merces datur; eadem ista, quibus alios artibus assecutos vident, consectantur: qualesque sunt illi, tales esse & videri volunt, & dum volunt, fiunt.

XLV. Et priores quidem Principes, excepto patre tuo, præterea uno aut altero & nimis dixi, vitiis potium civium, quam virtutibus lætabuntur; primum quod in alio sua quemque natura delectat; deinde quod patientiores servitutis arbitrabantur, quos non deceret esse nisi servos. Horum in sinum omnia congerebant: bonos autem otio aut situ abstrusos & quasi sepultos, non nisi delationibus & periculis in lucem ac diem proferebant. Tu amicos ex optimis legis: & hercule æquum est esse eos carissimos bono Principi, qui invisi malo fuerint. Scis ut sicut sunt diversa natura dominatio & principatus, ita non aliis esse Principem gratiorem, quam qui maxime dominum gravantur. Hos ergo provenis, & ostentas, quasi specimen & exemplar, quæ tibi secta vitæ, quod hominum genus placeat: & ideo non censuram adhuc, non præfecturam morum recepisti, quia tibi beneficiis potius, quam remediis, ingenia nostra experiri placet. Et alioquin nescio an plus moribus conferat Princeps, qui bonos esse patitur, quam qui cogit. Flexibiles quamcumque in partem ducimur à Principe, atque, ut ita dicam, sequaces sumus. Huic enim

Isti integritatis. Otros. Antonino con su moderacion hacia de los malos buenos, y de los buenos mejores.

Pauci adeo. Pocos hay que no busquen la virtud, y el vicio acomodado á los tiempos.

Bene ac secus. Bien, ó al contrario.

XLV.

Uno aut altero. Augusto y Tito.

Quod in alio. Que naturalmente se complacen en hallar en los otros los vicios, en que ellos están envueltos.

Otio aut situ. Despreciados en la aquerosidad; y sin empleos.

Legis. Escoges.

Dominatio. La dominacion es de tiranos, de padre el Principado.

Secta. Género de vida.

Censuram. El juzgar vidas agenas.

Quam remediis. De que usan los censores.

Experiri. Gustas mas de probar nuestras costumbres con beneficios, que, &c.

Flexibiles. Dóciles.

enim cari, huic probati esse cupimus: quod frustra speraverunt dissimiles: eoque obsequii continuatione pervenimus, ut prope omnes homines unius moribus vivamus. Porro non tam sinistre constitutum est, ut qui malum Principem possumus, bonum non possimus imitari. Perge modo, Cæsar & vim effectumque censuræ tuum propositum, tui actus obtinebunt. Nam vita Principis censura est, eaque perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc convertimur: nec tam imperio nobis opus est, quam exemplo. Quippe infidelis recti magister est metus. Melius homines exemplis docentur, quæ in primis hoc in se boni habent, quod approbant, quæ præcipiunt fieri posse.

XLVI. Et quis terror valuisset efficere, quod reverentia tui effecit? Obtinuit aliquis ut spectaculum pantomimorum populus Romanus tolli pateretur? Sed non obtinuit ut vellet. Rogatus es tu, quod cogebat alius, cœpitque esse beneficium, quod necessitas fuerat. Neque enim à te minore concentu, ut tolleres pantomimos, quam à patre tuo, ut restitueret, exactum est. Utrumque recte: nam & restitui oportebat, quos sustulerat malus Princeps, & tolli restitutos. In his enim, quæ à malis bene fiunt, hic tenendus est modus, ut appareat auctorem displicuisse, non factum. Idem ergo populus ille aliquando scenici imperatoris spectator & applausor, nunc in pantomimis quoque aversatur & damnat effeminatas artes, & indecora sæculo studia. Ex quo manifestum est Principum disciplinam capere etiam vulgus; quum rem, si ab uno fiat, severissimam

Dissimiles Los Príncipes malos.

Unius moribus. Porque todos procurarán imitar al Príncipe.

Tuum propositum. Tu modo de vivir será la censura de las malas costumbres.

Censura est. Es censura verdadera, porque con su ejemplo se corrigen los súbditos.

Recti. Para obrar bien.

Quod approbant. Porque obrando ellos antes lo que mandan, prueban que se puede hacer, &c.

XLVI.

Obtinuit aliquis. Como Tiberio, que cuenta Dion arrojó de Roma los Pantomimos, y prohibió exercer tal arte. Lo mismo hizo Neron: y Domiciano prohibió la escena de Cómicos, y solo dió por lícito representasen en su Palacio.

Rogatus es tu. A ti te suplicaron, que quitases los espectáculos.

Sed non. Pero no lo logró como quería.

Ut tolleres. Desterrases el espectáculo de los Pantomimos.

A patre tuo. Nerva.

Malus Princeps. Parece denota á Domiciano, que fue muy enemigo de bufones, y satíricos.

mam fecerint omnes. Macte hac gravitatis gloria, Cæsar, qua consecutus est, ut quod antea vis & imperium nunc mores vocarentur. Castigaverunt vitia sua ipsi qui castigari merebantur: iidemque emendatores, qui emendandi fuerunt. Itaque nemo de severitate tua queritur, & liberum est queri. Sed cum ita comparatum sit, ut de nullo minus Principe querantur homines, quam de quo maxime licet; tum tuo sæculo nihil est, quo non omne hominum genus lætetur & gaudeat. Boni provehuntur mali, qui est tranquillissimus status, civitatis, nec timent, nec timentur. Mederis erroribus, sed implorantibus: omnibusque, quos bonos facis, hanc adstruis laudem, ne coegisse videaris.

XLVII. Quid vitam? quid mores iuventutis, quam principaliter formas! quem honorem dicendi magistris, quam dignationem sapientiæ doctoribus habes! ut sub te spiritum & sanguinem & patriam receperunt studia! quæ priorum temporum immanitas exsiliis puniebat; quum sibi vitiorum omnium conscius Princeps, inimicas vitiis artes non odio magis quam reverentia relegaret. At tu easdem artes in complexu, oculis, auribus habes. Præstas enim quæcumque præcipiunt: tantumque eas diligis, quantum ab illis probaris. An quisquam studia humanitatis professus, non quum omnia tua, tum vel imprimis laudibus ferat admissionum tuarum facilitate? Magno quidem animo parens tuus hanc ante hos Principes arcem publicarum ædium nomine inscripserat: frustra tamen, nisi adoptasset, qui habitare in publicis posset. Quam bene cum titulo i-

Macte hac. Goza de la gloria de tal gravedad.

De quo maxime. Entiende los Príncipes tiranos; de quienes nadie se atreve á maldecir por miedo de perder la vida.

XLVII.

Quam dignationem. Que atencion á los Filósofos.

Te spiritum. La vida, porque Domiciano, segun Dion, habia quitado la vida á muchos, porque se daban á la filosofia, los demas los arrojó de Roma.

Ex illis puniebat. Sofocles, segun Atheneo, arrojó de Atenas á todos los Filósofos. Los Romanos echaron de Roma como perjudiciales á la juventud, siendo Lucio, y Posthumio Cónsules, á todos los Epicureos.

Princeps. Domiciano.

Admissionum. Hace transicion con buen órden á la facilidad que habia en hablar á Trajano.

Hos principes. Los Flavios. Antes de ser elevado Domiciano con los suyos, la República estaba arruinada con las guerras civiles.

Inscripserat. Habia hecho grabar en el frontis ser Alcazar público y comun el Palacio Palatino.

isto moribus tuis convenit! quanquam omnia sic facis, tanquam non alius inscripserit. Quod enim forum, quæ templa tam reserata? Non Capitolium, ipsâque illa adoptionis tuæ sedes magis publica, magis omnium. Nullæ obices; nulli contumeliarum gradus; superatusque iam mille liminibus, ultra semper aliqua dura & obstantia. Magna ante te, magna post te, iuxta te tamen maxima quies: tantum ubique silentium, tam altus pudor, ut ad parvos penates & larem angustum ex domo Principis modestiæ & tranquillitatis exempla referantur.

XLVIII. Ipse autem ut excipis omnes! ut exspectas! ut magnam partem dierum inter tot imperii curas quasi per otium transigis! Itaque non ut alias attoniti, nec ut periculum capitis adituri tarditate, sed securi & hilares, quum commodum est, convenimus; & admittente Principe, interdum est aliquid, quod nos domi quasi magis necessarium teneat. Excusati semper tibi, nec unquam magis excusandi sumus. Scis enim sibi quemque præstare quod te videat, quod te frequentet, ac tanto liberalius ac diutius voluptatis huius copiam præbes. Nec salutationes tuas fuga & vastitas sequitur: remoramur, resistimus ut in communi domo, quam nuper illa immanissima bellua plurimo terrore munierat, quum velut quodam specu inclusa, nunc propinquorum sanguinem lamberet, nunc se ad clarissimorum civium strages cædesque proferret. Obversabantur foribus horror & minæ, & par metus admissis & exclusis. Ad hoc ipse occursu quoque visuque terribilis, superbia in fronte, ira in oculis, femineus pallor in corpore, in ore impudentia multo rubore suffusa. Non adire quisquam, non

Tam reserata. Estan tan abiertos.
Sedes. El tempio de Júpiter Capitolino.
Liminibus. Que pasados mil umbrales, siempre quedaban obstáculos, esto es, las guardias y soldados.
Aliqua dura. Esto es, otras puertas cerradas y horrorosas.
Ad parvos. Casa pequeña y morada estrecha. XLVIII.
Ut exspectas. Con qué humanidad esperas.
Tarditate. Si llegaban tarde á donde el adagio satírico: *Rapta properabat ab olla.*
Interdum est. Mientras hay algun negotio.
Munierat. Ya queda dicho como Domiciano fortificó de marmol la sala en donde vivia.
Propinquorum. Eutropio dice, que Domiciano mató á sus sobrinos Flavio Sabino, y Flavio Clemente.
Civium strages. Véase. Juvenal en sus sátiras.
Foribus. En las puertas.

non alloqui audebat, tenebras semper secretumque captantem: nec unquam ex solitudine sua prodeuntem, nisi ut solitudinem faceret.

XLIX. Ille tamen, quibus sibi parietibus & muris salutem suam tueri videbatur, dolum secum & insidias, & ultorem scelerum Deum inclusit. Dimovit perfregitque custodias pœna; angustosque per aditus & obstructos, non secus ac per apertas fores & invitantia limina irrupit: longeque tunc illi divinitas sua, longe arcana illa cubilia sævique secessus, in quos timore & superbia & odio hominum agebatur. Quanto nunc tutior, quanto securior eadem domus, postquam eius non crudelitatis, sed amoris excubiis, non solitudine & claustris, sed civium celebritate defenditur? Ecquid ergo? discimus experimento fidelissimam esse custodiam Principis ipsius innocentiam. Hæc arx inaccessa, hoc inexpugnabile munimentum, munimento non egere. Frustra se terrore, succinxerit, qui septus caritate non fuerit: armis enim arma irritantur. Num autem serias tantum partes dierum in oculis nostris cœptuque consumis? num remissionibus tuis eadem frequentia, eademque illa socialitas interest? non tibi semper in medio cibus, semperque mensa communis? non ex convictu nostro mutua voluptas? non provocas reddisque sermones? non ipsum tempus epularum tuarum quum frugalitas contrahat, extendit humanitas? Non enim ante medium diem distentus solitaria cœna spectator adnotatorque conviviis, tuis immines; nec ieiunis & manibus plenus ipse & ructans, non tam apponis, quam obiicis cibos, quos dedigneris attingere; ægreque perpessus super-

XLIX.

Et ultorem. Estevan, liberto de Domiciano, le quitó la vida á los cuarenta y nueve años de su edad, y quince de reinado.

Longe arcana. Aquellos cuartos retirados, y crueles asilos.

Postquam eius. De Domiciano.

Inexpugnabile munimentum. Trinchera inexpugnable. Conduplicatio, ó traductio.

Eademque illa. Trajano era muy llano y familiar, no queria estatuas ni batidores: él se paseaba en la calle para dar paso á los carruages, su conversacion alegre, y política era lo mas sazonado de su mesa, se divertia en algun rato de caza, en guiar á remo un Esquife, ó remar en alguna Galera, esto siempre en compañía de los amigos.

Non provocas. No mueves la conversacion, y contestarás á ella?

Quos dedigneris. Que te desdeñes de tocar.

perbam illam convictus simulationem, rursus te ad clandestinam ganeam occultumque luxum refers. Ergo non aurum, nec argentum, nec exquisita ingenia cœnarum, sed suavitatem tuam incunditatemque miramur, quibus nulla societas adest, quando sincera omnia, & vera, & ornata gravitate. Neque enim aut peregrinæ superstitionis mysteria, aut obscœna petulantia mensis Principis oberrat; sed benigna invitatio, & liberales ioci, studiorum honor. Inde tibi parcus & brevis somnus, nullumque amore nostri angustius tempus, quam quod sine nobis agis.

L. Sed quum rebus tuis ut participes perfruamur, quæ habemus ipsi, quam propria, quam nostra sunt! Non enim exturbatis prioribus dominis, omne stagnum, omnem lacum, omnem etiam saltum immensa possessione circumvenis; nec unius oculis flumina, fontes, maria deserviunt. Est quod Cæsar non suum videat, tandemque imperium Principis, quam patrimonium maius est. Multa enim ex patrimonio refert in imperium, quæ priores Principes occupabant, non ut ipsi fruerentur, sed ne quis alius. Ergo in vestigia sedesque nobilium immigrant pares domini; nec iam clarissimorum virorum receptacula habitatore servo teruntur, aut fœda vastitate procumbunt. Datur intueri pulcerrimas ædes deterso situ auctas ac vigentes. Magnum hoc tuum non erga homines modo, sed erga tecta ipsa meritum, sistere ruinas, solitudinem pellere,

Convictus simulationem. Ficcion de familiaridad.

Clandestinam ganeam. Desorden clandestino.

Aut peregrinæ. Livio dice, que los Romanos quisieron mil veces echar de Roma las supersticiones estrangeras, y que el Senado dió esta comision á los Triumviros.

Oberrat. Rodea la mesa del Principe.

Et liberales. Juegos de hombres nobles, cuales quedan dichos usaba Trajano.

L.

Omne stagnum. Aunque está escrito que Domiciano hacia poco caso de robar á vivos y muertos, este lugar, mas parece habla de Neron.

Immensa possessione. Encierras en una immensa posesion.

Deserviunt. No se sujetan á la vista de uno solo. La cosa de Neron de la cual se dijo: *Roma domus fiet, Veios, migrate, Quirites; si non & Veius occupat una domus.*

Quis alius. Sino para que otro no le gozase.

Habitatore servo. Son ocupadas por un esclavo, ó destruidas por falta de habitador.

Deterso situ. Limpias de polvo, y telarañas.

Sistere ruinas. Detener las ruinas, ó levantarlas.

re, ingentia opera eodem quo exstructa sunt animo ab interitu vindicare. Multa quidem illa & anima carentia, sentire tamen & lætari videntur, quod niteant, quod frequententur, quod aliquando cœperint esse domini non servientis. Circumfertur sub nomine Cæsaris tabula ingens rerum venalium, quod sit detestanda avaritia illius, qui tam multa concupiscebat, quum haberet supervacua tam multa. Tum exitialis erat apud Principem huic laxior domus, illi amœnior villa. Nunc Princeps in hæc eadem dominos quærit, ipse inducit? ipsos illos magni aliquando imperatoris hortos, illud nunquam nisi Cæsaris suburbanum licemur, emimus, implemus. Tanta benignitas Principis, tanta securitas temporum est, ut ille nos principalibus rebus existimet dignos; nos non timeamus, quod digni esse videmur. Nec vero emendi tantum civibus tuis copiam præbes; sed amœnissima quæque largiris & donas: ita (inquam) donas, in quæ electus, in quæ adoptatus es; transfers quod iudicio accepisti, ac nihil magis tuum credis, quam quod per amicos habes.

LI. Idem tam parcus es in ædificando, quam diligens in tuendo. Itaque non, ut ante, immanium transvectione saxorum urbis tecta quatiuntur. Stant securæ domus, nec iam templa nutantia. Satis est tibi, nimiumque, quum successeris frugalissimo Principi, magnum reiicere aliquid & amputare ex his quæ Princeps tanquam necessaria reliquit. Præterea pater tuus usibus suis detrahebat, quæ fortuna imperii dederat: tu tuis, quod pater. At quam magnificus in publicum es! Hinc porticus, inde delubra occulta celeritate pro-

Ab interitu. Librarlas de que se asuelen.

Tabula ingens. Un grande Arancel de cosas venales, que Trajano expuso.

Supervacua. Superfluo.

In hæc. Para estas mismas casas de Neron.

Ipse inducit. Les pone en posesion de ellas.

Hortos. De Neron.

Suburbanum. Casa de campo fuera de Roma, quizá la granja Albana que Domiciano frecuentaba mucho. Todo esto lo vendemos, lo compramos, &c.

Principalibus. De las cosas mas principales. 558 años el Senado, y pueblo Romano, asistió mezclado á los espectáculos, hasta que Serano, y Scribonio, Ediles, por parecer de Scipion Násica, separaron los asientos del Senado, y Plebe, lo que abatió mucho la autoridad de Scipion.

Quatiuntur. Se arruinan.

Nutantia. Vacilantes.

Porticus. Portales.

properantur, ut non consummata, sed tantum commutata videantur. Hinc immensum latus Circi templorum pulcritudinem provocat; digna populo victore gentium sedes, nec minus ipsa visenda, quam quæ ex illa spectabantur: visenda autem quum cetera specie, tum quod æquatus plebis et Principis locus: si quidem per omne spatium una facies, omnia continua & paria, nec magis proprius spectandi Cæsaris suggestus, quam propria, quæ spectet. Licebit ergo te civibus tuis invicem contueri: dabitur non simulacrum Principis, sed ipsum Principem cernere in publico, in populo sedentem; populo, cui locorum quinque millia adiecisti. Auxeras enim numerum eius congiarii facilitate, auxeremque in posterum suscipi liberalitate tua fide iussetas.

LII. Horum unum si præstitisset alius, illi iamdudum radiatum caput, & media inter deos sedes auro staret aut ebore, angustioribusque aris & grandioribus victimis invocaretur. Tu delubra non nisi adoraturus intras; tibi maximus honor excubare pro templis, postibusque prætexi. Sic fit, ut Dei summum inter homines fastigium servent, quum Deorum ipse non sis adeptus. Itaque tuam statuam in vestibulo Iovis optimi maximi unam alteramve, & hanc æream, cernimus: at paulo ante aditus omnes, omnes gradus, totaque a-

Hinc immensum Trajano así en Roma como en todas las Ciudades mayores de Italia, hizó hermosos, y magníficos edificios, y las concedió varios privilegios: él renovó el Circo máximo, le engrandeció, y hermoseó, y se le puso esta inscripcion: *Para que sea mas digno del Pueblo Romano*: no se puede contar los puentes, los caminos reales que abrió, las calzadas que levantó, ó para que se comunicasen los lugares entre sí, ó para asegurarlas de inundaciones. El hizo el año 114 de J. C. abrir una gran plaza, en medio de la que se puso la columna Trajana, de 144 pies, cuanta era la altura del monte que deshicieron, dejando en medio hecha la columna; el Artífice fue Apolodoro.

Æquatus. Que tiene la plebe igual lugar con el Príncipe.

Suggestus. Trono.

Quinque millia. Cinco mil asientos mas que se añadieron al Circo.

LII.

Si præstitisset. Parece denota á Augusto, que se adornó la cabeza con una corona con rayos como del sol para adquirirse veneracion.

Grandioribus. Bueyes blancos con las hastas doradas, y coronadas las frentes de guirnaldas.

Excubare. Velar.

Quum Deorum. sup *Fastigium.* La dignidad ó gerarquía de los Dioses.

Et hanc æream. Y esta de metal. Trajano aborrecia este género de honra, como él lo dice en las respuestas á Plinio.

Omnes gradus. De las escaleras; pues al Capitolio, segun Tácito lib. 1., se subia por cien gradas.

area hinc auro, hinc argento relucebat, seu potius polluebatur, quum incesti Principis statuis permista Deorum simulacra sorderent. Ergo istæ quidem æreæ & paucæ manent, manebuntque quandiu templum ipsum; illæ autem aureæ & innumerabiles strage & ruina publico gaudio litaverunt. Iubabat illidere solo superbissimos vultus, instare ferro, sævire securibus, ut si singulos ictus sanguis dolorque sequeretur. Nemo tam temperans gaudii seræque lætitiæ, quin instar ultionis videretur cernere laceros artus, truncata membra, postremo truces horrendasque imagines abiectas excoctasque flammis; ut ex illo terrore & minis in usum hominum ac voluptates ignibus mutarentur. Simili reverentia, Cæsar, non apud genium tuum bonitati tuæ gratias agi, sed apud numen Iovis optimi maximi pateris: illi debere nos quicquid tibi debeamus, illius quod bene facias muneris esse, qui te dedit. Ante quidem ingentes hostiarum greges per Capitolinum iter, magna sui parte velut intercepti, divertere via cogebantur, quum sævissimi domini atrocissima effigies tanto victimarum cruore coleretur, quantum ipse humani sanguinis profundebat.

LIII. Omnia, patres Conscripti, quæ de aliis Principibus à me aut diduntur aut dicta sunt, eo pertinent, ut ostendam, quam longâ consuetudine corruptos depravatosque mores principatus Parens noster reformet & corrigat: alioquin nihil non parum grate sine comparatione laudatur. Præterea hoc primum erga optimum imperatorem piorum civium officium est, insequi dissimiles. Neque enim satis amarint bonos Principes, qui malos satis non oderint. Adiice, quod imperatoris nostri non aliud amplius, ac diffusius meritum est, quam quod insectari malos Principes tutum est. An excidit do-

Incesti. Incestuoso Domiciano con Julia, hija de Tito.

Æreæ. De bronce.

Illæ autem. Eusebio dice que Domiciano no permitio se le hiciese estatua que no fuese de plata, ú oro.

Publico gaudio. Fueron destruidas con alegria pública.

Truces. Alude á la horrible cara de Domiciano.

Genium tuum. En tu Palacio, en donde tenian el oratorio del Dios genial.

Velut intercepti. Como si les hubieran cortado el paso.

LIII.

Satis. Traductio, ó conduplicatio.

dolori nostro modo vindicatus Nero? permitteret, credo, famam vitamque eius carpi, qui mortem ulciscebatur; nec ut in se dicta interpretaretur, quæ de simillimo dicerentur. Quare ego te, Cæsar, muneribus tuis omnibus comparo, multis antepono, quod licet nobis & in præteritum de malis imperatoribus quotidie vindicari, & futuros suo exemplo præmonere, nullum locum, nullum esse tempus, quo funestorum Principum manes à posterorum exsecrationibus conquiescant. Quo constantius, Patres Conscripti, & dolores nostros & gaudia proferamus: lætemur his, quibus fruimur; ingemiscamus illis quæ patiebamur. Simul utrumque faciendum est sub bono Principe. Hoc secreta nostra, hoc sermones, hoc ipsæ gratiarum actiones agant: meminerintque sic maxime laudari incolumem imperatorem, si priores secus meriti reprehendantur. Nam quum de malo Principe posteri tacent, manifestum est eadem facere præsentem.

LIV. Ecquis iam locus miseræ adulationis manebat ignarus, quum laudes imperatorum ludis etiam & commessationibus celebrarentur, saltarenturque: atque in omne ludibrium effeminatis vocibus, modis, gestibus frangerentur? Sed illud indignum, quod eodem tempore in senatu & in scena, ab histrione & à consule laudabantur. Tu procul à tui cultu ludicras artes removisti. Seria ergo tu carmina, honorque æternus annalium, non hæc brevis & pudenda prædicatio colit; quin etiam tanto maiore consensu in venerationem tui theatra ipsa consurgent, quanto magis de te scenæ silebunt. Sed quid ego istud admiror, quum eos quoque honores, qui tibi à nobis offeruntur, aut delibare parcissime, aut omnino soleas recusare? Nihil ante

Nero. Domiciano tan carnicero como Neron, por lo que Juvenal le llama el Neron calvo, pero mejor se toma en su significado, porque poco antes de morir Domiciano castigó á Epaphrodito, para vengar la muerte de Neron.

Qui mortem. El que vengaba la muerte.

In se dicta. Como si lo que se decia de Neron se entendiese de Domiciano.

Manes. En que los hueses de los crueles Príncipes.

Secus meriti. Que de otro modo le han mericido, ó han obrado.

LIV.

Ecquis iam. Habia llegado á lo sumo la adulacion en tiempo de Domiciano.

Et commessationibus. Se celebrasen con bayles, y desórdenes.

Frangerentur Se debilitaban.

Et in scena. Donde bailaban los farsantes.

te tam vulgare, tam parvum in senatu agebatur, ut non laudibus Principum immorarentur, quibuscumque censendi necessitas acoidisset. De ampliando numero gladiatorum, aut instituendo collegio fabrorum consulebamur, & quasi prolatis imperii finibus, nunc ingentes arcus, excessurosque templorum fastigium titulos, nunc menses etiam, nec hos singulos, nomini Cæsarum dicabamus. Patiebantur illi, &, quasi meruissent, lætabantur. At nunc quis nostrum, tanquam oblitus eius de quo refertur, censendi officium Principis honore consumit? Tuæ moderationis hæc laus, constantia nostra: & tibi obsequimur, quod in curiam, non ad certamen adulationum, sed ad usum munusque iustitiæ convenimus: hinc simplicitati tuæ veritatique gratiam relaturi, ut se quæ vis, velle; quæ non vis, nolle credamus. Incipimus inde, desinimus ibi, à quo incipi, in quo desini sub alio Principe non posset. Nam plerosque ex decretis honoribus & alii non receperunt: nemo ante tantus fuit, ut crederetur noluisse decerni. Quod ego titulis omnibus speciosius reor, quando non trabibus aut saxis nomen tuum, sed monumentis æternæ laudis inciditur.

LV. Ibi in sæcula, fuisse Principem, cui florenti & incolumi nunquam nisi modici honores, sæpius nulli decernerentur. Et sane si velimus cum priorum temporum necessitate certare, vinceremur. Ingeniosior est enim ad

Tam parvum. Domiciano juntó una vez al Senado, para consultarle en qué especie de vasija coceria un rodaballo; otra vez puso sitio formal al Senado; otra vez convocó los Senadores, y los hizo llevar en procesion á un salon enlutado, y con hachas de difuntos, que deben luz para ver ataudes, en los que se leian los nombres de los convidados. Al mismo tiempo entraron por la sala muchos hombres desnudos teñidos de negro, con hachas y espadas en las manos, imitando á las furias, dejando medio muertos los Señadores con sus amenazas.

De ampliando. De aumentar los Gladiadores contra las Leyes.

Fabrorum. De artífices.

Excessurosque. Que las inscripciones que se grababan en ellos estaban mas altas que los templos.

Nunc menses. Setiembre y Octubre. *Vease* el Argumento.

Censendi officium &c. Gastar el tiempo que habia de emplear en decir su dictamen, en alabar al Principe.

Moderationis. No quieres que se te alabe fuera del orden.

Constantia nostra. El que seamos constantes.

In curiam. En el Senado.

Plerosque ex decretis. Porque otros han podido rehusar algunas de las honras que se les hacian, como Tiberio, que recibia muy pocas, y Claudio tambien rehusó las escesivas.

Monumentis. En historias, y poemas.

ad excogitandum simulatio veritate, servitus libertate, metus amore. Simul quum iam pridem novitas omnis adulatione consumta sit, non alius erga te novus honor superest, quam si aliquando de te tacere audeamus. Age si quando pietas nostra silentium rupit, & verecundiam tuam vicit, quæ qualiaque aut decernimus nos, aut tu non recusas? ut appareat non superbia & fastidio te amplissimos honores repudiare, qui minores non dedigneris. Pulcrius hoc, Cæsar, quam si recusares omnes: nam recusare omnes, ambitionis; moderationis est, eligere parcissimos. Quo temperamento & nobis & ærario consulis; nobis quidem, quod omni liberas suspicione; ærario autem, quod sumtibus ejus adhibes modum, ut qui exhaustum non sis innocentium bonis repleturus. Stant igitur effigiens tuæ, quales olim ob egregia in rempublicam merita privatis dicabantur. Visuntur eadem è materia Cæsaris statuæ qua Brutorum, qua Camillorum. Nec discrepat causa. Illi enim reges hostemque victorem mœnibus depulerunt: hic regnum ipsum, quæque alia captivitas gignit, arcet ac submovet, sedemque obtinet Principis, ne sit domino locus. Ac mihi intuenti sapientiam tuam minus mirum videtur, quod mortales istos, caducosque titulos aut depreceris, aut temperes. Scis enim ubi vera Principis, ubi sempiterna sit gloria; ubi sint honores in quos nihil flammis, nihil senectuti, nihil successoribus liceat. Arcus enim & statuas, aras etiam templaque demolitur & obscurat oblivio, negligit carpitque posteritas: contra contemtor ambitionis & infinitæ potestatis

LX.

Simulatio. Contentio llaman los Rhetóricos.

Novitas omnis. Toda invencion de honras. Livio dice que en tiempo de la guerra Púnica primera se inventaron quatro mil honores para los jóvenes. Tres mil el Cesar en la guerra Gálica.

Parcissimos. Muy pocos, y de cortas utilidades.

Qui exhaustum. Que estando sin dinero, no les has de llenar con los bienes de los inocentes.

Privatis. Despues de echados los Reyes de Roma, la República daba tales honores á los particulares.

Quæ Brutorum. La de Junio Bruto, que arrojó los Reyes, y la de M. Bruto, que mató al Cesar, de las que habla Plinio lib. 23, y la de M. Furio Camilo, que salvó la ciudad del cerco de los Franceses. *Véase* el Livio.

Hic regnum. Catachresis, por tiranía.

Quæque alia. Qualesquiera otros males que acarrea la esclavitud.

Tempores. Los rehusas, ó moderas.

Liceat. A los que no pueden dañar el fuego, la vejez, los sucesores.

Carpitque. Las tachan como obras de la soberbia.

tis domitor ac frenator animus ipsa vetustate florescit; nec ab ullis magis laudatur, quam quibus minime necesse est. Præterea ut quisque factus est Princeps, extemplo fama eius, incertum bona an mala, cæterum æterna est. Non ergo perpetua Principi fama, quæ invitum manet, sed bona concupiscenda est. Ea porro non imaginibus & statuis, sed virtute ac meritis prorogatur. Quin etiam leviora hæc, formam Principis figuramque, non aurum melius vel argentum, quam favor hominum exprimat teneatque: quod quidem prolixe tibi cumulateque contigit, cuius lætissima facies & amabilis vultus in omnium civium ore, oculis, animo sedet.

LVI. Adnotasse vos credo, P. C. iamdudum me non eligere quæ referam. Propositum est enim mihi Principem laudare, non Principis facta. Nam laudabilia multa etiam mali faciunt; ipse laudari, nisi optimus non potest. Quare non alia maior, Imperator Auguste, gloria tua, quam quod agentibus tibi gratias nihil velandum est nihil omittendum est. Quid est enim in principatu tuo, quod cuiusquam prædicatio vel transilire vel prætervehi debeat? quod momentum quod imo temporis punctum, aut beneficio sterile, aut vacuum laude? Nonne omnia eiusmodi, ut is optime te laudasse videatur, qui narraverit fidelissime? Quod fit ut prope in immensum diffundatur oratio mea & necdum de biennio loquor. Quam multa dixi de moderatione, & quanto plura adhuc restant! ut il-

Perpetua. Que sea eterna.

Quæ invitum. Que existe contra toda voluntad.

Prorogatur. Se estiende á los venideros.

Aurum. Las estatuas de oro, y plata.

LVI.

Iamdudum. Que desde el principio de la oracion.

Quæ referam. Que no voy escogiendo lo que he de decir.

Nam laudabilia. Porque algunas veces hacen cosas laudables aun los Principes malos.

Nihil velandum. Nada hay que ocultar porque todo es bueno. Suetonio escribe las vidas de doce Cesares, y de todos ellos cuenta algunas cosas buenas entre muchas malas.

Aut beneficio. A imitacion de *Tito*, que acordándose sobre cena en cierta ocasion, que aquel dia no habia hecho ningun beneficio, exclamó: *Amici, hodie diem perdidi.*

De biennio. De lo que habia hecho Trajano en dos años no completos: ojalá hubiera escrito el Panegírico algunos años despues, mas famoso seria nuestro Trajano.

Adhuc restant. Nerva dió el segundo Consulado á Trajano, Domiciano el primero.

illud quod secundum consulatum recepisti, quia Princeps & pater deferebat. At postquam ad te imperii summam, & quum omnium rerum, tum etiam tui potestatem Dii transtulerunt, tertium consulatum recusasti, quum agere tam bonum consulem posses. Magnum est differre honorem; gloriam maius. Gestum consulatum mirer, an non receptum? Gestus non in hoc urbis otio & intimo sinu pacis, sed iuxta barbaras gentes; ut illi solebant, quibus erat modis paludamento mutare pretextam, ignotasque terras victoria sequi. Pulcrum imperio, gloriosum sibi, quum te socii atque amici sua in patria, suis in sedibus adierunt. Decora facies consulis, multa post sæcula tribunal viridi cespite exstructum, nec fascium tantum, sed pilorum signorumque honore circumdatum. Augebant maiestatem præsidentis, diversi postulantium habitus, ac dissonæ voces raraque sine interprete oratio. Magnificum est civibus iura, quid hostibus reddere? speciosum certam fori partem; quid immanes campos sella curuli, victoresque vestigio premere? imminere minacibus ripis tutum quietumque? quid spernere barbaros fremitus? hostilemque terrorem non armorum magis, quam togarum ostentatione compescere? Itaque non te apud imagines, sed ipsum præsentem audientemque consalutabant imperatorem, nomenque, quod alii domitis hostibus, tu contemtis merebare.

LVII. Hæc laus acti consulatus; illa dilati, quod adhuc initio principatus, ut iam exsatiatus honoribus, & expletus, consulatum recusasti; quem novi imperatores destinatum aliis, in se transferebant. Fuit etiam qui

Mirer. Dubitatio.
Gestus. El segundo Consulado.
Urbis otio. Porque Roma era como el puerto de tranquilidad entonces que se hallaba sin guerras.
Paludamento. Insignia del Generalato.
Pretextam. En vez de vestido consular tomaban el vestido de General para ir á la guerra.
Ignotasque. En tiempo de la de Germania poco antes conocida con las guerras.
Viridi cespite. Hecho de verdes cespedes.
Sed pilorum. De lanzas y banderas.
Magnificum est. sup. *Reddere.*
Speciosum certam. Cosa grande es juzgar á los Ciudadanos en &c.
Minacibus ripis. En las riberas que amenazan.
Ostentatione. Que dejando verse con las togas.

LVII.

Acti consulatus. Esta es la alabanza de lo hecho en el Consulado, aquella de lo rehusado.
Destinatum. Destinado ó electo.
Fuit etiam. Habla de Domiciano, que mató á Acilio Glabrion, Colega de Trajano en el Consulado.

qui in principatus sui fine consulatum, quem dederat ipse, magnâ ex parte iam gestum extorqueret & raperet. Hoc ergo honore, quem & incipientes Principes & desinentes adeo concupiscunt, ut auferant, tu otioso ac vacante privatis cessisti. Invidiosusne erat tibi tertius consulatus, aut Principi primus? Nam secundum imperator quidem, sub imperatore tamen inisti: nihilque imputari in eo vel honori potest vel exemplo, nisi obsequium. Ita verò quæ civitas quinquies, atque etiam sexies consules vidit, non illos qui exspirante iam libertate per vim ac tumultum creabantur; sed quibus sepositis & absentibus in rura sua consulatus ferebantur, in hac civitate tertium consulatum Princes generis humani ut prægravem recusasti? Tantone Papyriis etiam & Quintiis moderatior Augustus, & Cæsar, & pater patriæ? At illos resp. ciebat: quid? te non eadem respublica? non senatus, non consulatus ipse, qui sibi tuis humeris attolli & augescere videtur.

LVIII. Non te ad exemplar eius voco, qui continuis consulatibus fecerat longum quemdam & sine discrimine annum: his te confero, quod certum est, quoties consules fuerunt, non sibi præstitisse. Erat in senatu ter consul, quum tu tertium consulatum recusabas. Onerosum nescio quid verecundiæ tuæ consensus noster indixerat, ut Princeps toties consul esses, quoties senator tuus. Nimia modestia istud etiam privatus re-

Per vim. Como Cesar, Pompeyo, Marco Antonio, &c.

Rura sua. Como los Camilos, los Fabios.

Tertium. Pero el primero despues del Principe.

Papyriis etiam. Quanto mas manifestais vuestra moderacion siendo Emperador, Cesar, y padre de la patria, que Papirio y Quincio? Estos Papirios fueron muchos: el mas famoso en la milicia fue Luc. Papirio Cursor.

Quintiis. Por Quincio entiende el Cincinato, del que *véase* el Livio.

Ciebat. Llamaba.

LVIII.

Eius. De Domiciano, á quien se le decretaron suplicaciones, estatuas, arcos, y el Consulado perpetuo.

Qui continuis. Diez y siete, aunque algunos los obtuvo antes del Principado.

Longum. De quince años.

Non sibi præstitisse. No le han sido para sí.

Ter Consul. Puede ser Virginio Rufo que obtuvo el tercer consulado con Nerva, y murió destinado por Trajano para el quarto.

Senator. Rufo.

Istud. El tercer consulado.

recusasses. An consularis viri triumphalisque filius quum tertio consul creatur, ascendit? non debitum hoc illi? non vel sola generis claritate promeritum? Contigit ergo privatis aperire annum, fastosque reserare: & hoc quoque redditæ libertatis indicium fuit, quod consul alius quam Cæsar esset. Sic exactis regibus, cœpit liber annus; sic olim servitus pulsa privata fastis nomina induxit. Miseros ambitionis, qui ita consules semper, ut semper Principes erant! Quanquam non ambitio magis, quam livor & malignitas videri potest, omnes anno possidere, summumque illum purpuræ ducus non nisi præcerptum præfloratumque transmittere. Tuam vero magnanimitatem, an modestiam, an benignitatem prius mirer? Magnanimitas fuit expetito semper honore abstinere; modestia cedere; benignitas per alios frui.

LIX. Sed iam tempus est te ipsi consulatui præstare, ut maiorem eum suscipiendo gerendoque facias. Nam sæpius recusare, ambiguam ac potius illam interpretationem habet, tamquam minorem putes. Tu quidem ut maximum recusasti; sed hoc persuadere nemini poteris, nisi aliquando & non recusaveris. Quum arcus, quum tropæa, quum statuas deprecaris, tribuenda est verecundiæ tuæ venia: illa enim sane tibi dicantur. Nunc vero postulamus ut futuros Principes doceas inertiæ renuntiare, paulisper delicias differre, paulisper & saltem ad brevissimum tempus ex illo felicitatis somno velut excitari; induere prætextam, quam, quum dare possent, occuparint; ascendere curulem, quam detineant: esse denique quod concupierunt,

An consularis. Ya demostró que el padre de Trajano fue patricio consular y triunfal.

Aperire annum. Con su nombre consagra el principio del año con el Consulado.

Fastosque. Libros en que escribian los nombres de los Consules, y las fiestas, empezando desde el mes de Enero.

Exactis regibus. Despues de excluidos los Reyes, se empezó á contar el primer año en que Roma se vió libre.

Miseros ambitionis. O hombres de miserable ambicion.

Nisi præcerptum. Y no ceder la purpura á los otros, hasta haberla gastado el primer lustre.

LIX.

Tamquam minorem. Dignidad menor que tu estado de Príncipe.

Induere prætextam. Que se vestian la Toga pretexta del Magistrado, que se habian apropiado, pudiendolo dar á otros, para que lo exerciesen. *Véase* el Indice.

Ascendere curulem. Subir al Trono Consular, ya que lo embaraza á otros.

runt, nec ideo tantum velle consules fieri, ut fuerint, Gessisti alterum consulatum: scio: illum exercitibus, illum provinciis, illum etiam exteris gentibus poteris imputare; non potes nobis. Audivimus quidem te omne munus consulis obiisse, sed audivimus. Diceris iustissimus, humanissimus, pacientissimus fuisse, sed diceris: æquum est aliquando nos iudicio nostro, nostris oculis, non famæ semper & rumoribus credere. Quousque absentes de absente gaudebimus? Liceat experiri, an aliquid superbiæ tibi ille ipse secundus consulatus attulerit. Multum in commutandis moribus hominum medius annus valet, in Principum plus. Didicimus quidem cui virtus aliqua contingat, omnes inesse: cupimus tamen experiri, ac nunc quoque una eamdemque res sit, bonus consul & bonus Princeps. Nam præter id quod est arduum, duas, easque simul capere potestates summas, tum inest utrique nonnulla diversitas, quum Principem quam simillimum esse privato, consulem quam dissimillimum deceat.

LX. Atque ego video proximo anno consulatus recusandi hanc præcipuam fuisse rationem, quod eum absens gerere non poteras: sed iam urbi votisque publicis redditus, quid est in quo magis sis approbaturus, quæ quantaque fuerint, quæ desiderabamus? Parum est, ut in curiam venias, nisi & convoces, ut intersis senatui, nisi & præsideas, ut censentes audias, nisi & perroges. Vis illud augustissimum consulum aliquando tribunal maiestati suæ reddere? ascende. Vis constare reverentiam magistratibus, legibus auctoritatem, modestiam postulantibus? adi. Quod enim interesset reipublicæ si privatus esses, consulem te haberet tantum an

Alterum. El segundo.
Imputare. Oponerles para tu escusa.
Fuisse. En el segundo consulado.
Medius annus. El año entero, que pasó despues de tu segundo consulado.
In principum. Para mudar las costumbres.
Didicimus. De los Filósofos que creen tener uno todas las virtudes, si tiene una perfecta.
Duas. El consulado, y principado.

LX.

Gerere. Administrarlo.
Et convoces. Al Consul pertenecia convocar el Senado.
Præsideas. Si no presidia el Consul nada se podia hacer.
Ut censentes. Las sentencias de los Senadores.
Perroges. Sino que des tu sentencia.
Perrogare legem, publicar la ley.
Adi. Abraza el consulado.

an & senatorem; hoc nunc scito interesse, Principem te habeat tantum, an & consulem. His tot tantisque rationibus, quamquam multum reluctata verecundia Principis nostri, tandem tamen cessit. At quemadmodum cessit? Non se ut privatis, sed ut privatos pares sibi faceret. Recepit enim tertium consulatum, ut daret. Noverat moderationem hominum, noverat pudorem, qui non sustinerent tertio consules esse, nisi cum ter consule. Bellorum istud sociis olim, periculorum consortibus, pace tamen tribuebatur, quod tu singularibus viris, ac de te quidem bene ac fortiter, sed in toga meritis, præstitisti. Utriusque cura, utriusque vigilantia obstrictus es, Cæsar. Sed in Principe rarum ac prope insolitum est, ut se putet obligatum, aut si putet, amet. Debes ergo, Cæsar, & solvis. Sed cum ter consules facis, non tibi magnus Princeps, sed non ingratus amicus videris. Quin etiam per quam modica quædam civium merita fortunæ tuæ viribus in maius extollis. Efficis enim ut tantum tibi quisque præstitisse videatur, quantum à te recepit. Quid isti benignitate precem? nisi ut semper obliges, obligeris; incertumque facias, utrum magis expediat civibus tuis debere tibi, an præstitisse.

LXI. Equidem illum antiquum senatum contueri videbar quum ter consule assidente, tertio consulem designatum rogari sententiam cernerem. Quanti tunc illi, quantusque tu? Accidit quidem ut corpora quam-

li-

An & consulem. Y juntamente Consul.
Cessit. Recibió el tercer consulado.
Pares. Tres veces consules como él.
Pudorem. De los que hablan ya obtenido el segundo consulado.
Tertium. Consul creado tres veces Consul.
Tertio. Por tercera vez Consules.
Consulár esse. Que fueron Consules por tercera vez, sino con el que fué tres veces Consul.
Bellorum istud. Esto que en otro tiempo se daba á, &c.
Singularibus viris. Pueden ser Fronton y Rufo.
Sed in toga. Bienhechores tuyos en las obras civiles. Hyperbaton no malo.
Obligatum. Que juzga debe ser reconocido.

LXI.

Antiquum. Antes de los Emperadores.
Assidente. Junto á ti en el Trono Consular: Presidia Trajano, y el Colega estaba sentado junto á él.
Rogari sententiam. Los Consules si no estaba el Principe, pedian el parecer primero á los Consules electos, despues á los demas Senadores.

libet ardua & excelsa procerioribus admota decrescant; item ut altissimæ civium dignitates collatione fastigii tui quasi deprimantur: quantoque propius ad magnitudinem tuam ascenderint, tantum etiam à sua descendisse videantur. Illos tamen tu quanquam non potuisti tibi æquare, quum velles, adeo in edito collocasti, ut tantum super ceteros, quantum infra te cernerentur. Si unius tertium consulatum eundem in annum, in quem tuum, contulisses, ingentis animi specimen haberetur. Ut enim felicitasis est, quantum velis posse, sic magnitudinis, velle quantum possis. Laudandus quidem & ille, qui tertium consulatum meruit; sed magis sub quo meruit: magnus memorandusque, qui tantum præmium cepit, sed maior, qui capienti dedit. Quid, quod duos pariter tertio consulatu, duos collegas tui sanctitate decorasti? ut sit nemini dubium, hanc tibi præcipuam causam fuisse extendendi consulatus tui, ut duorum consulatus amplecteretur, collegamque te non uni daret. Uterque nuper consulatum alterum gesserat à patre tuo, id est, quanto minus quam à te datum: utriusque adhuc oculis paulo ante dimissi fasces obrrabant: utriusque solemnis ille lictorum & prænuncius clamor auribus insederat: quum rursus curulis, rursusque purpura; ut olim quum hostis in proximo, & in summum discrimen adducta respublica expertum honoribus virum posceret, non consulatus hominibus iisdem, sed homines consulatibus reddebantur. Tanta tibi benefaciendi vis, ut indulgentiam tuam necessitas æmuletur. Modo prætextas exuerant, resumant: modo

Procerioribus admota. Se disminuyen quando estan junto á otros mayores.

Collatione fastigii. Con la comparacion de tu supremo poder.

Si unius. Argumento de menor á mayor.

Specimen. Seria una escelente prueba de grande ánimo.

Capienti. Al que podia desempeñarle.

Collegas tui. Esto es de tu tercer consulado.

Alterum. El segundo.

A patre tuo. Nerva.

Id est. Interpretatio. Seria el segundo que obtuvieron de Nerva inferior al tercero tuyo.

Utriusque adhuc. Tenian patentes á su vista las segures que acababan de dejar, esto es, el consulado.

Solemnis. Aquel clamor célebre.

Purpura. La toga pretexta.

In proximo. Hanibal junto á Roma.

Expertum honoribus. Que hubiese egercido los Magistrados mayores como Fabio Máximo.

Prætextas. Los Magistrados.

Resumant. Vuélvanlas á tomar.

Modo lictores. Los Cónsules dá á entender.

do lictores abire iusserant, revocent: modo gratulantes amici recesserant, revertantur. Hominisne istud ingenium est, hominis potestas, renovare gaudia, redintegrare lætitiam, nullamque requiem gratulationis dare; neque alia repetendis consulatibus intervalla permittere, nisi dum finiuntur? Facias ista semper, nec unquam in hoc opere aut animus tuus aut fortuna lasetur: des quamplurimis tertios consulatus, & quum plurimis tertios consulatus dederis, semper tamèn plures, quibus debeas, supersint.

LXII. Omnium quidem beneficiorum, quæ merentibus tribuuntur, non ad ipsos gaudium maius, quam ad similes redundat; præcipue tamen ex horum consulatu non ad partem aliquam senatus, sed ad totum senatum tanta lætitia pervenit, ut eundem honorem omnes sibi & dedisse & accepisse videantur. Nempe enim hi sunt quos senatus quum publicis sumtibus minuendis optimum quemque præficeret, elegit quidem primos. Hoc est igitur, hoc est quod penitus animo Cæsaris insinuavit. An parum sæpe experti sumus hanc esse rerum conditionem, ut senatus favor apud Principem aut prosit, aut noceat? Nonne paulo ante nihil magis exitiale erat, quam illa Principis cogitatio? Hunc senatus probat, hic senatui carus est. Oderat, quos nos amaremus; sed & nos quos ille. Nunc inter Principem senatumque dignissimi cuiusque caritate certatur: demonstramus invicem, credimus invicem, quodque maximum amoris mutui signum est, eosdem amamus. Proinde, P. C. favete aperte, diligite constanter. Non iam dissimulandus est amor, ne noceat: non premendum odium, ne prosit. Eadem Cæsar, quæ senatus, pro-

Revertantur. Dando el parabien.
Nullamque requiem. Usa de ampificacion. Ninguna intermision sino continuar el consulado.

LXII.

Minuendis. Nerva, segun Dion, quitó unos pocos sacrificios, carreras de caballos, luchas, y algunos espectáculos; pero sin consejo del Senado.
Hoc est. Repeticion.
Insinuavit. Los aseguró de la voluntad del Cesar, ó de sus intenciones ocultamente.
Sed & nos. Aborrecia al que amabamos, y nosotros al que él amaba.
Caritate certatur. El Principe, y el Senado á porfia amaban á todos los buenos.
Demonstramus. Los mas dignos.
Favete. A los buenos: Dion dice, *Traianus bonos, & studiosos honoribus & dignitate auxit.*
Ne noceat. Como sucedia bajo de Domiciano.
Odium. Contra los málos.

probat improbatque: vos ille præsentes, vos etiam absentes in consilio habet. Tertio consules fecit, quod vos elegaritis, & fecit hoc ordine quo electi á vobis erant. Magnus uterque honor vester, sive eosdem maxime diligit, quos scit vobis esse carissimos: sibi illis neminem prefert, quamvis aliquem magis amet. Proposita sunt senioribus præmia, iuvenibus exempla: adeant, frequentent securas tandem ac patentes domos. Quisquis probatos senatui viros suscipit, hic maxime Principem promeretur. Sibi enim accrescere putat, quod cuique adstruatur: nullamque in eo gloriam ponit, quod sit omnibus maior, nisi maximi fuerint, quibus maior est. Persta, Cæsar, in ista ratione propositi, talesque nos crede, qualis fama cuiusque est: huic aures, huic oculos intende. Ne respexeris clandestinas existimationes, nullisque magis quam audientibus insidiantes susurros. Melius omnibus; quam singulis creditur. Singuli enim decipere & decipi possunt: nemo omnes, neminem omnes fefellerunt.

LXIII. Revertor iam ad consulatum tuum: etsi sunt quædam ad consulatum quidem pertinentia, ante consulatum tamen; imprimis, quod comitiis tuis interfuisti: candidatus non consulatus tantum, sed immortalitatis & gloriæ, & exempli, quod sequerentur boni Principes, mali mirarentur. Vidit te populus Romanus in illa vetere potestatis suæ sede: perpessus es longum illud carmen comitiorum, nec iam irridendam moram; consulque sic factus es, ut unus ex nobis, quos facis consules. Quotusquisque Principum antecedentium honorem istum aut consulatui habuit, aut populo? Non alii marcidi somno, esternaque cœna redundantes, comi-

Absentes. Porque consultaba por cartas á los Senadores, quando estaba ausente.

Domo. La Curia y el Foro.

Quod cuique. Cree redundar en veneracion suya la inclinacion que le tiene.

Huic aures. Atiende, oye á cada uno de por sí.

Nullisque magis. Ningunos mas que los que dan oidos á murmuraciones traydoras son engañados.

Singuli. Sentencia de Aristóteles. Polit. LXIII.

Comitiis tuis. En primer lugar por haber asistido á sus juntas generales, no solo pretendiente del consulado, &c.

Perpessus es. Has estado presente á las oraciones públicas que se han hecho antes de tu eleccion.

Habuit. Hizo este honor, ó al consulado, &c.

Marcidi somno. Aletargados.

mitiorum suorum nuntios opperiebantur? Alii sane pervigiles, & insomnes, sed intra cubilia sua illis ipsis consulibus, à quibus consules renunciabantur, exilia & cædem machinabantur. O prava, & inscia veræ maiestatis ambitio, concupiscere honorem, quem dedigneris; dedignari quem cuncupieris! quumque ex proximis hortis campum & comitia prospectes, sic ab illis abesse, tanquam Danubio Rhenoque dirimare! Averseris tu honori tuo sperata suffragia, renunciarique te consulem iussisse contentus, liberæ civitati ne simulationem quidem serves? Abstineas denique comitiis abstrusos, atque abditus, quasi illic tibi non consulatus detur, sed abrogetur imperium? Hæc persuasio superbissimis dominis erat ut sibi viderentur Principes esse desinere, si quid facerent tanquam senatores. Plerique tamen non tam superbia quam metu quodam submovebantur. An stuprorum sibi, incestarumque noctium conscii auspicia poluere, sacratumque campum nefario auderent contaminare vestigio. Non adeo Deos, hominesque contemserant, ut in illa, speciosissima sede hominum Deorumque coniectos in se oculos ferre ac perpeti possent. Tibi contra, & moderatio tua suasit, & sanctitas, ut te & religioni Deorum & iudiciis hominum exhiberes. Alii consulatum ante quam acciperent, tu & dum accipis, meruisti.

LXIV. Peracta erant solemnia comitiorum, si principem cogitares: iamque se omnis turba commoverat, quum tu mirantibus cunctis, accedis ad consulis sellam: adigendum te præbes in verba Principibus ignota, nisi quum iurare cogerent alios. Vides quam necessarium fuit consulatum non recusare? Non putassemus

Renunciabantur. Los declaraban los Consules, que habian de entrar en el goce de su dignidad.

Campum El campo Marcio, lugar de las juntas generales, y elecciones de Magistrados.

Dirimare. Como si estuvieramos separados á la otra parte del Danubio, y el Rhin.

Abstineas denique. Finalmente puedes resolverte á ocultarte, y apartarte de las juntas públicas.

Auspicia poluere. Profanar los sacrificios.

Deorumque. Porque en el campo Marcio habia muchos templos.

LXIV.

Solemnia. Los ritos ó ceremonias acostumbradas.

Si principem. Que no acostumbraban á jurar ni se les podia obligar.

Commoverat. Para seguir al Principe.

Adigendum. Te presentas para que te obliguen á decir el juramento.

Alios. A otros Consules designados.

mus istud facturum te fuisse, si recusasses. Stupeo, P. C. necdumque satis aut oculis mei aut auribus credo, atque identidem me, an audierim, an viderim, interrogo. Imperator ergo, & Cæsar, & Augustus, Pontifex maximus, stetit ante gremium consulis; seditque consul, Principe ante se stante; & sedit inturbatus, interritus, & tanquam ita fieri soleret. Quin etiam sedens stanti præivit iusiurandum; & ille iuravit, expressit, explanavitque verba, quibus caput suum, domum suam, si sciens fefelliset, Deorum iræ consecraret. Ingens, Cæsar, & par gloria tua, sive fecerit istud postea Principes, sive non fecerint. Ullane satis prædicatio digna est; idem tertio consulem fecisse, quod primo? idem Principem, quod privatum? idem imperatorem, quod sub imperatore? Nescio iam, nescio pulcriusne si istud, quod præeunte nullo, an hoc, quod alio præeunte iurasti.

LXV. In rostris quoque simili religione ipse te legibus subiecisti; legibus, Cæsar, quas nemo Principi scripsit. Sed tu nihil amplius vis tibi licere, quam nobis: sic fit ut nos tibi plus velimus. Quod ego nunc primum audeo, nunc primum disco, non est Princeps super leges, sed leges super Principem, idemque Cæsari consuli, quod ceteris, non licet. Iurat in legem, attendentibus Diis (nam cui magis quam Cæsari attendant?) iurat, observantibus his, quibus idem iurandum est: non ignarus alioquin nemini religiosius quod iu-

Istud. El juramento; pero podemos aun dudar de si lo hizo, aunque lo afirma Plinio.

Ante gremium. Ante el acatamiento.

Et tanquam. Y como si siempre se acostumbrase hacerlo asi.

Iræ consecraret. Anatematizaba, ó sujetaba á la ira de los Dioses su cabeza, su vida.

Tertio. Quando ya eras Emperador.

Sub imperatore. Bajo Domiciano, y Nerva.

Præeunte nullo. Sin haberte precedido nadie.

Alio præeunte. En estas ceremonias sagradas, solia uno ir diciendo en voz baja al Pontífice Máximo las palabras de rúbrica, y da á entender que Trajano las dijo sin Maestro de Ceremonias.

LXV.

Rostris. Era un lugar llamado Rostra, porque tenia unas columnas, en que se colgaron unas navecillas, por triunfo de la primera guerra púnica; y como la proa de la Nave se llamaba *rostrum*, aquel lugar quedó con este nombre, y allí se celebraban las juntas del Pueblo.

Quas nemo. Princeps legibus solutus est voluntate tamen sua se ipsum sublicit. Ulpianus, ff. 2.

Plus velimus. sup. *Licere.*

iuraverit, custodiendum, quam cuius maxime interest non peierari. Itaque & abiturus consulatu iurasti te nihil contra leges fecisse. Magnum hoc erat, quum promitteres, maius postquam præstitisti. Iam toties procedere in rostra, inascensumque illum superbiæ principum locum terere, hic suscipere, hic ponere magistratus, quam dignum te, quamque diversum consuetudine illorum, qui pauculis diebus gestum consulatum, imo non gestum, abiiciebant per edictum! Hoc iis pro concione, pro rostris, pro iureiurando: scilicet ut primis extrema congrueret, utque hoc solo intelligerentur ipsi consules fuisse, quod alii non fuissent.

LXVI. Non transilivi, P. C. Principis nostri consulatum, sed eundem in locum contuli quicquid de iureiurando dicendum erat. Neque enim, ut in sterili ieiunaque materia, eamdem speciem laudis diducere ac spargere, atque identidem tractare debemus. Illuxerat primus consulatus tui dies, quo tu curiam ingressus, nunc singulos, nunc universos, adhortatus es resumere libertatem, capessere quasi communis imperii curas, invigilare publicis utilitatibus & insurgere. Omnes ante te eadem dixerunt, nemini tamen ante te creditum est. Erant sub oculis naufragia multorum, quos insidiosa tranquilitate provectos improvisus turbo perculerat. Quod enim tam infidum mare, quam blanditiæ Principum illorum, quibus tanta levitas, tanta fraus, ut felicius esset iratos quam propitios habere? Te vero securi & alacres, quos vocas, sequimur. Iubes esse liberos? erimus. Iubes, quæ sentimus, promere in medium? proferemus. Neque enim adhuc ignavia quadam & insito torpere cessavimus. Terror, & metus, & misera illa ex periculis facta prudentia monebat, ut

à

Quam cuius. Que aquel á quien importa mas el que no haya juramientos falsos.

Hoc iis pro concione. Esto se tenia por juntas.

LXVI.

Non transilivi. Porque habló ya de la deposicion del Consulado, se gana ahora la atencion, y recrea el auditorio.

Quasi communis. Tomar á su cargo con la libertad antigua, el cuidado de los negocios públicos como comunes al Senado.

Improvisus turbo. Habia sorprendido una tempestad repentina; y sigue la Metáphora.

Blanditiæ. Tiberio, y Domiciano, que hacian grandes cariños á los que querian matar. Dion y Suetonio.

Et misera. Prudencia adquirida con miseria de otros.

à republica (erat autem omnino nulla respublica) oculos, aures, animos averteremus. At nunc tua dextera tuisque promissis freti, & innixi obsepta diutina servitute ora reseramus, frenatamque tot malis linguam, resolvimus. Vis enim tales esse nos; quales iubes; nihilque exortationibus tuis fucatum, nihil subdolum denique, quod credentem fallere paret, non sine periculo fallentis. Neque enim unquam deceptus est Princeps, nisi qui prius ipse decepit.

LXVII. Equidem hunc parentis publici sensum quum ex oratione eius, tum pronuntiatione ipsa perspexisse videor. Quæ enim illa gravitas sententiarum! quam in affectata veritas verborum! quæ asseveratio in voce! quæ affirmatio in vultu! quanta in oculis, habitu, gestu, toto denique corpore fides! Tenebit ergo semper quod suaserit, scietque nos, quoties libertatem, quam dedit, experiemur, sibi parere. Nec verendum est, ne incautos putet, si fidelitate temporum constanter utamur, quos meminit sub malo Principe aliter vixisse. Nuncupare vota, & pro æternitate imperii, & pro salute Principum, imo pro salute Principum, ac propter illos pro æternitate imperii solebamus. Hæc pro imperio nostro in quæ sint verba suscepta, operæ pretium est adnotare: *Si bene rempublicam & ex utilitate omnium reseris.* Digna vota, quæ semper suscipiantur, semperque solvantur. Egit cum Diis, ipso te auctore, Cæsar, respublica, ut te sospitem incolumemque præstarent, si tu ceteros præstitisses: si contra, illi quoque

à

Erat autem. Correctio. Donde hay tiranos no hay República.

Obsepta diutina. Abramos la boca cerrada por una larga servidumbre, despues de los quince años del Imperio de Domiciano.

Fucatum. Ningun rebozo en tus exortaciones.

Paret. Que se encamine á engañar al crédulo.

Neque enim. Sentencia.

LXVII.

Parentis publici. Me parece haber visto en él otros sentimientos de un padre de la patria.

Tenebit ergo. Observará pues siempre lo que una vez aconsejó.

Si fidelitate. De la inocencia de su siglo.

Nuncupare vota. Hacer votos.

Pro æternitate. Para que el imperio fuese eterno, para que ellos lo gozasen.

Hæc pro. Estos votos ó aclamaciones por lo que toca á nuestro Emperador, en qué palabras esten concebidos, &c.

Et ex utilitate. Se gobernasen con equidad, y solo por la utilidad de toda la República.

Ceteros. sup. *incolumes.*

à custodia tui capitis oculos dimoverent, teque relinquerent votis, quæ non palam susciperentur. Alii se superstites reipublicæ optabant faciebantque: tibi salus tua invisa est, si non sit cum reipublicæ salute coniuncta. Nihil pro te pateris optari, nisi expediat optantibus, omnibusque annis in consilium de te Deos mittis exigisque, ut sententiam suam mutent, si talis esse desieris, qualis electus es. Sed tu ingenti conscientia, Cæsar, pacisceris cum Diis, ut te, si mereberis, servent, quum scias, an merearis, neminem magis quam Deos scire. Nonne vobis, P. C. hæc diebus ac noctibus agitare secum videtur? Ego quidem in me, si omnium utilitas ita posceret, etiam præfecti manum armavi: sed ne Deorum quidem aut iram, aut negligentiam deprecor: quæso imo & obtestor, ut ne unquam pro me vota respublica invita suscipiat: aut si susceperit invita, ne debeat.

LXVIII. Capis ergo, Cæsar, salutis tuæ gloriosissimum fructum ex consensu Deorum. Nam quum excipias, ut ita demum te Dii servent, *si bene Rempublicam & ex utilitate omnium rexeris*, certus es te bene rempub. gerere, quum servent. Itaque securus tibi & lætus dies exit, qui Principes alios cura & metu distinebat, quum suspensi & attoniti, parumque confisi patientia nostra, hinc atque inde publicæ servitutis nuntios exspectarent; ac si forte aliquos flumina, nives, venti præpedissent, statim hoc illud esse credebant, quod merebantur: nec erat discrimen ullum pavoris, propterea quod quum à malo Principe tanquam successor timeatur, quisquis est di-

Teque reliquerent. Y dejarian de protegerte, y de rogar por ti.

Alii se. En especial denota á Neron, que habiéndose dicho en cierta conversacion; despues de muerto yo, mas que el mundo se abrase en llamas, dijo Neron: antes bien viviendo yo, y lo hizo quemando á Roma.

In consilium. Llamas á los Dioses para que juzguen tu conducta. Todos los años se hacian votos por la salud del Principe.

Mutent. Te pierdan, ó destruyan.

Ingenti conscientia. Con grande confianza.

Manum armavit. Toca este hecho memorable de Trajano. El Prefecto del Pretorio que habia creado, le debia rodear con la espada, y dándosela desnuda le dijo: Toma esta espada, y si gobierno bien defiéndeme con ella, si mal vuelvela contra mí.

LXVIII.

Et lætus dies. Amaneció ó llegó el dia seguro y alegre para ti.

Hoc illud. Que no se les habia elegido.

Tanquam successor. Se tiene por sucesor de un mal Príncipe, cualquiera que parezca mas digno que el mal Príncipe, y en tal caso lo son todos.

dignior, quum sit nemo non dignior, omnes timentur. Tuam securitatem non mora nunciorum, non litterarum tarditas differt: scis tibi ubique iurari, quum ipse iura veris omnibus. Nemo hoc non sibi præstat. Amamus quidem te in quantum mereris: istud tamen non tui facimus amore, sed nostri: nec unquam illucescat dies, quo pro te nuncupet vota non utilitas nostra, sed fides, Cæsar. Turpis tutela Principis, cui potest imputari. Queri libet, quod in secreta nostra non inquirant Principes nisi quos odimus. Nam si eadem cura bonis quæ malis esset, quam ubique admirationem tui, quod gaudium exultationemque deprehenderes! quos omnium cum coniugibus ac liberis, quos etiam cum domesticis aris focisque sermones scires mollissimis istis auribus parci. Et alioquin quum sint odium amorque contraria, hoc per quam simile habent, quod ibi intemperantius amamus bonos Principes, ubi liberius malos odimus.

LXIX. Cepisti tamen & affectus nostri & iudicii experimentum, quantum maximum præsens capere potuisti, illo die, quo sollicitudini pudorique candidatorum ita consuluisti, ne ullius gaudium alterius tristitia turbaret. Alii cum lætitia, alii cum spe recesserunt: multis gratulandum, nemo consolandus fuit. Nec ideo segnius iuvenes nostros exhortatus es, senatum circumirent, senatui supplicarent, atque ita à Principe sperarent honores, si à senatu petissent. Quo quidem in loco, si quibus opus exemplo, adiecisti ut te imitarentur. Arduum, Cæsar, exemplum, & quod imitari non magis

Scis tibi ubique. Sabes que todos se han sujetàdo á ti con juramento.

Turpis tutela. Vergonzoso es á un Sobrano fundar su seguridad en los juramentos, que le pueden engañar.

Eadem cura. De averiguar nuestros secretos.

Domesticis aris. Privadamente en sus casas.

Scires mollissimis. Sabrias que se abstienen por no ofender tus oidos delicados.

Alioquin. Ademas.

Amorque contraria. Los concierta en género neutro, porque son cosas inanimadas, y es mas conforme á la lengua latina.

Per quam simile. Convienen en esto.

Ibi. En secreto.

LXIX.

Ita consuluisti. De tal suerte atendiste á la solicitud, y recato de los pretendientes.

Alii. sup. *candidati.*

Alii cum spe. Porque los honraste con promesas.

Senatui supplicarent. Suplicasen al Senado.

Si quibus. A los que necesitaban de ejemplo.

gis quisque candidatorum, quam Principum possit. Quis enim vel uno die reverentior senatus candidatus, quam tu quum omni vita, tum illo ipso tempore, quo iudicas de candidatis? An aliud à te quam senatus reverentia obtinuit ut iuvenibus clarissimæ gentis debitum generi honorem, sed antequam deberetur, offerres? Tandem ergo nobilitas non obscuratur, sed illustratur à Principe: tandem illos ingentium virorum nepotes, illos posteros libertatis nec terret Cæsar, nec pavet: quinimo festinatis honoribus amplificat atque auget, & maioribus suis reddit. Si quid usquam stirpis antiquæ, si quid residuæ claritatis, hoc amplexatur, & refovet, & in usum reipub. promit. Sunt in honore hominum, & in honore famæ magna nomina ex tenebris oblivionis indulgentiâ Cæsaris, cuius hæc intentio est, ut nobiles & conservet & efficiat.

LXX. Præfuerat provinciæ quæstor unus ex candidatis, in quem ea civitas amplissima reditus egregia constitutione fundaverat. Hoc senatui allegandum putasti. Cur enim, te Principe, qui generis tui claritatem virtute superasti, deterior esset conditio eorum, qui posteros habere nobiles mererentur, quam eorum, qui parentes habuissent? O te dignum, qui de Magistratibus nostris semper hæc nuncies, nec pœnis malorum, sed bonorum præmiis bonos facias! Accensa est iuventus, erexitque animos ad æmulandum, quod laudari videbat, nec fuit quisquam quem non hæc cogitatio subiret, quum scire, quicquid à quoque in provinciis benefieret, omnia te scire. Utile est, Cæsar, & salutare præsidibus provinciarum, hanc habere fiduciam, paratum esse sancti-

Quisque candidatorum. Cualquiera de los pretendientes.

Iuvenibus. Pueden ser Cándido, y Quadrato, que segunda vez los creó Trajano Cónsules.

Antequam. Treinta años pedia la ley para el Consulado.

Si quid residuæ. Si quedan algunos de la nobleza.

Promit. Lo saca para que aproveche a la República.

Indulgentia Cæsaris. Por favor del Cæsar. LXX.

Præfuerat. Cándido ejerció la Questura con suma industria en la mayor ciudad de aquella provincia.

In quem. Por medio del cual.

Hoc. Por esta constitucion juzgaste aplicarlo al Senado.

Qui generis. Ya se dijo que Trajano era de familia mas antigua que noble.

O te dignum. O cuan digno sois de poder dar siempre tales testimonios a nuestros Magistrados.

A quoque. sup. *Magistratu.*

citati, & industriæ suæ maximum præmium, iudicium Principis, suffragium Principis. Adhuc autem quamlibet sincera rectaque ingenia, etsi non detorquebat, hebetabat tamen misera, sed vera reputatio: Vides enim, si quid bene fecero, sciet Cæsar? aut si scierit, testimonium reddet? Ita eadem illa, seu negligentia, seu malignitas Principum, quum male consultis impunitatem, recte factis nullum præmium polliceretur, nec illos à crimine, & hos deterrebat à laude. At nunc, si bene aliquis provinciam rexerit, huic quæsita virtute dignitas offertur. Patet enim omnibus honoris, & gloriæ campus, ex hoc quisque, quod cupit, petat, & assecutus sibi debeat. Provinciis quoque in posterum, & iniuriarum metum & accusandi necessitatem remisisti. Nam si præfuerint, quibus gratias egerint, de nullo queri cogentur: Et alioquin nihil magis prodesse candidato ad sequentes honores, quam peractos. Optime magistratus magistratu, honore honor petitur. Volo ego, qui provinciam rexerit, non tantum codicillos amicorum, nec urbana coniuratione eblanditas preces, sed decreta coloniarum, decreta civitatum alleget: ut suffragiis consularium virorum urbes, populi, gentes inserantur. Efficacissimum pro candidato genus est rogandi, gratias agere.

LXXI. Iam quo assensu senatus, quo gaudio exceptum est! quum candidatis, ut quemque nominaveras, osculo occurreres, devexus quidem in planum, & qua-

Iudicium Principis. Podrán merecer el conocimiento del Emperador, y su aprobacion.

Quamlibet. Quanto quiera, por mas rectas y sinceras que fuesen sus indoles.

Hebetabat. Entorpecia.

Reputatio. Esta infeliz, aunque verdadera reflexion.

Bene fecero. Bajo los malos Principes.

Testimonium. De las buenas obras.

Male consultis. A los que habian hecho maldad, daba por libres.

Sibi debeat. A si solo esté reconocido.

Iniuriarum. De las injusticias, porque los buenos tendrán los gobiernos.

Egerint. Porque si los gobiernan á aquellos, á quienes hayan dado las gracias.

Quam peractos. Que el buen cumplimiento en los antecedentes.

Codicillos. Epistolas.

Urbana coniuratione. La conspiracion de aquellos Ciudadanos.

Eblanditas. Testimonios adquiridos con súplicas.

Gentes inserantur. Se mezclen en los juicios.

Gratias agere. Que los pueblos que gobernó bien, den públicamente las gracias á los pretendientes.

LXXI.

Exceptum est. Causaste.

Devexus quidem. Bajando del Tribunal.

quasi unus ex gratulantibus. Te mirer magis, an improbem illos, qui effecerunt, ut istud magnum videretur, quum velut affixi curulibus suis manum tantum & hanc cunctanter & pigre, & imputantibus simile promerent? Contigit ergo oculis nostris insolita ante facies, Princeps, & candidatus æquales & simul stantes, intuerique parem accipientibus honorem, qui dabat. Quod factum tuum à cuncto senatu quam vera acclamatione celebratum est! *Tanto maior, tanto augustior*! Nam cui nihil ad augendum fastigium superest, hic uno modo crescere potest, si ipsa submittat, securus magnitudinis suæ. Neque enim ab ullo periculo fortuna Principum longius abest, quam ab humilitate. Mihi quidem non tam humanitas tua, quam intentio eius admirabilis videbatur. Quippe quum orationi oculos, vocem, manum commodares, ut si alii eadem ista mandasses, omnes comitatis numeros obibas. Atque etiam quum suffragatorum nomina honore quo solent excipierentur, tu quoque inter excipientes eras, & ex ore Principis ille senatorius assensus audiebatur: quodque apud Principem perhibere testimonium merentibus gaudebamus, perhibebatur à Principe. Faciebas ergo, quum diceres, optimos: nec ipsorum modo vita à te, sed iudicium senatus comprobabatur, ornarique se, non illos magis quos laudabas, lætabatur.

LXXII. Nam quod precatus est, ut illa ipsa ordinatio eo-

Illos. Los malos Príncipes.

Velut affixi. Y como si estuviesen pegados á los asientos.

Et imputantibus. Parecidos á los que dan en rostro con el beneficio, ó semejantes á los que estan llenos de vanidad, que presumen hacer obsequio.

Insolita ante. El rostro poco visto antes.

Et candidatus. Pidiendo la dignidad equestre.

Æquales. Estando juntos á un mismo tiempo el Príncipe y el pretendiente.

Intuerique. sup. *contigit.*

Intentio. Perfeccion, el cuidado diligente.

Eius. Del Senado.

Alii. A otro privado que te obedeciese.

Omnes comitatis. Cumplirlas con todas las leyes de amistad.

Senatorius assensus. Aquel consentimiento del Senado.

A Principe. El mismo Trajano era testigo de la entereza de cada uno.

Quum diceres. Quando las nombrabas.

LXXII.

Ipsa ordinatio. Parece da á entender la mudanza que hizo Trajano en las juntas generales revocada la ley llamada Tabelaria, de lo que hace mencion en el lib. 5. en la Cartá á Mesio Máximo, lo que salió bien en la primera junta; pero en la segunda hubo mucha ridiculez y mengua.

comitiorum; *bene ac feliciter eveniret nobis; reipublicæ, tibi*, nonne tale est, ut nos hunc ordinem votorum convertere debeamus? Deos denique obsecrare, ut omnia quæ facies, quæque facies, prospere cedant tibi, reipub. nobis? vel si brevius sit optandum, ut uni tibi, in quo & respub. & nos sumus? Fuit tempus, ac nimium diu fuit, quo alia adversa, alia secunda Principi & nobis: hunc communia tibi nobiscum tam læta, quam tristia; nec magis sine te non esse felices, quam tu sine nobis potes. An si posses, in fine votorum adiecisses, *ut ita precibus tuis Dii annuerent, si iudicium nostrum mereri perseverases*? Adeo nihil tibi amore civium antiquius, ut ante à nobis, deinde à Diis, atque ita ab aliis amari velis, si à nobis ameris. Et sane priorum Principum exitus decuit, ne à Diis quidem amari nisi quos homines ament. Arduum erat has precationes tuas laudibus adæquare: adequævimus tamen. Qui amoris ardor, qui stimuli, quæ faces illas nobis acclamationes subiecerunt? Non nostri, Cæsar, ingenii, sed tuæ virtutis tuorumque meritorum voces fuerunt, quas nulla unquam adulatio invenit, nullos cuiusquam terror expressit. Quem sic timuimus, ut hæc fingeremus; quem sic amavimus, ut hæc fateremur? Nosti necessitatem servitutis. Ecquando simile aliquid audisti? Ecquando dixisti? Multa equidem excogitat metus: sed quæ appareant quæsita ab invitis: aliud sollicitudinis, aliud securitatis ingenium est: alia tristium inventio, alia gaudentium. Neutrum simulationes expresserit. Habent sua verba miseri, sua verba felices: utque iam maxime eadem ab utrisque dicantur, aliter dicuntur.

Te-

Nos hunc. No debemos trastornar este órden de tu peticion pidiendo á los Dioses, que todo lo que haces, é hicieres sea para bien suyo, de la República, y de nosotros.

Nimium diu. Cuasi todo el tiempo de Domiciano.

Quo. Que el que pediamos lo bueno para el Príncipe que era malo para nosotros y contrario.

Si iudicium. Si perseveras en merecer nuestro cariño.

Exitus. El desastrado fin, como el de Cayo Claudio Neron, &c.

Quæ faces. Que no tuvieron las aclamaciones que nos sugirió nuestro amor.

Hæc. Estas aclamaciones que te hicimos.

Servitutis. Bajo de Domiciano.

Sed quæ. Pero lo que inventan parece forzado.

Neutrum simulationes. Pueden los fingimientos aparentar tristeza, y gozo; pero no excitarlos en realidad.

LXXIII. Testis ipse es, quæ omnium in ore lætitia: non amictus cuiquam, non habitus quam modo extulerat: inde resultantia vocibus tecta, nihilque tantis clamoribus satis clausum. Quis tunc non è vestigio suo exsiluit? quis exsiluisse sensit? Multa fecimus sponte, plura instinctu quodam & imperio. Nam gaudio quoque cogendi vis inest. Num ergo modum ei tua saltem modestia imposuit? Non quanto magis à te reprimebatur, exarsimus? non contumacia, Cæsar, sed ut in tua potestate est, an gaudeamus, ita in quantum, nec in nostra. Comprobasti & ipse acclamationum nostrarum fidem lacrymarum tuarum veritate. Vidimus humescentes oculos tuos, demissumque gaudio vultum, tantumque sanguinis in ore, quantum in animo pudoris. Atque hoc magis incensi sumus, ut precaremur, ne quando tibi non eadem causa lacrymarum; utque nunquam frontem tuam abstergeres: Hoc ipsum templum, has sedes nobis quasi responsuras interrogemus, viderintne unquam Principis lacrymas? at senatus sæpe viderunt. Onerasti futuros Principes; sed posteros nostros. Nam & hi à Principibus suis exigent, ut eadem audire mereantur: & illi quod non audiant, indignabuntur.

LXXIV. Nihil magis possum proprie dicere, quam quod dictum est à cuncto senatu: *O te felicem!* Quod quum diceremus, non opes tuas, sed animum mirabamur. Est enim demum vera felicitas, felicitate dignum videri. Sed quum multa illo die dicta sunt sapienter & graviter, tum vel imprimis hoc: *Crede nobis, crede tibi.* Magnâ hoc fiduciâ nostri, maiore tamen tui di-

LXXIII.

Amictus cuiquam. No era ninguna mascarilla de alguno, ó gesto que de repente descubrió: esto es, que no era alegría fingida.

Non habitus. No la costumbre que adquirió, y trajo poco ha de su casa al Senado: *extulerat* pro *tulerat.*

Quis exsiluisse. Quien notó haber saltido de él el alborozo?

Modum ei. Porque el poner límites á la alegría decia Trajano, que era cosa justa.

Tantumque sanguinis. Y tanta vergüenza en el rostro.

Ne quando. Para siempre se diese.

Hoc ipsum. Que si preguntamos á estos asientos, responderán lo mismo.

At senatus. Alude á las crueldades que se habian ejecutado en el Senado en otros tiempos.

Non audiant. Las aclamaciones que oyó Trajano.

LXXIV.

Crede nobis. Cree nuestro testimonio de que serás feliz cree tambien el tuyo, que no crees serás feliz, si no eres bueno.

Tamen tui. Con mayor satisfaccion de ti.

diximus. Alius enim fortasse olium, ipsum se nemo deceperit; introspiciat modo vitam, seque quid mereatur, interroget. Proinde dabat vocibus nostris fidem apud optimum Principem, quod apud malos detrahebat. Quamvis enim faceremus, quæ amantes solent, illi tamen non amari se, credebant sibi. Super hæc precati sumus: *ut nos sic te amarent Dii, quemadmodum tu nos.* Quis hoc aut de se, aut Principi diceret mediocriter amanti? Pro nobis ipsis quidem hæc fuit summa votorum, *ut sic amarent Dii, quomodo tu.* Estne verum quod inter ista clamavimus, O *nos felices!* Quid enim felicius nobis, quibus, non iam illud optandum est, ut nos diligat Princeps, sed Dii quemadmodum Princeps? Civitas religionibus dedita, semperque Deorum indulgentiam promerita, nihil felicitatis sibi putat adstrui posse, nisi ut Dii Cæsarem imitentur.

LXXV. Sed quid singula consector, & colligo, quasi vero aut oratione complecti, aut memoria consequi possim, quæ vos, P. C. ne qua interciperet oblivio, & in publica acta mittenda, & incidenda in ære censuistis? Ante orationes Principum tantum eiusmodi genere monumentorum mandari æternitati solebant: acclamationes quidem nostræ parietibus curiæ, claudebantur. Erant enim quibus nec senatus gloriari, nec Principes possent. Has vero & in vulgus exire, & posteris prodi, quum ex utilitate, tum ex dignitate publica fuit; primum ut orbis terrarum pietatis nostræ adhiberetur testis, & conscius; deinde ut manifestum esset audere nos de bonis malisque Principibus, non tantum post ipsos iudicare: postremo ut experimento cognosceretur & ante nos gratos, sed miseros fuisse, quibus esse nos gratos

Quod apud. Lo que entre los malos servia de desconfianza.

Mediocriter amanti. Hemos rogado esto porque sabemos que nos amas mucho.

Inter ista. Entre las aclamaciones que hicieron á Trajano.

Religionibus. Fue Roma muy dada al culto de los Dioses. *Véase* Ciceron *de Responsis aruspicum*, y á Máximo *lib. de Religione Romanor.*

Imitentur. Esto es amar á los hombres; la expresion es algo fuerte, pero se debe entender con moderacion.

LXXV.

Ne qua. Para que no lo borrase algun olvido.

Parietibus curiæ. Solo se declan en el Senado.

Erant enim. sup. *Acclamationes.* Estas pueden ser malas ó buenas.

tos probare antea non licuit. At qua contentione, quo nisu quibus clamoribus expostulatum est: ne affectus nostros, ne tua merita supprimeres, denique ut in posterum exemplo provideres! Discant & Principes acclamationes veras falsasque discernere, habeantque muneris tui, quod iam decipi non poterunt. Non instruendum illis iter ad bonam famam, sed non deserendum: non submovenda adulatio, sed non reducenda est. Certum est & quæ facere, & quæ debeant audire, si faciant. Quid nunc ego super ea, quæ sum cum toto senatu precatus, pro senatu precer? nisi ut hæreat animo tuo gaudium, quod tunc oculis protulisti, ames illum diem, & tamen vincas? nova merearis, nova audias. Eadem enim dici nisi ob eadem facta non possunt.

LXXVI. Iam quam antiquum, quam consulare, quod triduum totum senatus sub exemplo tui sedit, quum interea nihil præter consulem ageres! Interrogavit quisque quod placuit; dissentire, discedere, & copiam iudicii sui reipublicæ facere tutum fuit. Consulti omnes atque etiam dinumerati sumus, vicitque sententia non prima, sed melior: At quis antea loqui, quis hiscere audebat præter miseros illos, qui primi interrogabantur? ceteri quidem defixi & attoniti ipsam illam mutam ac sedentariam assentiendi necessitatem, quo cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore

Non licuit. Porque eran malos los Príncipes como Domiciano, no se les podia dar alabanzas.

Denique ut in. Y finalmente des un ejemplo, que pueda servir de regla á los siglos venideros.

Habeantque. Sepan que han recibido de ti ese beneficio.

Non instruendum. No deben ellos abrirse el camino para la buena fama, sino no desamparar el que les dejó Trajano.

Sed non. Sino que no la vuelvan á introducir.

Tunc oculis. Quando lloraste de alegría.

LXXVI.

Quam antiquum. Cuán digno de alabanza, semejante á los antiguos.

Alude al juicio de Mario Prisco acusado de cohecho, y desterrado de Italia, que tres dias enteros hasta la noche duró el Senado.

Dissentire. En el juicio de Mario Tertullo queria que se restituyesen al Erario 7000 reales, que habia Mario sacado á los Africanos, y que se desterrase de Italia, y le siguieron todos: pero su colega Pompeyo fue de otro parecer, con lo que se empezaron á mudar las voluntades.

Dinumerati. Porque el decreto se daba por la mayor parte de los votos.

Antea. Bajo Domiciano, que nadie se atrevia á hablar.

Ac sedentariam. Apoltronada necesidad de asentir á la voluntad del Príncipe.

re perpetiebantur! Unus solusque censebat, quod sequerentur omnes, & omnes improbarent, imprimis ipse qui censuerat: adeo nulla magis omnibus displicent, quam quæ sic fiunt, tanquam omnibus placeant. Fortasse imperator in senatu ad reverentiam eius componebatur: ceterum egressus, statim se recipiebat in Principem, omniaque consularia officia abigere, negligere, contemnere solebat. Ille vero ita consul, ut si tantum consul foret, nihil infra se putabat, nisi quod infra consulem esset. At primum ita domo progrediebatur, ut illum nullus apparatus arrogantiæ principalis, nullus præcursorum tumultus deuneret. Una erat in limine mora, consultare aves, severique numinum monitus. Nemo proturbabatur, nemo submovebatur. Tanta viatoribus quies, tantus pudor fascibus, ut plerumque aliena turba subsistere & consulem & Principem cogeret. Ipsius quidem officium tam modicum, tam temperatum, ut antiquus aliquis magnusque consul sub bono Principe incedere videretur.

LXXVII. Iter illi sæpius in forum, frequenter tamen & in campum. Nam comitia consulum obibat ipse: & tantum ex renunciatione eorum voluptatis, quantum prius ex destinatione capiebat. Stabant Candidati ante curulem Principis, ut ipse ante consulem steterat: adigebanturque in verba, in quæ paulo ante ipse iuraverat Princeps, qui tantum putat esse in iureiurando, ut id & ab aliis exigat. Reliqua pars diei tribunali dabatur. Ibi vero quanta religio æquitatis, quanta legum re-

ve-

Unus solusque. El solo Consul designado decretaba lo que sabia queria el Emperador.
Reverentiam eius. Por respeto, ó atencion al Senado.
Componebatur. Era llevado en litera.
Egressus. Y en saliendo de la curia volvia á tomar la persona del Principe.
Ille vero. Trajano.
Ut si tantum. Como si él solo fuera el Cónsul, porque los Cónsules siempre eran dos.
Arrogantiæ. La pompa de los príncipes.
In limine. En la entrada de palacio para buscar agüeros.
Consultare aves. Consultar los auspicios.
Proturbabatur. No se le apartaba del camino.
Viatoribus. Especie de Mustidores que tenian obligacion de convocar los Senadores, &c.
Fascibus Los Maceros.
Aliena turba. Una tropa de gente que acompaña á algun otro.

LXXVII.

Nam comitia. Las centurjadas.
Ex renunciatione. Por la publicacion.
Adigebanturque. Se le tomaba juramento.
Tribunali. En ejercer justicia.

verentia! Adibat aliquis ut Principem, respondebat, se consulem esse. Nullius ab eo magistratus eius, nullius auctoritas imminuta est, aucta etiam: siquidem pleraque ad prætores remittebat; atque ita ut collegas vocaret, non quia populare gratumque audientibus, sed quia ita sentiebat. Tantum dignationis in ipso honore ponebat, ut non amplius esse censeret, quod aliquis collega appellatus à Principe, quam quod prætor esset. Ad hoc tam assiduus in tribunali, ut labore refici ac reparari videretur. Quis nostrum idem curæ, idem sudoris insumit? quis adeo expetitis honoribus aut deservit, aut sufficit? Et sane æquum est tantum ceteris præstare consulibus ipsum, qui consules facit: quippe etiam fortunæ videbatur indignum, si posset honores dare, qui gerere non posset. Facturus consules doceat: accepturisque amplissimum honorem persuadeat, scire se, quid si quod daturus sit; sic fit, ut illi quoque sciant quid acceperint.

LXXVIII. Quo iustius senatus, ut suspiceres quartum consulatum & rogavit & iussit. Imperii hoc verbum, non adulationis esse, obsequio tuo crede, quod non alia in re magis, aut senatus exigere à te, aut tu præstare senatui debes. Ut enim ceterorum hominum, ita Principum, illorum etiam, qui Dii sivi videntur, ævum omne & breve & fragile est. Itaque optimum quemque uti & contendere decet, ut post se quoque reipublicæ prosit, moderationis scilicet iustitiæque monumentis, quæ prima statuere consul potest. Hæc nempe

Ut Principem. Que tenia mayor dominio que todos los magistrados, y que podia ampliar ó restringir las leyes.

Collegas. Los Pretores tenian una potestad y privilegios iguales quasi al de los Cónsules. *Véase* el Indice.

Tantum dignationis. Hacia tanta estimacion, ó apreciaba tanto el honor de Cólega.

Ipso honore. De la pretura.

Deservit. Se ocupó.

Etiam fortunæ. Que la fortuna habia hecho una cosa indigna.

Ut illi. Los Cónsules electos por buenos Príncipes.

LXXVIII.

Quartum consulatum. Trajano tuvo por Cólega en este consulado á Articuleyo, porque despues le admitió Trajano.

Obsequio tuo Atribúyelo á tu condescendencia.

Dii sibi. Que se juzgan Dioses.

Ævum. La vida.

Monumentis. Con memoria de moderacion, &c.

Quæ prima. Ninguno tiene mejor proporcion para dejar estos ejemplos, que un Consul.

re intentio tua, ut libertatem revoces ac reducas. Quem ergo honorem magis amare quod nomen usurpare sæpius debes, quam quod primum invenit recuperata libertas? Non est minus civile, & principem esse pariter & consulem, quam tantum consulem. Habe etiam rationem verecundiæ collegarum tuorum; collegarum inquam: ita enim & ipse loqueris, & nos loqui vis. Onerosa erit modestiæ illorum tertii consulatus tui recordatio, donec te quartum consulem videant. Neque enim potest non minimum esse privatis, quod Principi satis est. Annuas, Cæsar, optantibus, quibusque apud Deos adesse consuesti, quorum potens es ipse, votorum compotes facias.

LXXIX. Fortasse sufficiat tibi tertius consulatus: sed nobis tanto minus sufficit. Ille nos instituit & induxit, ut te iterum iterumque consulem habere cupiamus. Remissius illud contenderemus, si adhuc non sciremus, qualis esses futurus. Tolerabilius fuit, experimentum tui nobis, quam usum negari. Dabiturne rursus videre consulem illum? audiet, reddet quas proxime voces; præstabitque gaudium quantum ipse percipiet? præsidebit lætitiæ publicæ auctor eius & causa? tentabitque affectus nostros, ut solet, cohibere, nec poterit? Pietati senatus cum modestia Principis felix speciosumque certamen, seu fuerit victa, seu vicerit! Equidem incognitam quandam proximaque maiorem præsumo lætitiam. Quis enim est tam imbecilli ingenio,

Ut libertatem. Da á entender quiso Trajano volver la República á su antigua forma dejando el imperio, lo que segun Suetonio ya habia intentado Augusto.

Primum invenit. Se sabia que despues de echados los Reyes, se crearon los Cónsules de Magistrado anual y siempre dos.

Recuperata libertas. Esto es, de Cónsul.

Quam tantum. Que solamente Cónsul.

Verecundiæ collegarum. Que fueron tres veces Cónsules como tú: si recibes el cuarto, no tendrán la vergüenza de suertes iguales.

Annuas. Concede pues.

Adesse. Interceder por ellos como mediador con los Dioses.

Quorum potens. Las súplicas ó deseos que tú puedes dispensar.

LXXIX.

Quam usum. Que la utilidad conocida.

Reddet. Corresponderá Trajano en su cuarto consulado con las mismas aclamaciones, ó plácemes que poco ha en el tercero.

Affectus nostros. Nuestras aclamaciones.

Seu fuerit. La piedad, ó la modestia.

Præsumo lætitiam. Prevco.

nio, qui non tanto meliorem consulem speret, quanto sæpius fuerit? Alius labores, si non continuo se desidiæ ac voluptati dedisset, otio tamen & quiete recreasset: hic consularibus curris exsolutus, principales resumsit, tam diligens temperamenti, ut nec consulis officium Princeps, nec Principis consul appeteret. Videmus ut provinciarum desideriis, ut singularum etiam civitatum precibus occurrat. Nulla in audiendo difficultas, nulla in respondendo mora. Adeunt statim, dimittuntur statim: tandemque Principis fores exclusa legationum turba non obsidet.

LXXX. Quid? in omnibus cognitionibus quam mitis severitas, quam non dissoluta clementia! Non locupletando fisco sedes, nec aliud tibi sententiæ tuæ prætium, quam bene iudicasse. Stant ante te litigatores non de fortunis suis, sed de sua existimatione solliciti; nec tam verentur quid de causa sua, quam quid de moribus sentias. O vere Principis, atque etiam consulis, reconciliare æmulas civitates; tumentesque populos non imperio magis quam ratione compescere! intercedere iniquitatibus magistratuum; infectumque reddere quidquid fieri non oportuerit! postremo velocissimi sideris more omnia invisere, omnia audire, & undecumque invocatum statim velut numen adesse & assistere! Talia esse crediderim quæ ipse mundi parens tempefat nutu, si quando oculos demisit in terras, & facta mortalium inter divina opera numerare dignatus est: qua nunc parte liber solutusque, cœlo tantum vacat, postquam te dedit, qui erga omne hominum ge-

Alius. Otro Emperador.
Hic. Trajano.
Exsolutus. Dejando el Consulado.
Principales. Las del Principe.
Temperamenti. Uso de la templanza.
Tandemque Principis. Ya en fin, vemos esto &c.

LXXX.

Fisco sedes. No te ocupas en enriquecer las rentas Reales.
Prætium. Porque no vendian la justicia.
De moribus. Porque las buenas costumbres daban mucha autoridad á las pretensiones para con Trajano.
Overa Principis. sup. *Officium.*
Intercedere. Oponerse, contradecir.
Infectumque. Asi consintió se condenasen de cuecho á Mario Priscо Proconsul de Africa, y á Cecilio Clásico de la Bética, aunque habia muerto, y tambien anuló las actas de Julio Basco Proconsul de Bitinia, &c.
Talia esse. Tal providencia.
Si quando. Cuando se digna volver los ojos á la tierra.
Cœlo tantum. El Criador del Mundo, ahora solo cuida del Cielo, porque Trajano cuida de la tierra.

genus vice sua fungereris. Fungeris enim, sufficisque mandanti quum tibi dies omnis summa cum utilitate nostra, summa cum tua laude condatur.

LXXXI. Quod si quando cum influentibus negotiis paria fecisti, instar refectionis existimas mutationem laboris. Quæ enim remissio tibi, nisi lustrare saltus, excutere cubilibus feras, superare immensa montium iuga & horrentibus scopulis gradum inferre, nullius manu, nullius vestigio adiutum; atque inter hæc pia mente adire lucos, & occursare numinibus? Olim hæc experientia iuventutis, hæc voluptas erat: his artibus futuri duces imbuebantur, certare cum fugacibus feris cursu, cum audacibus robore, cum callidis astus nec mediocre pacis decus habebatur submota campis irruptio ferarum, & obsidione quadam liberatus agrestium labor. Usurpabant gloriam istam illi quoque Principes, qui obire non poterant: usurpabant autem ita, ut domitas fractasque clathris feras, ac deinde in ipsorum quidem ludibrium emissas, mentita sagacitate colligerent. Huic par capiendi quærendique sudor, summusque & idem gratissimus labor, invenire. Enim vero si quando placuit idem corporis robur in maria proferre, non ille fluitantia vela aut oculis sequitur aut manibus; sed nunc gubernaculis assidet; nunc cum valentissimo quoque sodalium certat frangere fluctus,

Sufficisque mandanti. Satisfaces el mandato de Júpiter.
Condatur. Se concluya.

LXXXI.

Influentibus. Que corren.
Refectionis. Recreo.
Quæ enim. Pasa á los bienes del cuerpo, y le alaba por la caza, en la que Adriano su sucesor, se cebó hasta la locura.
Excutere. Con los perros de caza.
Gradum inferre. Meterte, éntrate por entre horribles peñas.
Adire lucos. Los bosques dedicados á la Religion, los que era prohibido cortar ó profanar.
Numinibus. Salir al encuentro á los Dioses Silvestres, Faunos, Satyros, Diana, &c.
Fugacibus. Corredores, ó tímidos, como ciervos, gamos, liebres.
Audacibus. Como osos, y leones.
Callidis. Con las zorras en *astucia.*
Campis irruptio. A los campos fructíferos, y por esta razon son los cazadores útiles á los ciudadanos.
Illi. Alude á Domiciano, que sin duda fue diestro cazador segun *Suetonio.*
Qui obire. Que menos podian pretenderlo.
Clathris. En las jaulas.
Mentita sagacitate. Falsa industria, con que apuntaban al blanco.
Sequitur. Se deja llevar del buen viento ó con sus manos, si es contrario, ó fuerte, las recoge.

ctus, dominare ventos reluctantes, remisque transferre obstantia freta.

LXXXII. Quantum dissimilis illi; qui non Albani lacus otium, Baianique teporem & silentium ferre, non pulsum saltem fragoremque remorum perpeti poterat, quin ad singulos ictus turpi formidine horresceret! Itaque procul ab omni sono, inconcursus ipse & immotus, religato revinctoque navigio, non secus ac piaculum aliquod trahebatur. Fœda facies, quum populi Romani imperator alienum cursum, alienumque rectorem velut capta nave sequeretur. Nec deformitate ista saltem flumina carebant atque amnes. Danubius ac Rhenus tantum illud nostri dedecoris vehere gaudebant, non minore cum pudore imperii, quod hæc Romanæ aquilæ, Romana signa, Romana denique ripa, quam quod hostium prospectarent; hostium, quibus moris est eadem illa nunc regentia gelu flumina, aut campis superfusa, nunc liquida ac deferentia lustrare navigiis, nandoque superare. Nec vero laudaverim per se magnopere duritiem corporis ac lacertorum: sed si his validior toto corpore animus imperiret, quem non fortunæ indulgentiæ molliant, non copiæ principales ad segnitiem luxumque detorquent; tunc ego, seu montibus, seu mari exerceatur, & lætum opere corpus, & crescentia laboribus membra mirabor. Video enim iam inde antiquitus ma-

Remisque transferre. Y vencer todos los obstáculos que se oponian.

LXXXII.

Illi. Domiciano que nunca iba á pie por Roma.

Albani lacus. Domiciano tenia todas sus delicias en este lago. Albania estaba puesta sobre el monte Albano que rodeaba el lago.

Baianique teporem. Del puerto de Bayas en la Campania.

Inconcursus. Se estaba como un marmol, lo que no podia suceder si las olas se agitasen de una parte á otra.

Ac piaculum. Peste, ó contaminacion.

Fœda facies. Que cosa tan mal vista parece: reprende á Domiciano.

Velut capta. Como si la nave en que iba Domiciano la llevasen cautiva los enemigos.

Danubius ac Rhenus. En las expediciones contra Sarmatas, y Getas.

Tantum illud. Domiciano grandisimo oprobrio de Roma, que pagaba tributo anual á los Dacos.

Hæc. Esta deformidad de ser arrastrado Domiciano en la nave atada.

Romanæ aquilæ. Porque estos estandartes imperiales de Roma.

Romana ripa. Tomada de los Romanos, y bajo de su dominio.

Quum quod. Que el que viesen las vanderas enemigas.

Ac deferentia. Corriente.

Non fortunæ. Abundancia de bienes.

maritos Dearum, ac Deorum liberos, nec dignitate nuptiarum magis quam his artibus inclaruisse. Simul cogito, quum sint ista ludus & avocamentum huius, quæ quantæque sint illæ seriæ & intentæ, & à quibus se in tale otium recipit, voluptates. Sunt enim voluptates, quibus optime de cuiusque gravitate, sanctitate, temperantia creditur. Nam quis adeo dissolutus, cuius non occupationibus aliqua species severitatis insideat? Otio prodimur. An non plerique Principes hoc idem tempus in aleam, stupra, luxum conferebant? quum seriarum laxamenta curarum vitiorum contentione supplerent.

LXXXIII. Habet hoc primum magna fortuna, quod nihil tectum, nihil occultum esse patitur: Principum vero non modo domos, sed cubicula ipsa, intimosque recessus recludit, omniaque arcana noscenda famæ proponit atque explicat. Sed tibi, Cæsar, nihil accommodatius fuerit ad gloriam, quam penitus inspici. Sunt quidem præclara quæ in publicum profers, sed non minora ea quæ limine tenes. Est magnificum, quod te ab omni contagione vitiorum reprimis ac revocas, sed magnificentius, quod tuos. Quanto enim magis arduum est alios præstare quam se, tanto laudabilius quod, quum ipse sis optimus, omnes circa te similes tui effecisti. Multis illustribus dedecori fuit aut inconsultius uxor assumta, aut retenta patientius. Ita foris claros domestica destruebat infamia; & ne maximi cives haberentur,

Maritos Dearum. Como Peleo que por su fortaleza, casó con Thetis, é Hipolito amado de Diana, por la caza.

Deorum liberos. Como Theseo, Castor y Polux.

Sint ista Tales exercicios de mar: hacer de Piloto, &c. *Vease* la nota *Eademque illa.* C. 49.

Et avocamentum. Recreo de Trajano.

Quibus optime. Quales se pueden juzgar muy bien de la sabiduría.

Otio prodimur. El ocio nos destruye, nos molesta.

Vitiorum contentione. Inclinacion á los vicios.

LXXXIII.

Habet hoc. Sentencia.

Recludit. Abre.

Penitus inspici. Que el poder ser conocido interior y exteriormente.

Quæ limine. En tu casa en oculto.

Quod tuos. A tus domésticos, como buen padre de familia: te alaba por las bondades esternas.

Alios præstare. Hacer buenos á otros que á sí mismo.

Multis illustribus. Como Pompeya tercera muger de Cesar; Julia amigada con Tiberio, Sempronia que dió veneno á P. Scipion Africano, &c.

Retenta patientius. Como Claudio teniendo á la disoluta Mesalina y despues á Agripina, que le dió veneno, y asi murió.

Destruebat. Denigraba.

tur, hoc efficiebat, quod mariti minores erant. Tibi uxor in decus & gloriam cedit. Quid enim illa sanctius? quid antiquius? Nonne, si pontifici maximo diligenda sit coniux, aut hanc aut similem (ubi est autem similis?) elegerit? Quam illa nihil sibi ex fortuna tua, nisi gaudium vindicat! quam constanter non potentiam tuam, sed ipsum te reveretur! Idem estis invicem quod fuistis: probatis ex æquo; nihilque vobis felicitas addidit, nisi quod scire cœpistis, quam bene uterque vestrum felicitatem ferat. Eadem quam modica cultu! quam parca comitatu! quam civilis incessu! Mariti hoc opus, qui ita imbuit, ita instituit. Nam uxori sufficit obsequii gloria. An quum videat, quam te nullus terror, nulla comitetur ambitio, non & ipsa cum silentio incedat? ingredientemque pedibus maritum, in quantum patitur sexus, imitetur? Decuerit hoc illam, etiamsi diversa tu facias. Sub hac vero modestia viri, quantam debet verecundiam uxor marito, femina sibi!

LXXXIV. Soror autem tua, ut se sororem esse meminit! ut in illa tua simplicitas, tua veritas, tuus candor agnoscitur! ut si quis eam uxori tuæ conferat, dubitare cogatur, utrum si efficacius ad recte videndum, bene institui, aut feliciter nasci. Nihil est tam pronum ad simultates, quam æmulatio, in feminis præsertim: ea porro maxime nascitur ex coniunctione, alitur æqualitate, exardescit invidia, cuius finis est odium. Quo qui-

Mariti minores. Que casados perdian el mérito, porque sus mugeres los viciaban, y se tomaban las riendas del gobierno.

Tibi uxor. Plotina, que el mismo Plinio llama santísima en sus cartas. La primera vez que entró en palacio, dijo, segun Dion, vuelta al pueblo desde la escalera: Aqui entro tal, cual deseo salir.

Pontifici maximo. Trajano que fue sumo Pontífice.

Quod fuistis. Que lo que fuisteis antes del matrimonio.

Felicitas. La dignidad imperial.

Civili incessu. Con el rostro bajo.

Hoc opus. Pero esto es trabajo de Trajano, porque la daba buen ejemplo y educacion.

Pedibus. En andar á pie por Roma.

Decuerit, hoc. Andar á pie aunque tu fueses en litera.

Quantam debet. Cuanta reserva debe tener una muger con su marido, y consigo misma.

LXXXIV.

Soror autem. Marciana, que despues llevó el repombre de Augusta, y el Senado la contó entre sus Dioses.

Sororem. Modesta á ejemplo del hermano.

Bene institui. Esto lo refiere á Plotina instruida por él.

Aut feliciter. A su hermana, que logró tener un hermano Emperador.

Nascitur ex. Climax ó gradatio; figura Retórica.

quidem admirabilius existimandum est, quod mulieribus duabus in una domo, parique fortuna nullum certamen, nulla contentio est. Suspiciunt invicem, invicem cedunt: quumque te utraque effusissime diligat, nihil sua putant interesse, utram tu magis ames. Idemque utrique propositum, idem tenor vitæ, nihilque ex quo sentias duas esse. Te enim imitari, te subsequi student. Ideo utraque mores eosdem, quia utraque tuos, habet. Inde moderatio, inde etiam perpetua securitas. Neque enim unquam periclitabuntur esse privatæ, quæ non desierunt. Obtulerat illis senatus cognomen Augustarum, quod certatim deprecatæ sunt, quamdiu appellationem Patris patriæ tu recusases: seu quod plus esse in eo iudicabant, si uxor & soror tua, quam si Augustæ dicerentur. Sed quæcumque illis ratio tantam modestiam suasit, hoc magis dignæ sunt, quæ in animis nostris & sint & habeantur Augustæ, quia non vocantur. Quid enim laudabilius feminis, quam si verum honorem, non in splendore titulorum, sed in iudiciis hominum reponant? magnisque nominibus pares se faciant etiam dum recusant?

LXXXV. Iam etiam & in provatorum animis exoleverat priscum mortalium bonum amicitiæ, cuius in locum migraverant assentationes, blanditiæ & peior odio amoris simulatio. Etenim in Principum domo nomen tantum amicitiæ inane scilicet irrisumque, remanebat. Nam quæ poterat esse inter eos amicitia, quorum sibi alii domini, alii servi videbatur? Tu hanc pulsam & errantem reduxisti. Habes amicos, quia amicus ipse es. Neque enim, ut alia subiectis, ita amor imperatur: neque est ullus affectus tam erectus, & liber, & dominationis impatiens, nec qui magis vices exigat. Potest fortasse Princeps inique, potest tamen odio esse nonnullis, etiamsi ipse non oderit: amari, nisi ipse amet, non

Suspiciunt. Naturalmente se veneran.

Quæ non. De vivir como particular.

Quod certatim. El cual han despreciado unanimemente.

LXXXV.

Assentationes. Adulaciones.

Amoris simulatio. El fingir amar, peor que el odio.

Inane scilicet. Quedaba con toda la ficcion, &c.

Tu hanc. La amistad desterrada, y vaga.

Ut alia. Como se mandan otras cosas á los vasallos.

Magis exigat. Que exija mas el ser amado que el amor.

Princeps iniqué. Aunque sea injustamente, con todo puede el Príncipe ser aborrecido de algunos.

no potest. Diligis ergo quum diligáris, & in eo quod utrinque honestissimum est, tota gloria tua est, qui superior factus descendis in omnia familiaritatis officia, & in amicum ex imperatore submitteris: imo tum maxime imperator, quum amicum ex imperatore agis. Et enim quum plurimis amicitiis fortuna Principum indigeat, præcipuum est Principis opus, amicos parare. Placeat tibi semper hæc secta, & quum alias virtutes tuas, tum hanc constantissime teneas, nec unquam persuadatur, humile esse Principi, nisi odisse. Iucundissimum est in rebus humanis amari, sed non minus amare: quorum utroque ita frueris, ut quum ipse ardentissime diligas, ad huc tamen ardentius diligaris: primum quia facilius est unum amare quam multos; deinde quia tibi amicos tuos obligandi adest facultas tanta, ut nemo possit te, nisi ingratus, non magis amare.

LXXXVI. Operæ pretium est ferre, quod tormentum tibi iniunxeris, ne quid amico negares. Dimisisti optimum virum, tibique carissimum, invitus & tristis, & quasi retinere non posses. Quantum amares eum, desiderio expertus es, distractus separatusque, dum cedis & vinceris. Ita, quod fando inauditum, quum Princeps & Principis amicus diversa velletis, id potius factum est quod amicus volebat. O rem memoriæ literis que mandandam! præfectum prætorii non ex ingerentibus, sed è subtrahentibus legere: eumdemque otio, quem pertinaciter amet, reddere: cumque sis i-

Utrinque. A ti, y á tus amigos.
Submitteris. Y de Emperador te humillas á ser amigo.
Hæc secta. La opinion de juntar muchos amigos.
Humile esse. Que nada envilece tanto al Príncipe como aborrecer.
Magis amare. Como mas obligado.

LXXXVI.

Quod tormentum. Qué pasion ó tristeza te tomas.
Ne quid. A Licinio Sura.
Dimisisti. De la Prefectura del Pretorio.
Tibique carissimum. Tanto le queria, que despues de muerto le mandó levantar un Sepulcro, y una estatua de marmol, y por mas calumnias que le contaban de el cuando vivo, nunca las oyó. Un dia en que le dijeron á Trajano que Sura le queria dar veneno, sucedió que habia convidado á Trajano á un expléndido banquete: fué allá Trajano, y despidió sus guardas, y luego hizo que le llamasen el Cirujano, y Barbero de Sura, y les mandó al primero le cortase el sobrecejo, y al otro le afeitase: bajó despues al baño, y en fin se sentó muy sereno á la mesa en medio de Sura, y los demas convidados.
Diversa velletis. Sura no queria la Prefectura, y Trajano queria que la tuviese.
Ex ingerentibus. De los pretendientes, sino de los que buscan el retiro.

ipse distentus imperii curis, non quietis gloriam cuiquam invidere. Intelligimus, Cæsar, quantum tibi pro laboriosa ista statione, & exercita debeamus, quum otium à te, tamquam res optima, & petatur, & detur. Quam ego audio confusionem tuam fuisse, quum digredientem prosequereris! Prosecutus enim, nec temperasti tibi, quominus exeunti in littore amplexus osculum ferres. Stetit, Cæsar, in illa amicitiæ specula, precatusque maria, celeremque (si tamen ipse voluisset) recursum; nec sustinuit recedentem non etiam atque etiam votis, lacrimisque sequi. Nam de liberalitate taceo. Quibus enim muneribus æquari hæc cura Principis, hæc patientia potest, quâ meruisti ut ille sibi nimium fortis ac prope durus videretur? Nec dubito, quin agitaverit secum an gubernacula retorqueret: & fecisset, nisi quod pene ipso contubernio Principis felicius iucundiusque est desiderare Principem desiderantem. Et ille quidem ut maximâ fructus suscepti, ita maiore depositi officii gloriâ fruitur: tu autem felicitate ista consecutus es, ne quem retinere videaris invitum.

LXXXVII. Civile hoc erat & parenti publico convenientissimum, nihil cogere, semperque meminisse, nullam, tantam potestatem cuiquam dari posse, ut non sit gratior potestate libertas. Dignus es, Cæsar, qui officia mandes deponere optantibus: qui petentibus vacationem, invitus quidem, sed tamen tribuas: qui ab amicis orantibus requiem, non te relinqui putes; qui semper invenias & quos ex otio revoces, & quos otio reddas. Vos quoque, quos parens noster familiariter inspicere dignatur, fovete sancte iudicium eius quod de vobis habet: hic vester labor est. Princeps enim, quum in uno

Ista statione. La perseverançia en gobernar el Imperio.
Quum digredientem. Cuando se retiraba Sura.
Maria. Por los que habia de navegar Sura.
Recursum. La vuelta de Roma.
Votis lacrymis. Porque Trajano lloró mucho en su partida.
Nimium fortis. Demasiado obstinado y rústico en no darle gusto.
An gubernacula. Que volviese obligado de tus obsequios.
Nisi quod. Si no se hubiera persuadido que era mas llevadero conocer la necesidad, &c.
Et ille. Sura.

LXXXVII.

Civile hoc. Esto era cosa humana.
Orantibus requiem. Que piden su jubilacion.
Iudicium eius. El buen concepto que tiene de vosotros, pues en vuestra mano está el ser buenos.
Quum in. Dió en Sura ejemplo de que sabia amar.

uno probavit amare se scire, vacat culpâ, si alios minus amat. Ipsum quidem quis mediocriter diligat, quum leges amandi non det, sed accipiat? Hic præsens, ille mavult absens amari? uterque ametur, ut mavult: nemo in tædium præsentiâ, nemo in oblivionem absentia veniat. Tenet quisque locum quem semel meruit: faciliusque est ut oculis eius vultus absentis, quam ut animo caritas excidat.

LXXXVIII. Plerique Principes, quum essent civium domini, libertorum eraht servi: horum consiliis: horum nutu regebantur: per hos audiebant, per hos loquebantur: per hos præturæ etiam & sacerdotia & consulatus, imo & ab his petebantur. Tu libertis tuis summum quidem honorem, sed tamquam libertis habes; abundeque sufficere his credis si probi & frugi existimentur. Scis enim præcipuum esse indicium non magni Principis, magnos libertos. Ac primum neminem in uso habes, nisi aut tibi patri tuo, aut optimo cuique Principum dilectum: statimque hos ipsos quotidie deinde ita formas, ut se non tua fortuna sed sua metiantur: & tanto magis digni, quibus honor omnis præstetur à nobis, quia non est necesse. Iustisne de causis senatus populusque Romanus *Optimi* tibi cognomen adiecit? Paratum id quidem & in medio positum no-

Hic. Algun amigo de Trajano.

Absens. En el retiro, en el ocio.

Uterque. El ausente, y el presente.

Vultus absentis. El que se aparte el animo de la presencia de Trajano.

LXXXVIII.

Plerique Principes. Como Claudio, y Galba.

Libertorum erant. Porque los Libertos gobernaban el Palacio, y al Principe.

Horum consiliis. Porque los Libertos daban, y quitaban los empleos: y muchas veces, sin saberlo el Principe. Galba dejó al arbitrio de dos el robarlo todo. Demetrio Liberto del gran Pompeyo á expensas suyas edificó un teatro en Roma.

Sacerdotia. Los Pontificados, Augurados, &c.

Tamquam libertis. Pero no mas que lo que pide la condicion de un Liberto. Asi se vió con Eurytmo Liberto, y procurador de Trajano, que habiendo los herederos de un testamento falsificado, cedido en este negocio por atencion á Eurytmo, Trajano les dijo: Ni él es Polycleto, ni yo Neron.

Magnos libertos. La grandeza de sus esclavos libres.

Patri tuo. Nerva.

Optimo cuique. Como Vespasiano, y Tito.

Optimi tibi. Vencidos los Armenios, el Senado le decretó tambien este título.

Paratum id. Esto es facil, y conocido de todos.

novum tamen. Scias neminem ante meruisse, quod non erat excogitandum, siquis meruisset. An satius fuit *Felicem* vocare? quod non moribus, sed fortunæ datum est. Satius *Magnum*? cui plus invidiæ quam pulcritudinis inest. Adoptavit te optimus Princeps in suum, senatus in *Optimi* nomen. Hoc tibi tam proprium quam paternum, nec magis definite distincteque designat qui Traianum, quam qui *Optimum* appellat; ut olim frugalitate Pisones, sapientiâ Lælii, pietate Metelli monstrabantur: quæ simul omnia uno isto nomine continentur. Nec videri potest optimus, nisi qui est omnibus optimis in sua cuiusque laude præstantior. Merito tibi ergo post ceteras apellationes hæc est addita, ut maior. Minus est enim Imperatorem & Cæsarem & Augustum, quam omnibus Imperatoribus, & Cæsaribus, & Augustis esse meliorem. Ideoque ille parens hominum Deorumque, *Optimi* prius, deinde *Maximi* nomine colitur: quo præclarior laus tua, quem non minus constat optimum esse quam maximum. Assecutus es nomen, quod ad alium transire non possit, nisi ut appareat in bono Principe alienum, in malo falsum, quod licet omnes postea usurpent, semper tamen agnoscetur ut tuum. Etenim, ut nomine Augusti admonemur eius cui primum dicatum est, ita hæc *Optimi* appellatio nunquam memoriæ hominum sine te recurret: quotiesque po-

Novum tamen. Porque hasta entonces á ningun Emperador lo decretó el Senado.

Erat excogitandum. Cualquiera si es virtuoso se llama bueno, luego no era necesario buscar el título que se le debia dar.

Felicem. Alude á Sylla, que tenia el renombre de feliz, porque llevandole su Aya cuando niño, una muger le saludó así: *Salve puer, tibi, & Reip. tuæ felix.*

Sed fortunæ. A Sylla, que seria afortunado, pero no bueno.

Satius Magnum. Hubiera sido mejor llamarte Magno como á Pompeyo.

Cui plus. El título de Magno trae consigo mas aborrecimiento que hermosura.

Nec magis. Ni señala con mayor claridad y distincion el que nombra Trajano, que, &c.

Pisones. Se llamaron Frugues, no por su abstinencia, sino porque hacian mucho bien.

Lælii. El amigo de Scipion; denota especialmente el que determinó socorrer a ley Agraria.

Metelli. Dos en especial, Cecilio, y Quinto Metelo. El primero que libró los Dioses del incendio del monte Palatino, el segundo porque á fuerza de lagrimas hizo volviesen á su padre del destierro.

Sua cuiusque. Como los Pisones en frugalidad, los Lelios en sabiduria, los Metelos en piedad.

Appellationes. Títulos, dictados.

Assecutus es. Conseguiste un título.

Alienum. Porque lo tomó de ti.

posteri nostri *Optimam* aliquem vocare cogentur, toties recordabuntur quis meruerit vocari.

LXXXIX. Quanto nunc, Dive Nerva, gaudio frueris, quum vides & esse optimum & dici, quem tamquam optimum elegisti! quam lætum tibi quod comparatus filio tuo vinceris! Neque enim alio magis approbatur animi tui magnitudo, quam quod optimus ipse non timuisti eligere meliorem. Sed & tu, pater Traiane (nam tu quoque si non sidera, proximam tamen sideribus obtines sedem) quantam percipis voluptatem, quum illum tribunum, illum militem tuum, tantum imperatorem, tantum Principem cernis! cumque eo qui adoptavit amicissime contendis, pulcrius fuisse genuisse talem, an elegisse! Macte utrique ingenti in republicam merito, cui hoc tantum boni contulistis. Licet alteri vestrum filii virtus triumphalia, cœlum alteri dederit, non minor tamen vestra laus, quod ista per filium, quam si ipsi meruissetis.

XC. Scio, Patres Conscripti, quum ceteros cives, tum præcipue consules oportere sic affici, ut se publice magis quam privatim obligatos putent. Ut enim malos Principes rectius pulcriusque est ex communibus iniuriis odisse quam propriis, ita boni speciosius amantur ob ea quæ generi humano, quam quæ hominibus præstant. Quia tamen in consuetudinem vertit, ut consules publica gratiarum actione perlata, suo quoque nomine quantum debeant Principi, profiteantur, concedite me non pro me magis munere isto, quam pro collega meo Cornuto Tertulo, clarissimo viro, fungi. Cur enim non pro illo quoque gratias agam, pro quo non minus debeo? præsertim quum indulgentissimus imperator in concordia nostra ea præstiterit ambobus, quæ si tantum in alterum contulisset, ambos tamen æqualiter obligas-

LXXXIX.

Pater Traiane. Habla con su padre natural, que á uno, y otro los consideraba entre sus Dioses.

Sidera. El Cielo.

Macte utrque. Entrambos lo hicieron laudablemente, &c.

Quod ista. Estos honores.

XC.

Sic affici. Se le debe tratar, galardonar.

Pro collega. Hombre de gran virtud. En el libro 5. hace mencion de que Tertulo fue Colega suyo en la Prefectura del Erario, y del Consulado.

Clarissimo viro. Habia sido ya Consul otra vez.

gasset. Utrumque nostrum ille optimi cuiusque spoliator & carnifex stragibus amicorum, & in proximum iacto fulmine afflaverat. Iisdem enim amicis gloriabamur, eosdem amissos lugebamus: ac sicut nunc spes gaudiumque, ita tunc comunis nobis dolor & metus erat. Habuerat hunc honorem periculis nostris divus Nerva, ut non, etsi minus ut bonos, promovere vellet, quia mutati sæculi signum & hoc esset, quod florerent, quorum præcipuum votum ante fuerat, ut memoriæ Principis elaberentur.

XCI. Nondum biennium compleveramus in officio laboriosissimo & maximo, quum tu nobis, Optime Principum, fortissime imperatorum, consulatum obtulisti, ut ad summum honorem gloria celeritatis accederet. Tantum inter te & illos Principes interest, qui beneficiis suis commemorationem ex difficultate captabant; gratioresque accipientibus honores arbitrabantur, si prius illos desperatio, & tædium, & similis repulsæ mora, in notam quamdam pudoremque vertissent. Obstat verecundia, quominus percenseamus, quo utrumque nostrum testimonio ornaris, ut amore recti, amore reipublicæ priscis illis consulibus æquaveris. Merito necne, neutram in partem decernere audeamus: quia nec fas est affirmationi tuæ derogare, & onerosum confiteri vera esse quæ de nobis præsertim tam magnifica dixisti. Tu tamen dignus es qui eos consules facias, de quibus possis ista præ-

Illi optimi. Domiciano, cruel, y ladron.

Stragibus. Muertos, Senecio, Rustico, Helvidio: desterrados, Mauricq, Artemidoro, Gratila, Arria, &c.

Iacto fulmine. Estuvo Plinio muy cerca de ser comprendido entre los desgraciados en tiempo de Domiciano.

Habuerat hunc. Nerva creyó que debia honrar nuestras desgracias.

Quia mutati. Porque la mejor prueba de que se habian mudado los tiempos, era que florecian.

Ut memoriæ. Para que Domiciano se olvidase de ello.

XCI.

Laboriosissimo. En la Prefectura del Erario, porque como él dice en sus cartas, habia muchas cuentas, recibos, polizas, y otros papeles molestos que escribir.

Gloria celeritatis. Inmediatamente despues de la Prefectura se le dió el Consulado.

Ex difficultate. Por la dificultad.

In notam. El oprobrio.

Quo utrumque. De lo que te has dignado de ir en abono de cada uno de nosotros.

Recti. De la justicia.

Necne. Si nos alabastes sin razon.

Affirmationi tuæ. Contradecirte.

prædicare. Tribuas veniam, quod inter hæc beneficia tua gratissimum est nobis, quod nos rursus collegas esse voluisti. Ita caritas mutua, ita congruens tenor vitæ, ita una eademque ratio propositi postulabat; cuius ea vis ut morum similitudo concordiæ nostræ gloriam minuat; ac perinde sit mirum, si alter nostrum à collega, ac si à se ipso, dissentiat. Non ergo temporarium & subitum est quod uterque collegæ consulatu, tamquam iterum suo gaudet; nisi quod tamen qui rursus consules fiunt, bis quidem, sed temporibus diversis obligantur: nos duos consulatus accipimus simul, simul gerimus; alterque in altero consul, sed iterum & pariter sumus.

XCII. Illud vero quam insigne, quod nobis præfectis ærario consulatum ante quam successorem dedisti! Aucta est dignitas dignitate; neque continuatus tantum, sed geminatus est honor; finemque potestatis alterius, tamquam parum esset excipere, prævenit. Tanta tibi integritatis nostræ fiducia fuit, ut non dubitares te salva diligentiæ tuæ ratione esse facturum, si nos post maximum officium privatos esse non sineres. Quid, quod eundem in annum consulatum nostrum contulisti? Ergo non alia nos pagina, quam te consulem accipiet, & nostra quoque nomina addentur fastis, quibus ipse perscriberis. Tu comitiis nostris præsidere, tu nobis sanctissimum illud carmen præire dignatus es: tuo iudicio consules facti, tua voce renuntiati sumus, ut idem

Rursus collegas. Porque lo fueron él y Tertulo en la prefectura, y ahora en el Consulado.

Temporarium. Momentáneo.

Quod uterque. Que nos alegremos del Consulado uno de otro, como si cada uno de nosotros lo recibiese.

Simul. En un mismo tiempo, y año.

In altero. Cada uno tenemos dos Consulados, porque cada uno creemos tener el Consulado, que tiene el otro.

XCII.

Præfectis erario. Prefectos del tesoro público.

Geminatus. Por haber sido juntos Prefectos, y juntos Cónsules.

Excipere. Sostener la dignidad concluida.

Consulatum. Tu ejerciste algunos meses el Consulado, y lo demas del año nos lo dejaste. *Véase* el Argumento.

Ergo non. Luego nuestros nombres se escribirán en una misma hoja en los libros de los Fastos.

Addentur fastis. En los mismos registros.

Perscriberis. Vas escrito antes por haber tenido la primer parte del año.

Renuntiati. El órden de estas juntas lo dice Ciceron brevemente. *Vocatæ tribus, latum suffragium, descriptæ, renuntiatæ.*

idem honoribus nostris suffragator in curia, in campo declarator exsisteres. Nam quod eos potissimum mensi à tribuisti, quem tuus natalis exornat, quam pulcrum nobis! quibus edicto, quibus spectaculo celebrare continget diem illum triplici gaudio lætum, qui Principem abstulit pessimum, dedit optimum, meliorem optimo genuit? Nos sub oculis tuis augustior solito currus accipiet; nos inter secunda omnia, & vota certantia, quæ præsenti tibi conferentur, vehemur alacres & incerti ex utra parte maior auribus nostris accedat clamor.

XCIII. Super omnia tamen prædicatum videtur, quod pateris consules esse quos fecisti. Quippe nullum periculum, nullus ex Principe metus consulares animos debilitat & frangit; nihil in vitis audiendum, nihil coactis decernendum erit. Manet manebitque honori veneratio sua; nec securitatem auctoritate perdemus. Ac si quid forte ex consulatus fastigio fuerit diminutum, nostra hæc erit culpa, non sæculi. Licet enim quantum ad Principem, licet tales consules agere, quales ante Principes erant. Ullam ne tibi pro beneficiis referre gratiam parem possumus? nisi tamen illam, ut semper nos memineribus consules fuisse, & consules tuos: ea sentiamus, ea censeamus, quæ consularibus digna sunt: ita versemur in republica, ut credamus esse rempublicam: non consilium nostrum, non operam subtrahamus; nec defunctos nos, & quasi dimissos consulatu, sed quasi adstrictos, & devinctos putemus; eumdemque locum laboris & curæ, quem reverentiæ dignitatisque teneamus.

In

Suffragator. Diste el voto.
Tuus natalis. El dia de tu nacimiento que fue el 18 de Setiembre.
Edicto. Por el que se publicaba la celebridad del nacimiento.
Pessimum. Domiciano.
Optimo. Que Nerva.
Meliore optimo. Trajano.
Currus. La silla Curul.
Nos inter. Nosotros entre los felices presagios, y los deseos que á porfia nos ofrecerán estando tú presente.

XCIII.

Nihil invitis. No oiremos, lo que no quisieramos oir.
Securitatem auctoritate. Estaremos seguros de que la autoridad de Cónsules no nos dañará. No era asi en tiempo de Domiciano.
Ex consulatus fastigio. De la suprema Magistratura.
Tales. Libres, supremos.
Esse rempublicam. Que hay libertad, y que el Príncipe cuida del bien público.
Nec defunctos. Separados.
Eumdémque locum. De trabajo, y cuidado.

XCIV. In fine orationis præsides custodesque imperii Deos ego consul pro rebus humanis, ac te præcipue, Capitoline Iupiter, precor, ut beneficiis tuis faveas, tantisque muneribus addas perpetuitatem. Audisti quæ malo Principi precabamur; exaudi quæ pro dissimillimo optamus. Non te distinguimus votis: non enim pacem, non concordiam, non securitatem, non opes oramus, non hones: simplex cunctaque ista complexum unum omnium votum est, *salus Principis.* Nec vero novam tibi iniungimus curam. Tu enim iam tunc illum in tutelam recepisti: quum prædonis avidissimi faucibus eripuisti. Neque enim sine auxilio tuo; quum altissima quæque quaterentur, hic, qui omnibus excelsior erat, inconcussus stetit: Præteritus est à pessimo Principe, qui præteriri ab optimo non potuit. Tu clara iudicii tui signa misisti, quum proficiscenti ad exercitum tuo nomine, tuo honore cessisti. Tu voce *imperatoris* quid sentires locutus, filium illi, nobis parentem, tibi pontificem maximum elegisti. Quo maiore fiducia iisdem illis votis, quæ ipse pro se nuncupari iubet, oro & obtestor *si bene rempublicam, si ex utilitate omnium regit*, primum ut illum nepotibus nostris ac pronepotibus servet; deinde ut quandoque successorem ei tribuas quem genuerit, quem formaverit, similemque fecerit adoptado; aut si hoc fato negatur, in consilio sis eligenti, monstresque aliquem, quem adoptari in Capitolio deceat.

XCV. Vobis, Patres Conscripti, quantum debeam, publicis etiam monumentis continetur. Vos mihi in tribunatu quietis, in prætura modestiæ: vos in istis officiis

XCIV.

In fine. De la oracion demostrativa, que debe acabar con votos, y súplicas

Non te. No te ocupamos con multiplicidad de súplicas.

Tum illum. A Trajano.

A pessimo. Domiciano.

Ab optimo. Nerva.

Tu clara iudicii. De estos presagios se habló ya al principio.

Tuo nomine. De Emperador Júpiter tenia este título, y asi lo llama Orfeo.

Voce imperatoris. De Nerva.

Quæ ipse. Que nos manda él mismo hacer.

Si hoc fato. Si esto no se consigue.

XCV.

Monumentis. En tablas de bronce, en los decretos del Senado.

In tribunatu. sup. *Plebis.*

In prætura. Que ejerció bajo Domiciano.

Istis officiis. En la Abogacia, en tratar las causas.

Studiis. De la elocuencia.

Socios. Los Africanos, y Andaluces. Estos le habia encargado el Senado.

ciis etiam, quæ è studiis nostris circa tuendos socios iniunxeratis, cuncti constantiæ antiquissimum testimonium pertribuistis: vos proximè destinationem consulatus mei his acclamationibus approbavistis, ut intelligam etiam atque etiam enitendum mihi, ut hunc consensum vestrum complectar, & teneam, & in dies augeam. Etenim memini tunc verissime iudicari, meruit quis honorem, necne, quum adeptus est. Vos modo favete huic proposito, & credite, si cursu quondam provectus ab illo insidiosissimo Principe, ante quam profiteretur odium bonorum, postquam professus est, substiti; quum viderem quæ ad honores compendia paterent, longius iter malui: si malis temporibus inter mœstos & paventes, bonis inter securos gaudentesque numeror; si denique in tantum diligo Optimum Principem, in quantum invisus pessimo fui: ego reverentiæ vestræ sic semper inserviam, non ut me consulem, & mox consularem, sed ut candidatum consulatus putem.

FINIS.

Testimonium. Porque habiendo perorado contra Mario, al fin de su parecer dijo Tertulo Consul ya designado, que Tácito, y Plinio habian hecho su oficio con diligencia, y fortaleza.

Augeam. Gobernando bien.

Quum adeptus. Cuando se halla en posesion, porque su proceder lo declara.

Provectus ab illo. Ensalzado á la Pretura por Domiciano.

Ante quam. Domiciano que sucedió á su hermano Tito, al principio se portó como un Príncipe muy benigno, y daba esperanzas de que seria felicísimo su reynado, pero luego mostró su locura, y fiereza.

Substiti. Dejé de seguir la carrera de Magistrados.

Compendia. Por carrera mas breve: la adulacion, y malas artes.

Sed ut candidatum. Como pretendiente al Consulado, humilde, y con ruegos.

COLECCION
DE AUTORES
LATINOS.
TOMO I.

COLECCION
DE AUTORES
LATINOS.
TOMO II.

COLECCION
DE AUTORES
LATINOS.
TOMO III.